Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

HERODOTI

HISTORIARUM LIBRI IX.

GRAECE ET LATINE.

TOMUS IV.

Liber VIII. et IX. cum Varietate Lectionis.
Accessit de Vita Homeri libellus
ex Ctesiae Persicis Excerpta quaedam
et Index Rerum et Personarum.

ARGENTORATI

TYPIS PHILIPPI IACOBI DANNBACH.

HERODOTI
MUSAE
SIVE
HISTORIARUM LIBRI IX.

AD VETERUM CODICUM FIDEM
DENUO RECENSUIT
LECTIONIS VARIETATE
CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA
ADNOTATIONIBUS
WESSELINGII ET VALCKENARII
ALIORUMQUE ET SUIS
ILLUSTRAVIT

IOHANNES SCHWEIGHAEUSER
IN ACAD. ARGENT. ET SEM. PROT. LITERAR. GRAEC. PROF.
ACADEMIAE REG. INSCRIPT. ET HUM. LITERAR. ADSCR.

TOMUS QUARTUS.

ARGENTORATI ET PARISIIS
APUD TREUTTEL ET WÜRTZ, BIBLIOPOLAS.
MDCCCXVI.

BIBLIOTHÈQUE S. J.
Les Fontaines
60 - CHANTILLY

HERODOTI HISTORIAR.

T. IV. P. I.

LIBER VIII. ET IX.

ET VITA HOMERI.

GRAECE ET LATINE.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΟΓΔΟΗ.

ΟΥΡΑΝΙΑ.

Οἱ δὲ Ἑλλήνων ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες, 1
ἔσαν οἵδε. Ἀθηναῖοι μὲν, νέας παρεχόμενοι ἑπτὰ καὶ
εἴκοσι καὶ ἑκατόν· ὑπὸ δὲ ἀρετῆς τε καὶ προθυμίης
Πλαταιέες, ἄπειροι τῆς ναυτικῆς ἐόντες, συνεπλήρουν
τοῖσι Ἀθηναίοισι τὰς νέας. Κορίνθιοι δὲ τεσσεράκοντα
νέας παρείχοντο· Μεγαρέες δὲ, εἴκοσι· καὶ Χαλκιδέες

HERODOTI HISTORIARUM

LIBER OCTAVUS.

URANIA.

(1.) Graeci populi *in classem descripti*, hi fuere. Athenienses naves praebuerant centum viginti septem: Plataeenses vero, quum rei nauticae essent expertes, sua virtute studioque incensi, simul cum Atheniensibus naves Atticas propugnatoribus compleverant. Corinthii quadraginta praebuerant naves:

ἐπλήρουν εἴκοσι, Ἀθηναίων σφι παρεχόντων τὰς νέας· Αἰγινῆται δὲ, ὀκτωκαίδεκα· Σικυώνιοι δὲ, δυώδεκα· Λακεδαιμόνιοι δὲ, δέκα· Ἐπιδαύριοι δὲ, ὀκτώ· Ἐρετριέες δὲ, ἑπτά· Τροιζήνιοι δὲ, πέντε· Στυρέες δὲ, δύο· καὶ Κεῖοι, δύο τε νέας, καὶ πεντηκοντέρους δύο· Λοκροὶ δὲ σφι οἱ Ὀπούντιοι ἐπεβώθεον, πεντηκοντέρους ἔχοντες ἑπτά. 2 Ἔσαν μὲν ὦν οὗτοι οἱ στρατευόμενοι ἐπ' Ἀρτεμίσιον· εἴρηται δέ μοι καὶ ὡς τὸ πλῆθος ἕκαστοι τῶν νεῶν παρείχοντο. ἀριθμὸς δὲ τῶν συλλεχθεισέων νεῶν ἐπ' Ἀρτεμίσιον, ἦν, πάρεξ τῶν πεντηκοντέρων, μία καὶ ἑβδομήκοντα καὶ διηκόσιαι. Τὸν δὲ στρατηγὸν τὸν τὸ μέγιστον κράτος ἔχοντα, παρείχοντο Σπαρτιῆται, Εὐρυβιάδεα τὸν Εὐρυκλείδεω. οἱ γὰρ σύμμαχοι οὐκ ἔφα-

II. 2. ὡς τὸ πλ.) ὅσον τὸ *vel* ὅσον τι *ex coni. corriguni viri docti.*

Megarenses, viginti. Chalcidenses item viginti compleverant; sed naves illis suppeditarunt Athenienses. Aeginetae octodecim naves praebuerant: Sicyonii, duodecim: Lacedaemonii, decem: Epidaurii, octo: Eretrienses, septem: Troezenii, quinque: Styrenses, duas: Cei, duas naves (triremes,) et duas actuarias quinquaginta-remorum: Locri Opuntii septem actuariis quinquaginta-remorum auxilio venerant. (2.) Hi igitur fuere, qui *ad Artemisium* militarunt: dictumque est etiam, quem navium numerum singuli populi contulerint. Fuit autem collectarum ad Artemisium navium universus numerus, actuariis quinquaginta-remorum exceptis, ducentae septuaginta et una. Imperatorem autem, penes quem imperii summa erat, praebuerant Spartani, *Eurybiadem*,

σαν „ἢν μὴ ὁ Λάκων ἡγεμονεύῃ, Ἀθηναίοισι ἕψεσθαι ἡγεομένοισι, ἀλλὰ λύσειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι στρατεύμα.“ Ἐγένετο γὰρ κατ' ἀρχὰς λόγος, πρὶν ἢ καὶ ἐς 3 Σικελίην πέμπειν ἐπὶ συμμαχίην, ὡς τὸ ναυτικὸν Ἀθηναίοισι χρεὸν εἴη ἐπιτρέπειν. ἀντιβάντων δὲ τῶν συμμάχων, εἶκον οἱ Ἀθηναῖοι, μέγα πεποιημένοι περιεῖναι τὴν Ἑλλάδα, καὶ γνόντες, εἰ στασιάσουσι περὶ τῆς ἡγεμονίης, ὡς ἀπολέεται ἡ Ἑλλάς· ὀρθὰ νοεῦντες. Στάσις γὰρ ἔμφυλος πολέμου ὁμοφρονέοντος τοσούτῳ κάκιόν ἐστι, ὅσῳ πόλεμος εἰρήνης. Ἐπιστάμενοι ὦν αὐτὸ τοῦτο, οὐκ ἀντέτεινον, ἀλλ' εἶκον μέχρι ὅσου κάρτα ἐδέοντο αὐτέων, ὡς διέδεξαν. ὡς γὰρ δὴ, ὠσάμενοι τὸν Πέρσεα, περὶ τῆς ἐκείνου ἤδη τὸν ἀγῶνα ἐποιεῦντο, πρό-

Euryclidae filium. Dixerant enim socii, *nisi Laco summum obtineret imperium, non se secuturos esse Athenienses duces; sed exercitum, qui futurus esset, dissoluturos.* (3.) Etenim iam initio, priusquam in Siciliam petendae societatis caussa missent, agitatus sermo erat, Atheniensibus permittendum esse classis imperium. Contradicentibus vero sociis cesserant Athenienses, quod magni facerent servari Graeciam, pulcreque nossent, si de principatu inter sese contenderent, perituram esse Graeciam: recte quidem illi sentientes. Nam civilis dissensio tanto peior est bello communi consensu gesto, quanto peior res est bellum quam pax. Hoc ipsum igitur intelligentes Athenienses, non repugnarunt sociis, sed cesserunt, quamdiu illis magnopere indigebant. Quod satis ipsi ostenderunt: nam, postquam pulso Persâ iam de ipsius terra contendere

Φασιν τὴν Παυσανίεω ὕβριν προϊσχόμενοι, ἀπείλοντο τὴν ἡγεμονίην τοὺς Λακεδαιμονίους. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐγένετο.

4 Τότε δὲ οὗτοι οἱ καὶ ἐπ' Ἀρτεμίσιον Ἑλλήνων ἀπικόμενοι, ὡς εἶδον νέας τε πολλὰς καταχθείσας ἐς τὰς Ἀφέτας, καὶ στρατιῆς ἅπαντα πλέα, ἐπεὶ αὐτοῖσι παρὰ δόξαν τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἀπέβαινε ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκεον, καταῤῥωδήσαντες, δρησμὸν ἐβούλευον ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα. γνόντες δὲ σφέας οἱ Εὐβοέες ταῦτα βουλευομένους, ἐδέοντο Εὐρυβιάδεω προσμεῖναι χρόνον ὀλίγον, ἔστ' ἂν αὐτοὶ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας ὑπεκθέωνται. ὡς δ' οὐκ ἔπειθον, μεταβάντες, τὸν Ἀθηναίων στρατηγὸν πείθουσι Θεμιστοκλέα ἐπὶ μισθῷ τριήκοντα ταλάντοισι, ἐπ' ᾧ

coeperant, caussam prae se ferentes contumeliam Pausaniae, Lacedaemoniis imperium eripuerunt. Sed haec quidem insequente tempore gesta sunt.

(4.) At tunc Graeci qui ad *Artemisium* se contulerant, ut viderunt navium multitudinem, quae ad *Aphetas* convenerant, omniaque plena conspexerunt militum, metu perculsi, quod praeter opinionem exspectationemque suam res Barbaris successisset, de capessenda fuga et de receptu ab Artemisio versus interiora Graeciae deliberarunt. Quod ab illis agitari consilium ubi cognovere Euboeenses, orarunt *Eurybiadem*, ut aliquantisper saltem maneret, donec ipsi liberos suos reliquamque familiam in tuto collocassent. Id postquam Eurybiadi non persuaserunt, alio se convertentes, Atheniensium duci persuaserunt *Themistocli*, propositâ talento-

τε καταμείναντες πρὸ τῆς Εὐβοίης ποιήσονται τὴν ναυμαχίην. Ὁ δὲ Θεμιστοκλέης τοὺς Ἕλληνας ἐπισχεῖν ὧδε ποιέει. Εὐρυβιάδῃ τουτέων τῶν χρημάτων μεταδιδοῖ πέντε τάλαντα, ὡς παρ' ἑωυτοῦ δῶθεν διδούς. ὡς δέ οἱ οὗτος ἀνεπέπειστο, Ἀδείμαντος γὰρ ὁ Ὠκύτου, Κορίνθιος στρατηγὸς, τῶν λοιπῶν ἥσπαιρε μοῦνος, φάμενος ἀποπλώσεσθαί τε ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, καὶ οὐ παραμενέειν, πρὸς δὴ τοῦτον εἶπε ὁ Θεμιστοκλέης ἐπομόσας· „Οὐ σύ γε ἡμέας ἀπολείψεις, ἐπεί τοι ἐγὼ „μέζω δῶρα δώσω ἢ βασιλεὺς ἄν τοι ὁ Μήδων πέμψειε „ἀπολιπόντι τοὺς συμμάχους.“ ταῦτά τε ἅμα ἠγόρευε, καὶ πέμπει ἐπὶ τὴν νέα τὴν Ἀδειμάντου τάλαντα ἀργυρίου τρία. Οὗτοί τε δὴ πλησθέντες δώροισι, ἀναπεπισμένοι ἔσαν, καὶ τοῖσι Εὐβοέῃσι ἐκεχάριστο· αὐτός τε ὁ Θεμιστοκλέης ἐκέρδησε, ἐλάμβανε δὲ τὰ λοιπὰ

rum triginta mercede, ea conditione ut ibi manerent et ante Euboeam pugna navali decernerent. (5.) Et *Themistocles*, ut ibi manerent Graeci, tali ratione effecit. Ex hac pecuniâ Eurybiadi quinque impertivit talenta, quasi nempe de suo illi daret. Hoc ita persuaso, quum e reliquis solus adhuc *Adimantus* obniteretur, Corinthiorum dux, dicens *ab Artemisio se discessurum, nec diutius moraturum;* hunc, interposito iuramento, *Themistocles* his verbis adlocutus est: *Non tu quidem nos deseres: tibi enim ego maiora munera dabo, quam missurus tibi rex esset, si desereres socios.* His dictis, in navem Adimanti tria misit talenta. Itaque illi, muneribus perculsi, persuaderi sibi passi sunt, et Euboeensibus gratum factum est; ipse autem The-

ἔχων· ἀλλ' ἠπιστέατο οἱ μεταλαβόντες τουτέων τῶν χρημάτων, ἐκ τῶν Ἀθηναίων ἐλθεῖν ἐπὶ τῷ λόγῳ τούτῳ τὰ χρήματα.

6 Οὕτω δὴ κατέμειναν τε ἐν τῇ Εὐβοίῃ, καὶ ἐναυμάχησαν. ἐγένετο δὲ ὧδε. Ἐπεί τε δὴ ἐς τὰς Ἀφέτας περὶ δείλην πρωΐην γινομένην ἀπίκατο οἱ βάρβαροι, πυθόμενοι μὲν ἔτι καὶ πρότερον περὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ναυλοχέειν νέας Ἑλληνίδας ὀλίγας, τότε δὲ αὐτοὶ ἰδόντες, πρόθυμοι ἦσαν ἐπιχειρέειν, εἴ κως ἕλοιεν αὐτάς. ἐκ μὲν δὴ τῆς ἀντίης προσπλώειν οὔ κω σφι ἐδόκεε, τῶνδε εἵνεκα, μή κως ἰδόντες οἱ Ἕλληνες προσπλώοντας, ἐς Φυγὴν ὁρμήσειαν, φεύγοντάς τε εὐφρόνη καταλάβοι· καὶ ἔμελλον δῆθεν ἐκφεύξεσθαι· ἔδει δὲ μηδὲ πυρφόρον, τῷ

mistocles lucratus est, reliqua sibi retinens: illi vero, quibus pecuniae partem impertiverat, putabant ab Atheniensibus sibi ista conditione datam esse pecuniam.

(6.) Itaque *ad Euboeam* manserunt Graeci, et *pugnam navalem* commiserunt. Quae res in hunc modum gesta est. Quum post meridiem ad Aphetas pervenissent barbari, iamque antea cognovissent, quod etiam nunc ipsi videbant, Graecorum paucas naves ad Artemisium in statione esse, incessit eos cupido illas adgrediendi, potiri eis posse sperantes. Iam ex adverso quidem protinus contra eas navigare non placuit, hac caussâ; ne, si ipsos Graeci viderent contra se navigantes, arriperent fugam, noxque fugientes reciperet, adeoque salvi illi evaderent: debebat autem, ut Persae quidem dictitabant, *ne ignifer quidem* in vita *reliquus* manere. (7.) Hac igitur

ἐκείνων λόγῳ, ἐκφυγόντα περιγενέσθαι. Πρὸς ταῦτα 7
ὧν τάδε ἐμηχανέοντο. τῶν νεῶν ἀπασέων ἀποκρίναντες
διηκοσίας, περιέπεμπον ἔξωθεν Σκιάθου, ὡς ἂν μὴ
ὀφθέωσι ὑπὸ τῶν πολεμίων περιπλώουσαι Εὔβοιαν κα-
τά τε Καφηρέα καὶ περὶ Γεραιστὸν, ἐς τὸν Εὔριπον·
ἵνα δὴ περιλάβοιεν, οἱ μὲν, ταύτῃ ἀπικόμενοι, καὶ
φράξαντες αὐτέων τὴν ὀπίσω φέρουσαν ὁδὸν, σφεῖς δὲ,
ἐπισπόμενοι ἐξ ἐναντίης. ταῦτα βουλευσάμενοι ἀπέ-
πεμπον τῶν νεῶν τὰς ταχθείσας, αὐτοὶ οὐκ ἐν νόῳ
ἔχοντες ταύτης τῆς ἡμέρης τοῖσι Ἕλλησι ἐπιθήσεσθαι,
οὐδὲ πρότερον ἢ τὸ σύνθημά σφι ἔμελλε φανήσεσθαι
παρὰ τῶν περιπλωόντων ὡς ἡκόντων. ταύτας μὲν δὴ
περιέπεμπον· τῶν δὲ λοιπέων νεῶν ἐν τῇσι Ἀφέτῃσι
ἐποιεῦντο ἀριθμόν. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ οὗτοι 8

de caussa tale ceperunt consilium. Selectas ex universa classe naves ducentas extra Sciathum, ne ab hostibus conspicerentur, circummiserunt; quae, praeter Caphareum et Geraestum Euboeam circumvectae, ad Eurypum navigarent; quo nimirum medios illos includerent, hi, ubi ad Euripum pervenissent, reditum in Graeciam intercipientes; ipsi vero, ex adverso eos adgredientes. Hoc consilio dimissis navibus ad id delectis, ipsi eo die adgredi Graecos non habuere in animo, non prius illos adgressuri quam edito a circumnavigantibus signo, de quo convenerat, certiores essent facti, ad locum constitutum illos pervenisse. Dum hi ita circumnavigant, interim illi apud Aphetas reliquarum navium ineunt numerum. (8.) Per idem vero tempus, quo numerum hi inie-

ἀριθμὸν ἐποιεῦντο τῶν νεῶν, ἦν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τούτῳ Σκυλλίης Σκιωναῖος, δύτης τῶν τότε ἀνθρώπων ἄριστος· ὃς καὶ ἐν τῇ ναυηγίῃ τῇ κατὰ τὸ Πήλιον γενομένῃ πολλὰ μὲν ἔσωσε τῶν χρημάτων τοῖσι Πέρσῃσι, πολλὰ δὲ καὶ αὐτὸς περιεβάλετο· οὗτος ὁ Σκυλλίης ἐν νόῳ μὲν εἶχε ἄρα καὶ πρότερον αὐτομολήσειν ἐς τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' οὐ γάρ οἱ παρέσχε, ὡς τότε. ὅτεῳ μὲν δὴ τρόπῳ τὸ ἐνθεῦτεν ἤδη ἀπίκετο ἐς τοὺς Ἕλληνας, οὐκ ἔχω εἶπαι ἀτρεκέως· θωυμάζω δὲ εἰ τὰ λεγόμενά ἐστι ἀληθέα. λέγεται γὰρ ὡς ἐξ Ἀφετέων δύς ἐς τὴν θάλασσαν, οὐ πρότερον ἀνέσχε πρὶν ἢ ἀπίκετο ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, σταδίους μάλιστά κη τούτους ἐς ὀγδώκοντα διὰ τῆς θαλάσσης διεξελθών. λέγεται μέν νυν καὶ ἄλλα ψευδέσι εἰκελα περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου· τὰ δὲ μετεξέτερα, ἀληθέα. περὶ μέντοι τούτου γνώμη μοι

runt navium, quum esset in hoc exercitu *Scyllias* Scionaeus, omnium optimus illa aetate urinator, qui etiam in naufragio ad Pelium facto multas res pretiosas Persis servaverat, multasque item ipse adquisiverat sibi; Scyllias hic iam pridem consilium quidem agitaverat ad Graecos transfugiendi, nec vero ante hunc diem occasionem exsequendi consilii erat nactus. Is igitur quo pacto nunc ab Aphetis ad Graecos pervenerit, pro certo dicere non possum: miror vero si vera sunt quae narrantur. Narrant enim, hunc hominem, postquam ex Aphetis mare subiisset, non prius emersisse quam ad Artemisium pervenisset, viam hanc octoginta admodum stadiorum per mare emensum. Memorantur quidem de eodem homine et alia, fabularum speciem habentia; sed in his, vera

ἀποδεδέχθω; πλοίῳ μιν ἀπικέσθαι ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον. ὡς δὲ ἀπίκετο, αὐτίκα ἐσήμηνε τοῖσι στρατηγοῖσι τήν τε ναυηγίην, ὡς γένοιτο, καὶ τὰς περιπεμφθείσας τῶν νεῶν περὶ Εὔβοιαν. Τοῦτο δὲ ἀκούσαντες οἱ Ἕλληνες, 9
λόγον σφίσι αὐτοῖσι ἐδίδοσαν. πολλῶν δὲ λεχθέντων, ἐνίκα, τὴν ἡμέρην ἐκείνην αὐτοῦ μείναντάς τε καὶ αὐλισθέντας, μετέπειτα νύκτα μέσην παρέντας, πορεύεσθαι, καὶ ἀπαντᾷν τῇσι περιπλωούσῃσι τῶν νηῶν. μετὰ δὲ τοῦτο, ὡς οὐδείς σφι ἐπέπλωε, δείλην ὀψίην γινομένην τῆς ἡμέρης φυλάξαντες, αὐτοὶ ἐπανέπλωον ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, ἀπόπειραν αὐτέων ποιήσασθαι βουλόμενοι τῆς τε μάχης καὶ τοῦ διεκπλόου. Ὁρέοντες δέ σφεας 10
οἵ τε ἄλλοι στρατιῶται οἱ Ξέρξεω καὶ οἱ στρατηγοὶ ἐπιπλώοντας νηυσὶ ὀλίγῃσι, πάγχυ σφι μανίην ἐπενείκαν-

nonnulla. Ut meam de hac re dicam sententiam, navigio ille ad Artemisium pervenerit. Ut autem eo pervenit, protinus ducibus Graecorum et naufragium quo modo factum sit exposuit, et circummissas circa Euboeam naves indicavit. (9.) His rebus cognitis, deliberarunt Graeci: multisque dictis sententiis, decreverunt eo die ibi manere stationemque servare, post mediam autem noctem discedere, navibusque Euboeam circumnavigantibus obviam ire. Deinde vero, ut nemo contra eos enavigavit, sub solis occasum ipsi adversus Barbaros excursionem fecerunt, periculum facturi generis pugnae quo illi usuri essent, et perruptionis per hostiles naves. (10.) Quos paucis navibus adversus sese tendentes conspicati milites ducesque Xerxis, male sanos eos esse existimantes, educunt et ipsi naves, facile se illos inter-

τες, ἀνῆγον καὶ αὐτοὶ τὰς νέας, ἐλπίσαντές σφεας εὐπετέως αἱρήσειν· οἰκότα κάρτα ἐλπίσαντες, τὰς μέν γε τῶν Ἑλλήνων ἐρέοντες ὀλίγας νέας, τὰς δὲ ἑωυτῶν πλήθεί τε πολλαπλησίας, καὶ ἄμεινον πλωούσας. καταφρονήσαντες ταῦτα, ἐκυκλοῦντο αὐτοὺς ἐς μέσον. Ὅσοι μέν νυν τῶν Ἰώνων ἔσαν εὔνοοι τοῖσι Ἕλλησι, ἀέκοντές τε ἐστρατεύοντο, συμφορήν τε ἐποιεῦντο μεγάλην, ὁρέοντες περιεχομένους αὐτοὺς, καὶ ἐπιστάμενοι ὡς οὐδεὶς αὐτέων ἀπονοστήσει· οὕτω ἀσθενέα σφι ἐφαίνετο εἶναι τὰ τῶν Ἑλλήνων πρήγματα. ὅσοισι δὲ καὶ ἡδομένοισι ἦν τὸ γινόμενον, ἄμιλλαν ἐποιεῦντο ὅκως αὐτὸς ἕκαστος πρῶτος νέα Ἀττικὴν ἑλὼν, παρὰ βασιλῆος δῶρα λάμψεται· Ἀθηναίων γὰρ αὐτοῖσι λόγος ἦν πλεῖ-
11 στος ἀνὰ τὰ στρατόπεδα. Τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς ἐσήμηνε, πρῶτα μέν, ἀντίπρωροι τοῖσι βαρβάροισι γενό-

cepturos sperantes: probabili utique spe, ut qui Graecorum naves adeo paucas viderent, suas vero et multis partibus numerosiores et melius navigantes. Haec illi cogitantes, medios Graecos circumcluserunt. Ibi tum, quicumque ex Ionibus bene cupiebant Graecis, et inviti militabant, hi in maxima calamitate ponebant quod illos undique cinctos viderent, nec eorum ullum evasurum existimarunt: ita desperatae his visae erant res Graecorum. Quibus autem lubentibus ea res acciderat, hi acriter inter se contendebant, ut quisque primus, navi capta Attica, praemium a rege acciperet: nam Atheniensium potissima ratio apud utrumque hostium exercitum habebatur. (11.) Graeci, quum adhuc fronte in longum directa proras navium omnium hosti adversas

624, 42.

μενοι, ἐς τὸ μέσον τὰς πρύμνας συνήγαγον· δεύτερα δὲ σημήναντος, ἔργου εἴχοντο, ἐν ὀλίγῳ περ ἀπολαμ-
5 φθέντες, καὶ κατὰ στόμα. Ἐνθαῦτα τριήκοντα νέας αἱρέουσι τῶν βαρβάρων, καὶ τὸν Γόργου τοῦ Σαλαμινίων βασιλῆος ἀδελφεὸν Φιλάονα, τὸν Χέρσιος, λόγιμον ἐόντα ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἄνδρα. πρῶτος δὲ Ἑλλήνων νέα τῶν πολεμίων εἵλε ἀνὴρ Ἀθηναῖος Λυκομή-
10 δης Αἰσχρέου, καὶ τὸ ἀριστήϊον ἔλαβε οὗτος. Τοὺς δ' ἐν τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἑτεραλκέως ἀγωνιζομένους, νὺξ ἐπελθοῦσα διέλυσε. οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ἀπέπλωον, οἱ δὲ βάρβαροι ἐς τὰς Ἀφέτας, πολλὸν παρὰ δόξαν ἀγωνισάμενοι. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυ-
15 μαχίῃ Ἀντίδωρος Λήμνιος, μοῦνος τῶν σὺν βασιλέϊ Ἑλλήνων ἐόντων, αὐτομολέει ἐς τοὺς Ἕλληνας· καὶ οἱ

habuissent, ut editum est signum, primum puppes in medium contraxerunt: deinde, altero edito signo, adgressi sunt opus; et in exiguum licet spatium conclusi, iam a fronte undique (in orbem) impetum in hostes fecerunt. Ibi tunc triginta ceperunt naves Barbarorum, et Philaonem, Chersidis filium, Gorgi Salaminiorum regis fratrem, spectatum in exercitu virum. Primus ex Graecis navem hostium cepit civis Atheniensis Lycomedes, Aeschreae filius, et virtutis praemium princeps hic retulit. Caeterum ancipite Marte pugnam hanc navalem pugnantes ingruens nox diremit: et Graeci quidem ad Artemisium sunt reversi; Barbari vero Aphetas, multo graviore, quam exspectaverant, certamine defuncti. In hac navali pugna, ex Graecis qui cum rege militabant, unus Antidorus Lemnius ad Graecorum transivit

Ἀθηναῖοι διὰ τοῦτο τὸ ἔργον ἔδοσαν αὐτῷ χῶρον ἐν Σαλαμῖνι.

12 Ὡς δὲ εὐφρόνη ἐγεγόνεε, ἦν μὲν τῆς ὥρης μέσον θέρος, ἐγίνετο δὲ ὕδωρ τε ἄπλετον διὰ πάσης τῆς νυκτὸς, καὶ σκληραὶ βρονταὶ ἀπὸ τοῦ Πηλίου· οἱ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια ἐξεφορέοντο ἐς τὰς Ἀφέτας, καὶ περί τε τὰς πρῴρας τῶν νεῶν εἰλέοντο, καὶ ἐτάρασσον τοὺς ταρσοὺς τῶν κωπέων. οἱ δὲ στρατιῶται οἱ ταύτῃ, ἀκούοντες ταῦτα, ἐς φόβον κατιστέατο, ἐλπίζοντες πάγχυ ἀπολέεσθαι, ἐς οἷα κακὰ ἥκον. πρὶν γὰρ ἢ καὶ ἀναπνεῦσαί σφεας ἔκ τε τῆς ναυηγίης καὶ τοῦ χειμῶνος τοῦ γενομένου κατὰ Πήλιον, ὑπέλαβε ναυμαχίη καρτερή· ἐκ δὲ τῆς ναυμαχίης, ὄμβρος τε λάβρος, καὶ ῥεύματα ἰσχυρὰ ἐς θάλασσαν ὡρμημένα, βρονταί τε σκλη-

partes: cui dein ob hoc factum Athenienses praedium in Salamine dono dederunt.

(12.) Facta nocte, quum esset medium anni tempus aestivum, immensa vis aquarum tota nocte cecidit de coelo, et dira tonitrua exstitere de Pelio: moxque cadavera et naufragia eiiciebantur versus Aphetas, et circa navium proras volvebantur, palmulasque impediebant remorum. Haec audientes qui ibi erant milites, terrore perculsi, prorsus se perituros existimabant, tot tantisque simul malis ingruentibus. Etenim priusquam e naufragio et tempestate ad Pelium coorta potuissent respirare, gravis incidit pugna navalis; post pugnam vero vehementissimus imber, et validi torrentes in mare decurrentes, et

623, 70.

ραί. καὶ τούτοισι μὲν τοιαύτη νὺξ ἐγίνετο. Τοῖσι δὲ 13
ταχθεῖσι αὐτέων περιπλώειν Εὔβοιαν, ἡ αὐτὴ περ ἐοῦσα νὺξ, πολλὸν ἦν ἔτι ἀγριωτέρη, τοσούτῳ ὅσῳ ἐν πελάγεϊ φερομένοισι ἐπέπιπτε. κῆρι τὸ τέλος σφι ἐγένετο ἄχαρι· ὡς γὰρ δὴ πλώουσι αὐτοῖσι χειμών τε καὶ τὸ ὕδωρ ἐπεγίνετο, ἐοῦσι κατὰ τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοίης, φερόμενοι τῷ πνεύματι, καὶ οὐκ εἰδότες τῇ ἐφέροντο, ἐξέπιπτον πρὸς τὰς πέτρας. ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὅκως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικὸν, μηδὲ πολλῷ πλέον εἴη. οὗτοι μέν νυν περὶ τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοίης διεφθείροντο. Οἱ δ' ἐν Ἀφέτῃσι βάρβα- 14
ροι, ὡς σφι ἀσμένοισι ἡμέρη ἐπέλαμψε, ἀτρέμα τε εἶχον τὰς νέας, καί σφι ἀπεχρέετο κακῶς πρήσσουσι ἡσυχίην ἄγειν ἐν τῷ παρέοντι. τοῖσι δὲ Ἕλλησι ἐπεβώ-

dira tonitrua. Hi igitur talem egerunt noctem. (13.) At, quibus mandatum erat circum Euboeam circumnavigare, his eadem nox multo fuit atrocior; tanto quidem magis, quod in medio pelago versantibus incidit. Et tristis illis finis fuit. Nam postquam illis navigantibus, quum adversus *Coela Euboeae* essent, [latine *Cava* dixeris] tempestas atque imber incidit; vento abrepti, nescientes ipsi quo ferrentur, ad petras impingebantur. Adeo omnia effecit Deus, quibus Persarum copiae aequales fierent copiis Graecorum, nec multo eis essent superiores. Hi igitur circa Coela Euboeae perierunt. (14.) Qui ad Aphetas erant Barbari, ut grata illis dies illuxit, tranquillas tenuere naves; bene secum agi existimantes, si, malis defuncti, quietem in praesenti agere possent. At Graecis subsidio venere tres et quinquaginta Atticae na-

θεον νέες τρεῖς καὶ πεντήκοντα Ἀττικαί. αὗταί τε δὴ σφέας ἐπέρρωσαν ἀπικόμεναι, καὶ ἅμα ἀγγελίη ἐλθοῦσα, ὡς τῶν βαρβάρων οἱ περιπλώοντες τὴν Εὔβοιαν πάντες εἴησαν διεφθαρμένοι ὑπὸ τοῦ γενομένου χειμῶνος. Φυλάξαντες δὲ τὴν αὐτὴν ὥρην, πλώοντες ἐπέπεσον νησὶ Κιλίσσῃσι· ταύτας δὲ διαφθείραντες, ὡς εὐφρόνη ἐγένετο, ἀπέπλωον ὀπίσω ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον.

(15.) Τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ, δεινόν τι ποιησάμενοι οἱ στρατηγοὶ τῶν βαρβάρων, νέας οὕτω σφι ὀλίγας λυμαίνεσθαι, καὶ τὸ ἀπὸ Ξέρξεω δειμαίνοντες, οὐκ ἀνέμειναν ἔτι τοὺς Ἕλληνας μάχης ἄρξαι· ἀλλὰ παρακελευσάμενοι, κατὰ μέσον ἡμέρης ἀνῆγον τὰς νέας. Συνέπιπτε δὲ ὥστε ταῖς αὐταῖς ἡμέραις τὰς ναυμαχίας γίνεσθαι ταύτας καὶ τὰς πεζομαχίας τὰς ἐν Θερμοπύλῃσι. ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν τοῖσι κατὰ θάλασσαν, περὶ τοῦ Εὐρίπου·

ves: quarum et adventus vires illorum animosque confirmavit, et adlatus simul nuncius, *Barbaros Euboeam circumnavigantes coorta tempestate cunctos periisse.* Itaque eadem diei hora, qua pridie, navibus evecti, in Cilicienses naves impetum fecerunt: hisque corruptis, ingruente nocte, ad Artemisium reversi sunt.

(15.) Tertio vero die, aegerrime ferentes Barbarorum duces, tam paucas naves adeo contumeliosa sibi damna inferre, veritique *Xerxis* iram, non amplius exspectarunt dum Graeci pugnae facerent initium; sed se invicem cohortati, circ lium diei navibus sunt evecti. Accidit aut isdem diebus et navales hae pugnae, et p Thermopylas, pug ne, mari, de Eu-

626, 1.

ὥσπερ τοῖσι ἀμφὶ Λεωνίδεα, τὴν ἐσβολὴν φυλάσσειν. οἱ μὲν δὴ παρεκελεύοντο, ὅκως μὴ παρήσουσι ἐς τὴν Ἑλλάδα τοὺς βαρβάρους· οἱ δ', ὅκως τὸ Ἑλληνικὸν στράτευμα διαφθείραντες, τοῦ πόρου κρατήσωσι. Ὡς δὲ ταξάμενοι οἱ Ξέρξεω ἐπέπλωον, οἱ Ἕλληνες ἀτρέμας εἶχον πρὸς τῷ Ἀρτεμισίῳ. οἱ δὲ βάρβαροι μηνοειδὲς ποιήσαντες τῶν νεῶν, ἐκυκλέοντο ὡς περιλάβοιεν αὐτούς. ἐνθεῦτεν οἱ Ἕλληνες ἐπανέπλωόν τε καὶ συνέμισγον. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ παραπλήσιοι ἀλλήλοισι ἐγίνοντο. ὁ γὰρ Ξέρξεω στρατὸς ὑπὸ μεγάθεός τε καὶ πλήθεος, αὐτὸς ὑπ' ἑωυτοῦ ἔπιπτε, ταρασσομένεών τε τῶν νεῶν, καὶ περιπιπτουσέων περὶ ἀλλήλας. ὅμως μέντοι ἀντεῖχε, καὶ οὐκ εἶκε· δεινὸν γὰρ χρῆμα ἐποιεῦντο, ὑπὸ νεῶν ὀλίγων ἐς φυγὴν τραπέσθαι. πολ-

16

ripo; quemadmodum Leonidae et his qui cum eo erant, de custodiendo transitu in Graeciam. Hi igitur sese cohortabantur, ne Barbaros in Graeciam transmitterent: illi vero, ut classem delerent Graecorum, et freto potirentur. (16.) Iam, ubi instructa acie evecta est regia classis, quieti Graeci ad Artemisium stetere. At postquam illi in lunae speciem ordinare naves instituerunt, quo Graecos undique cinctos tenerent; tum vero hi quoque evecti sunt, praeliumque commiserunt. Et in hac quidem *navali pugna* pares fere utrimque fuere. Etenim *Xerxis* classis ob multitudinem navium ipsa se impediebat, quum et turbarentur naves, et aliae in alias mutuo incidérent. At nihilo tamen secius restiterunt, neque [illegible]erunt; quippe indignissimam rem ducentes, navibus in fugam verti. Igitur multae qui-

λαὶ μὲν δὴ τῶν Ἑλλήνων νέες διεφθείροντο, πολλοὶ δὲ ἄνδρες· πολλῷ δ' ἔτι πλεῦνες νέες τε τῶν βαρβάρων καὶ ἄνδρες. οὕτω δὲ ἀγωνιζόμενοι, διέστησαν χωρὶς
17 ἑκάτεροι. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ Αἰγύπτιοι μὲν τῶν Ξέρξεω στρατιωτέων ἠρίστευσαν· οἳ ἄλλα τε μεγάλα ἔργα ἀπεδέξαντο, καὶ νέας αὐτοῖσι ἀνδράσι εἷλον Ἑλληνίδας πέντε. τῶν δὲ Ἑλλήνων κατὰ ταύτην τὴν ἡμέρην ἠρίστευσαν Ἀθηναῖοι, καὶ Ἀθηναίων Κλεινίης ὁ Ἀλ- 5
κιβιάδεω· ὃς δαπάνην οἰκηίην παρεχόμενος ἐστρατεύετο ἀνδράσι τε διηκοσίοισι καὶ οἰκηίῃ νηΐ.
18 Ὡς δὲ διέστησαν, ἄσμενοι ἑκάτεροι ἐς ὅρμον ἠπείγοντο. οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς διακριθέντες ἐκ τῆς ναυμαχίης ἀπηλλάχθησαν, τῶν μὲν νεκρῶν καὶ τῶν ναυηγίων ἐπεκράτεον· τρηχέως δὲ περιεφθέντες, καὶ οὐκ ἥκιστα Ἀθηναῖοι, τῶν αἱ ἡμίσεαι τῶν νεῶν τετρωμέναι ἔσαν, 5

dem Graecorum naves perierunt, multi item homines; sed longe plures et naves Barbarorum et homines. Hoc vero certamine defuncti, discesserunt utrimque. (17.) In hac pugna, ex Xerxis militibus praecipuam virtutis laudem Aegyptii retulere, quum aliis editis praeclare factis, tum captis quinque Graecorum navibus simul cum vectoribus. Inter Graecos, virtus eminuit Atheniensium: et inter Athenienses, Cliniae virtus, filii Alcibiadis; qui propria navi militabat, privato sumtu ducentis viris instructa.

(18.) Diremto praelio, libenter utrique ad suam stationem properarunt. Et Graeci, ut e pugna reversi sunt, cadaverum quidem et naufragiorum sunt potiti; sed, quum aspere fuissent accepti, et maxime Athenienses, quorum dimidia pars navium

627, 31.

δρησμὸν δὴ ἐβούλευον ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα. Νόῳ δὲ 19
λαβὼν ὁ Θεμιστοκλέης, ὡς, εἰ ἀπορραγείη ἀπὸ τοῦ βαρβάρου τό τε Ἰωνικὸν φῦλον καὶ τὸ Καρικὸν, οἷοί τε εἶησαν τῶν λοιπῶν κατύπερθε γενέσθαι, ἐλαυνόντων τῶν Εὐβοέων πρόβατα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ταύτῃ συλλέξας τοὺς στρατηγοὺς, ἔλεγέ σφι, ὡς δοκέοι ἔχειν τινὰ παλάμην, τῇ ἐλπίζοι τῶν βασιλῆος συμμάχων ἀποστήσειν τοὺς ἀρίστους. ταῦτα μέν νυν ἐς τοσοῦτο παρεγύμνου. ἐπὶ δὲ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι τάδε ποιητέα σφι εἶναι ἔλεγε· τῶν τε προβάτων τῶν Εὐβοεικῶν καταθύειν ὅσα τις ἐθέλοι· κρέσσον γὰρ εἶναι τὴν στρατιὴν ἔχειν, ἢ τοὺς πολεμίους· παραίνεέ τε προειπεῖν τοῖσι ἑωυτῶν ἑκάστους, πῦρ ἀνακαίειν. κομιδῆς δὲ πέρι, τὴν ὥρην· αὐτῷ μελήσειν, ὥστε ἀσινέας ἀπικέσθαι ἐς τὴν

vulneratae erant, ad interiora Graeciae se recipere decreverunt. (19.) *Themistocles* vero, reputans secum, si Ionicum genus atque Caricum abstraheretur a Barbaro, reliquis copiis superiores evadere posse Graecos; quum Euboeenses per id tempus greges suos ad mare agerent, eo convocavit Graecorum duces, dixitque, *videri sibi, ansam se habere, qua speraret fortissimos socios abstrahi a rege posse.* Et hoc quidem nonnisi hactenus illis aperuit: *ad res autem praesentes quod spectat, ita illis faciendum* ait; *de Euboeensium gregibus quotquot quisque vellet pecudes mactaret: satius enim esse, suos milites illas habere, quam hostes.* Simul illos hortatus est, ut quisque praeciperet suis ignes accendere. *De reditu vero, sibi,* ait, *curae fore iustum tempus quo salvi in Graeciam essent per-*

Ἑλλάδα. ταῦτα ἤρεσέ σφι ποιέειν· καὶ αὐτίκα πῦρ 15
20 ἀνακαυσάμενοι, ἐτράποντο πρὸς τὰ πρόβατα. Οἱ γὰρ Εὐβοέες παραχρησάμενοι τὸν Βάκιδος χρησμὸν ὡς οὐδὲν λέγοντα, οὔτε τι ἐξεκομίσαντο οὐδὲν, οὔτε προεξάξαντο, ὡς παρεσομένου σφι πολέμου, περιπετέα τε ἐποιήσαντο σφίσι αὐτοῖσι τὰ πρήγματα. Βάκιδι γὰρ 5 ὧδε ἔχει περὶ τουτέων ὁ χρησμός·

Φράζεο βαρβαρόφωνον· ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλῃ
βύβλινον, Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμηκάδας αἶγας.

τούτοισι δὲ οὐδὲν τοῖσι ἔπεσι χρησαμένοισι ἐν τοῖσι τότε παρεοῦσί τε καὶ προσδοκίμοισι κακοῖσι, παρῆν σφι συμ- 10
21 φορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἔπρησσον, παρῆν δὲ ὁ ἐκ Τρηχῖνος κατάσκοπος. ἦν μὲν γὰρ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ κατάσκοπος, Πολύας, γένος

venturi. Atque haec illis facere placuit: protinusque accensis ignibus, ad pecudes sese converterunt. (20.) Nempe Euboeenses, insupēr habito *Bacidis oraculo*, quasi nihil dicente, nihil neque ex insula exportaverant, nec in munita loca importaverant, quasi nullus adfuturus hostis esset; adeoque ipsi res suas in magnum discrimen adduxerant. Est autem *Bacidis* de his oraculum huiusmodi:

Cogita barbara-lingua-loquentem: is quando iuga imposuerit mari
byblina, fac ut procul Euboeâ absint multum-mecantes caprae.

His versibus quum illi in malis tunc et praesentibus et imminentibus non essent usi, in promtu erat ut in maximas inciderent calamitates. (21.) Dum haec aguntur, adfuit e Trachine speculator. Nam, et *ad*

628, 62.

Ἀντικυρεὺς, τῷ προσετέτακτο, (καὶ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον,) εἰ παλήσειε ὁ ναυτικὸς στρατὸς, σημαίνειν τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι ἐοῦσι· ὡς δ' αὐτως ἦν Ἀβρώνυχος ὁ Λυσικλέος, Ἀθηναῖος, καὶ παρὰ Λεωνίδῃ ἑτοῖμος τοῖσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἐοῦσι ἀγγέλλειν τριηκοντέρῳ, ἤν τι καταλαμβάνῃ νεώτερον τὸν πεζόν. Οὗτος ὦν ὁ Ἀβρώνυχος ἀπικόμενος σφι ἐσήμαινε τὰ γεγονότα περὶ Λεωνίδεα καὶ τὸν στρατὸν αὐτοῦ. οἱ δὲ, ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, οὐκέτι ἐς ἀναβολὰς ἐποιεῦντο τὴν ἀποχώρησιν, ἐκομίζοντο δὲ ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν· Κορίνθιοι πρῶτοι, ὕστατοι δὲ Ἀθηναῖοι.

Ἀθηναίων δὲ νέας τὰς ἄριστα πλωούσας ἐπιλεξάμενος Θεμιστοκλέης, ἐπορεύετο περὶ τὰ πότιμα ὕδατα, 22

XXI. 5. παλήσειε. παλαίσειεν cod. noster ms.

Artemisium speculator fuit, Polyas genere Anticyrensis, cui mandatum erat, (et ad hoc remis bene instructum navigium in parato habebat) ut, si conflixisset classis, id illis qui *ad Thermopylas* erant significaret: et similiter apud Leonidam Abronychus, Lysiclis filius, Atheniensis, paratus fuit qui conscensa actuaria navi his ad Artemisium renunciaret, si pedestribus copiis novi quidpiam accidisset. Hic igitur Abronychus advenit, significavitque quae circa *Leonidam* eiusque exercitum gesta erant. Quibus illi rebus cognitis, iam non amplius differendum sibi reditum iudicantes, receperunt se eodem ordine quo in statione erant locati; primi Corinthii, postremi Athenienses.

(22.) Tum vero *Themistocles*, selectis velocissimis Atheniensium navibus, ad aquas quasque circa

τες, ἀνῆγον καὶ αὐτοὶ τὰς νέας, ἐλπίσαντές σφεας εὐπετέως αἱρήσειν· οἰκότα κάρτα ἐλπίσαντες, τὰς μέν γε τῶν Ἑλλήνων ὁρέοντες ὀλίγας νέας, τὰς δὲ ἑωυτῶν πλήθεί τε πολλαπλησίας, καὶ ἄμεινον πλωούσας. καταφρονήσαντες ταῦτα, ἐκυκλοῦντο αὐτοὺς ἐς μέσον. Ὅσοι μέν νυν τῶν Ἰώνων ἔσαν εὔνοοι τοῖσι Ἕλλησι, ἀέκοντές τε ἐστρατεύοντο, συμφορήν τε ἐποιεῦντο μεγάλην, ὁρέοντες περιεχομένους αὐτοὺς, καὶ ἐπιστάμενοι ὡς οὐδεὶς αὐτέων ἀπονοστήσει· οὕτω ἀσθενέα σφι ἐφαίνετο εἶναι τὰ τῶν Ἑλλήνων πρήγματα. ὅσοισι δὲ καὶ ἡδομένοισι ἦν τὸ γινόμενον, ἄμιλλαν ἐποιεῦντο ὅκως αὐτὸς ἕκαστος πρῶτος νέα Ἀττικὴν ἑλὼν, παρὰ βασιλῆος δῶρα κάμψεται· Ἀθηναίων γὰρ αὐτοῖσι λόγος ἦν πλεῖστος ἀνὰ τὰ στρατόπεδα. Τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς ἐσήμηνε, πρῶτα μέν, ἀντίπρωροι τοῖσι βαρβάροισι γενό-

cepturos sperantes: probabili utique spe, ut qui Graecorum naves adeo paucas viderent, suas vero et multis partibus numerosiores et melius navigantes. Haec illi cogitantes, medios Graecos circumcluserunt. Ibi tum, quicumque ex Ionibus bene cupiebant Graecis, et inviti militabant, hi in maxima calamitate ponebant quod illos undique cinctos viderent, nec eorum ullum evasurum existimarunt: ita desperatae his visae erant res Graecorum. Quibus autem lubentibus ea res acciderat, hi acriter inter se contendebant, ut quisque primus, navi capta Attica, praemium a rege acciperet: nam Atheniensium potissima ratio apud utrumque hostium exercitum habebatur. (11.) Graeci, quum adhuc fronte in longum directa proras navium omnium hosti adversas

624, 42.

μενοι, ἐς τὸ μέσον τὰς πρύμνας συνήγαγον· δευτέρα δὲ σημήναντος, ἔργου εἴχοντο, ἐν ὀλίγῳ περ ἀπολαμφθέντες, καὶ κατὰ στόμα. Ἐνθαῦτα τριήκοντα νέας αἱρέουσι τῶν βαρβάρων, καὶ τὸν Γόργου τοῦ Σαλαμινίων βασιλῆος ἀδελφεὸν Φιλάονα, τὸν Χέρσιος, λόγιμον ἐόντα ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἄνδρα. πρῶτος δὲ Ἑλλήνων νέα τῶν πολεμίων εἶλε ἀνὴρ Ἀθηναῖος Λυκομήδης Αἰσχρέου, καὶ τὸ ἀριστήϊον ἔλαβε οὗτος. Τοὺς δ' ἐν τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἑτεραλκέως ἀγωνιζομένους, νὺξ ἐπελθοῦσα διέλυσε. οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ἀπέπλωον, οἱ δὲ βάρβαροι ἐς τὰς Ἀφέτας, πολλὸν παρὰ δόξαν ἀγωνισάμενοι. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ Ἀντίδωρος Λήμνιος, μοῦνος τῶν σὺν βασιλέϊ Ἑλλήνων ἐόντων, αὐτομολέει ἐς τοὺς Ἕλληνας· καὶ οἱ

habuissent, ut editum est signum, primum puppes in medium contraxerunt: deinde, altero edito signo, adgressi sunt opus; et in exiguum licet spatium conclusi, iam a fronte undique (in orbem) impetum in hostes fecerunt. Ibi tunc triginta ceperunt naves Barbarorum, et Philaonem, Chersidis filium, Gorgi Salaminiorum regis fratrem, spectatum in exercitu virum. Primus ex Graecis navem hostium cepit civis Atheniensis Lycomedes, Aeschreae filius, et virtutis praemium princeps hic retulit. Caeterum ancipite Marte pugnam hanc navalem pugnantes ingruens nox diremit: et Graeci quidem ad Artemisium sunt reversi; Barbari vero Aphetas, multo graviore, quam exspectaverant, certamine defuncti. In hac navali pugna, ex Graecis qui cum rege militabant, unus Antidorus Lemnius ad Graecorum transivit

Ἀθηναῖοι διὰ τοῦτο τὸ ἔργον ἔδοσαν αὐτῷ χῶρον ἐν Σαλαμῖνι.

12 Ὡς δὲ εὐφρόνη ἐγεγόνεε, ἦν μὲν τῆς ὥρης μέσον θέρος, ἐγίνετο δὲ ὕδωρ τε ἄπλετον διὰ πάσης τῆς νυκτὸς, καὶ σκληραὶ βρονταὶ ἀπὸ τοῦ Πηλίου· οἱ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια ἐξεφορέοντο ἐς τὰς Ἀφέτας, καὶ περί τε τὰς πρῴρας τῶν νεῶν εἰλέοντο, καὶ ἐτάρασσον τοὺς ταρσοὺς τῶν κωπέων. οἱ δὲ στρατιῶται οἱ ταύτῃ, ἀκούοντες ταῦτα, ἐς φόβον κατιστέατο, ἐλπίζοντες πάγχυ ἀπολέεσθαι, ἐς οἷα κακὰ ἥκον. πρὶν γὰρ ἢ καὶ ἀναπνεῦσαί σφεας ἔκ τε τῆς ναυηγίης καὶ τοῦ χειμῶνος τοῦ γενομένου κατὰ Πήλιον, ὑπέλαβε ναυμαχίη καρτερή· ἐκ δὲ τῆς ναυμαχίης, ὄμβρος τε λάβρος, καὶ ῥεύματα ἰσχυρὰ ἐς θάλασσαν ὡρμημένα, βρονταί τε σκλη-

partes: cui dein ob hoc factum Athenienses praedium in Salamine dono dederunt.

(12.) Facta nocte, quum esset medium anni tempus aestivum, immensa vis aquarum tota nocte cecidit de coelo, et dira tonitrua exstitere de Pelio: moxque cadavera et naufragia eiiciebantur versus Aphetas, et circa navium proras volvebantur, palmulasque impediebant remorum. Haec audientes qui ibi erant milites, terrore perculsi, prorsus se perituros existimabant, tot tantisque simul malis ingruentibus. Etenim priusquam e naufragio et tempestate ad Pelium coorta potuissent respirare, gravis incidit pugna navalis; post pugnam vero vehementissimus imber, et validi torrentes in mare decurrentes, et

625, 70.

ραί. καὶ τούτοισι μὲν τοιαύτη νὺξ ἐγίνετο. Τοῖσι δὲ 13
ταχθεῖσι αὐτέων περιπλώειν Εὔβοιαν, ἡ αὐτὴ περ ἐοῦσα νὺξ, πολλὸν ἦν ἔτι ἀγριωτέρη, τοσούτῳ ὅσῳ ἐν πελάγεϊ φερομένοισι ἐπέπιπτε. κφὶ τὸ τέλος σφι ἐγένετο ἄχαρι· ὡς γὰρ δὴ πλώουσι αὐτοῖσι χειμών τε καὶ τὸ ὕδωρ ἐπεγίνετο, ἐοῦσι κατὰ τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοίης, φερόμενοι τῷ πνεύματι, καὶ οὐκ εἰδότες τῇ ἐφέροντο, ἐξέπιπτον πρὸς τὰς πέτρας. ἐποιέετό τε πᾶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ὅκως ἂν ἐξισωθείη τῷ Ἑλληνικῷ τὸ Περσικὸν, μηδὲ πολλῷ πλέον εἴη. οὗτοι μέν νυν περὶ τὰ Κοῖλα τῆς Εὐβοίης διεφθείροντο. Οἱ δ' ἐν Ἀφέτῃσι βάρβα- 14
ροι, ὡς σφι ἀσμένοισι ἡμέρη ἐπέλαμψε, ἀτρέμα τε εἶχον τὰς νέας, καί σφι ἀπεχρέετο κακῶς πρήσσουσι ἡσυχίην ἄγειν ἐν τῷ παρέοντι. τοῖσι δὲ Ἕλλησι ἐπιβώ-

dira tonitrua. Hi igitur talem egerunt noctem. (13.) At, quibus mandatum erat circum Euboeam circumnavigare, his eadem nox multo fuit atrocior; tanto quidem magis, quod in medio pelago versantibus incidit. Et tristis illis finis fuit. Nam postquam illis navigantibus, quum adversus *Coela Euboeae* essent, [latine *Cava* dixeris] tempestas atque imber incidit; vento abrepti, nescientes ipsi quo ferrentur, ad petras impingebantur. Adeo omnia effecit Deus, quibus Persarum copiae aequales fierent copiis Graecorum, nec multo eis essent superiores. Hi igitur circa Coela Euboeae perierunt. (14.) Qui ad Aphetas erant Barbari, ut grata illis dies illuxit, tranquillas tenuere naves; bene secum agi existimantes, si, malis defuncti, quietem in praesenti agere possent. At Graecis subsidio venere tres et quinquaginta Atticae na-

θεον νέες τρεῖς καὶ πεντήκοντα Ἀττικαί. αὗταί τε δὴ σφέας ἐπέρρωσαν ἀπικόμεναι, καὶ ἅμα ἀγγελίη ἐλθοῦσα, ὡς τῶν βαρβάρων οἱ περιπλώοντες τὴν Εὔβοιαν πάντες εἴησαν διεφθαρμένοι ὑπὸ τοῦ γενομένου χειμῶνος. Φυλάξαντες δὲ τὴν αὐτὴν ὥρην, πλώοντες ἐπέπεσον νηυσὶ Κιλίσσῃσι· ταύτας δὲ διαφθείραντες, ὡς εὐφρόνη ἐγένετο, ἀπέπλωον ὀπίσω ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον.

(15.) Τρίτῃ δὲ ἡμέρῃ, δεινόν τι ποιησάμενοι οἱ στρατηγοὶ τῶν βαρβάρων, νέας οὕτω σφι ὀλίγας λυμαίνεσθαι, καὶ τὸ ἀπὸ Ξέρξεω δειμαίνοντες, οὐκ ἀνέμειναν ἔτι τοὺς Ἕλληνας μάχης ἄρξαι· ἀλλὰ παρακελευσάμενοι, κατὰ μέσον ἡμέρης ἀνῆγον τὰς νέας. Συνέπιπτε δὲ ὥστε ταῖς αὐταῖς ἡμέραις τὰς ναυμαχίας γίνεσθαι ταύτας καὶ τὰς πεζομαχίας τὰς ἐν Θερμοπύλῃσι. ἦν δὲ πᾶς ὁ ἀγὼν τοῖσι κατὰ θάλασσαν, περὶ τοῦ Εὐρίπου·

ves: quarum et adventus vires illorum animosque confirmavit, et adlatus simul nuncius, *Barbaros Euboeam circumnavigantes coorta tempestate cunctos periisse.* Itaque eadem diei hora, qua pridie, navibus evecti, in Cilicienses naves impetum fecerunt: hisque corruptis, ingruente nocte, ad Artemisium reversi sunt.

(15.) Tertio vero die, aegerrime ferentes Barbarorum duces, tam paucas naves adeo contumeliosa sibi damna inferre, veritique *Xerxis* iram, non amplius exspectarunt dum Graeci pugnae facerent initium; sed se invicem cohortati, circa medium diei navibus sunt evecti. Accidit autem, ut eisdem diebus et *navales* hae *pugnae*, et pedestres ad Thermopylas, pugnarentur. Et erat certamen omne, mari, de Eu-

626, 1.

ὥσπερ τοῖσι ἀμφὶ Λεωνίδεα, τὴν ἐσβολὴν φυλάσσειν.
οἱ μὲν δὴ παρεκελεύοντο, ὅκως μὴ παρήσουσι ἐς τὴν
Ἑλλάδα τοὺς βαρβάρους· οἱ δ', ὅκως τὸ Ἑλληνικὸν
στράτευμα διαφθείραντες, τοῦ πόρου κρατήσωσι. Ὡς 16
δὲ ταξάμενοι οἱ Ξέρξεω ἐπέπλωον, οἱ Ἕλληνες ἀτρέμας εἶχον πρὸς τῷ Ἀρτεμισίῳ. οἱ δὲ βάρβαροι μηνοειδὲς ποιήσαντες τῶν νεῶν, ἐκυκλέοντο ὡς περιλάβοιεν
αὐτούς. ἐνθεῦτεν οἱ Ἕλληνες ἐπανέπλωόν τε καὶ συνέμισγον. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ παραπλήσιοι ἀλλήλοισι ἐγίνοντο. ὁ γὰρ Ξέρξεω στρατὸς ὑπὸ μεγάθεός τε καὶ πλήθεος, αὐτὸς ὑπ' ἑωυτοῦ ἔπιπτε, ταρασσομένεών τε τῶν νεῶν, καὶ περιπιπτουσέων περὶ ἀλλήλας.
ὅμως μέντοι ἀντεῖχε, καὶ οὐκ εἶκε· δεινὸν γὰρ χρῆμα ἐποιεῦντο, ὑπὸ νεῶν ὀλίγων ἐς φυγὴν τραπέσθαι. πολ-

ripo; quemadmodum Leonidae et his qui cum eo erant, de custodiendo transitu in Graeciam. Hi igitur sese cohortabantur, ne Barbaros in Graeciam transmitterent: illi vero, ut classem delerent Graecorum, et freto potirentur. (16.) Iam, ubi instructa acie evecta est regia classis, quieti Graeci ad Artemisium stetere. At postquam illi in lunae speciem ordinare naves instituerunt, quo Graecos undique cinctos tenerent; tum vero hi quoque evecti sunt, praeliumque commiserunt. Et in hac quidem *navali pugna* pares fere utrimque fuere. Etenim *Xerxis* classis ob multitudinem navium ipsa se impediebat, quum et turbarentur naves, et aliae in alias mutuo inciderent. At nihilo tamen secius restiterunt, neque se receperunt; quippe indignissimam rem ducentes, a paucis navibus in fugam verti. Igitur multae qui-

λαὶ μὲν δὴ τῶν Ἑλλήνων νέες διεφθείροντο, πολλοὶ δὲ ἄνδρες· πολλῷ δ' ἔτι πλεῦνες νέες τε τῶν βαρβάρων καὶ ἄνδρες. οὕτω δὲ ἀγωνιζόμενοι, διέστησαν χωρὶς
17 ἑκάτεροι. Ἐν ταύτῃ τῇ ναυμαχίῃ Αἰγύπτιοι μὲν τῶν Ξέρξεω στρατιωτέων ἠρίστευσαν· οἳ ἄλλα τε μεγάλα ἔργα ἀπεδέξαντο, καὶ νέας αὐτοῖσι ἀνδράσι εἵλον Ἑλληνίδας πέντε. τῶν δὲ Ἑλλήνων κατὰ ταύτην τὴν ἡμέρην ἠρίστευσαν Ἀθηναῖοι, καὶ Ἀθηναίων Κλεινίης ὁ Ἀλ- 5
κιβιάδεω· ὃς δαπάνην οἰκηίην παρεχόμενος ἐστρατεύετο ἀνδράσι τε διηκοσίοισι καὶ οἰκηίῃ νηΐ.
18 Ὡς δὲ διέστησαν, ἄσμενοι ἑκάτεροι ἐς ὅρμον ἠπείγοντο. οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς διακριθέντες ἐκ τῆς ναυμαχίης ἀπηλλάχθησαν, τῶν μὲν νεκρῶν καὶ τῶν ναυηγίων ἐπεκράτεον· τρηχέως δὲ περιεφθέντες, καὶ οὐκ ἥκιστα Ἀθηναῖοι, τῶν αἱ ἡμίσεαι τῶν νεῶν τετρωμέναι ἔσαν, 5

dem Graecorum naves perierunt, multi item homines; sed longe plures et naves Barbarorum et homines. Hoc vero certamine defuncti, discesserunt utrimque. (17.) In hac pugna, ex Xerxis militibus praecipuam virtutis laudem Aegyptii retulere, quum aliis editis praeclare factis, tum captis quinque Graecorum navibus simul cum vectoribus. Inter Graecos, virtus eminuit Atheniensium: et inter Athenienses, Cliniae virtus, filii Alcibiadis; qui propria navi militabat, privato sumtu ducentis viris instructa.

(18.) Diremto praelio, libenter utrique ad suam stationem properarunt. Et Graeci, ut e pugna reversi sunt, cadaverum quidem et naufragiorum sunt potiti; sed, quum aspere fuissent accepti, et maxime Athenienses, quorum dimidia pars navium

627, 31.

δρησμὸν δὴ ἐβούλευον ἔσω ἐς τὴν Ἑλλάδα. Νόῳ δὲ 19
λαβὼν ὁ Θεμιστοκλέης, ὡς, εἰ ἀπορραγείη ἀπὸ τοῦ βαρβάρου τό τε Ἰωνικὸν φῦλον καὶ τὸ Καρικὸν, οἷοί τε εἴησαν τῶν λοιπῶν κατύπερθε γενέσθαι, ἐλαυνόντων τῶν Εὐβοέων πρόβατα ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ταύτῃ συλλέξας τοὺς στρατηγοὺς, ἔλεγέ σφι, ὡς δοκέοι ἔχειν τινὰ παλάμην, τῇ ἐλπίζοι τῶν βασιλῆος συμμάχων ἀποστήσειν τοὺς ἀρίστους. ταῦτα μέν νυν ἐς τοσοῦτο παρεγύμνου. ἐπὶ δὲ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι τάδε ποιητέα σφι εἶναι ἔλεγε· τῶν τε προβάτων τῶν Εὐβοεικῶν καταθύειν ὅσα τις ἐθέλοι· κρέσσον γὰρ εἶναι τὴν στρατιὴν ἔχειν, ἢ τοὺς πολεμίους· παραίνεέ τε προειπεῖν τοῖσι ἑωυτῶν ἑκάστους, πῦρ ἀνακαίειν. κομιδῆς δὲ πέρι, τὴν ὥρην· αὐτῷ μελήσειν, ὥστε ἀσινέας ἀπικέσθαι ἐς τὴν

vulneratae erant, ad interiora Graeciae se recipere decreverunt. (19.) *Themistocles* vero, reputans secum, si Ionicum genus atque Caricum abstraheretur a Barbaro, reliquis copiis superiores evadere posse Graecos; quum Euboeenses per id tempus greges suos ad mare agerent, eo convocavit Graecorum duces, dixitque, *videri sibi, ansam se habere, qua speraret fortissimos socios abstrahi a rege posse.* Et hoc quidem nonnisi hactenus illis aperuit: *ad res autem praesentes quod spectat, ita illis faciendum* ait; *de Euboeensium gregibus quotquot quisque vellet pecudes mactaret: satius enim esse, suos milites illas habere, quam hostes.* Simul illos hortatus est, ut quisque praeciperet suis ignes accendere. *De reditu vero, sibi,* ait, *curae fore iustum tempus quo salvi in Graeciam essent per-*

Ἑλλάδα. ταῦτα ἤρεσέ σΦι ποιέειν· καὶ αὐτίκα πῦρ 15
20 ἀνακαυσάμενοι, ἐτράποντο πρὸς τὰ πρόβατα. Οἱ γὰρ Εὐβοέες παραχρησάμενοι τὸν Βάκιδος χρησμὸν ὡς οὐδὲν λέγοντα, οὔτε τι ἐξεκομίσαντο οὐδὲν, οὔτε προεσάξαντο, ὡς παρεσομένου σΦι πολέμου, περιπετέα τε ἐποιήσαντο σΦίσι αὐτοῖσι τὰ πρήγματα. Βάκιδι γὰρ 5 ὧδε ἔχει περὶ τουτέων ὁ χρησμός·

Φράζεο βαρβαρόφωνον· ὅταν ζυγὸν εἰς ἅλα βάλλῃ
βύβλινον, Εὐβοίης ἀπέχειν πολυμηκάδας αἶγας.

τούτοισι δὲ οὐδὲν τοῖσι ἔπεσι χρησαμένοισι ἐν τοῖσι τότε παρεοῦσί τε καὶ προσδοκίμοισι κακοῖσι, παρῆν σΦι συμ- 10
21 Φορῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα. Οἱ μὲν δὴ ταῦτα ἔπρησσον, παρῆν δὲ ὁ ἐκ Τρηχῖνος κατάσκοπος. ἦν μὲν γὰρ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ κατάσκοπος, Πολύας, γένος

venturi. Atque haec illis facere placuit: protinusque accensis ignibus, ad pecudes sese converterunt. (20.) Nempe Euboeenses, insupĕr habito *Bacidis oraculo*, quasi nihil dicente, nihil neque ex insula exportaverant, nec in munita loca importaverant, quasi nullus adfuturus hostis esset; adeoque ipsi res suas in magnum discrimen adduxerant. Est autem *Bacidis* de his oraculum huiusmodi:

Cogita barbara-lingua-loquentem: is quando iuga imposuerit mari
byblina, fac ut procul Euboeâ absint multum-mecantes caprae.

His versibus quum illi in malis tunc et praesentibus et imminentibus non essent usi, in promtu erat ut in maximas inciderent calamitates. (21.) Dum haec aguntur, adfuit e Trachine speculator. Nam, et *ad*

628, 62.

Ἀντικυρεὺς, τῷ προσετέτακτο, (καὶ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον,) εἰ παλήσειε ὁ ναυτικὸς στρατὸς, σημαίνειν τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι ἐοῦσι· ὡς δ' αὖτως ἦν Ἀβρώνυχος ὁ Λυσικλέος, Ἀθηναῖος, καὶ παρὰ Λεωνίδῃ ἑτοῖμος τοῖσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἐοῦσι ἀγγέλλειν τριηκοντέρῳ, ἤν τι καταλαμβάνῃ νεώτερον τὸν πεζόν. Οὗτος ὦν ὁ Ἀβρώνυχος ἀπικόμενός σφι ἐσήμαινε τὰ γεγονότα περὶ Λεωνίδεα καὶ τὸν στρατὸν αὐτοῦ. οἱ δὲ, ὡς ἐπύθοντο ταῦτα, οὐκέτι ἐς ἀναβολὰς ἐποιεῦντο τὴν ἀποχώρησιν, ἐκομίζοντο δὲ ὡς ἕκαστοι ἐτάχθησαν· Κορίνθιοι πρῶτοι, ὕστατοι δὲ Ἀθηναῖοι.

Ἀθηναίων δὲ νέας τὰς ἄριστα πλωούσας ἐπιλεξάμενος Θεμιστοκλέης, ἐπορεύετο περὶ τὰ πότιμα ὕδατα, 22

XXI. 5. παλήσειε. παλαίσειεν cod. noster ms.

Artemisium speculator fuit, Polyas genere Anticyrensis, cui mandatum erat, (et ad hoc remis bene instructum navigium in parato habebat) ut, si conflixisset classis, id illis qui *ad Thermopylas* erant significaret: et similiter apud Leonidam Abronychus, Lysiclis filius, Atheniensis, paratus fuit qui conscensa actuaria navi his ad Artemisium renunciaret, si pedestribus copiis novi quidpiam accidisset. Hic igitur Abronychus advenit, significavitque quae circa *Leonidam* eiusque exercitum gesta erant. Quibus illi rebus cognitis, iam non amplius differendum sibi reditum iudicantes, receperunt se eodem ordine quo in statione erant locati; primi Corinthii, postremi Athenienses.

(22.) Tum vero *Themistocles*, selectis velocissimis Atheniensium navibus, ad aquas quasque circa

ἐντάμενων ἐν τοῖσι λίθοισι γράμματα, τὰ Ἴωνες, ἐπελθόντες τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, ἐπελέξαντο. τὰ δὲ γράμματα τάδε ἔλεγε· „Ἄνδρες Ἴωνες, οὐ „ποιέετε δίκαια ἐπὶ τοὺς πατέρας στρατευόμενοι, καὶ „τὴν Ἑλλάδα καταδουλούμενοι. ἀλλὰ μάλιστα μὲν „πρὸς ἡμέων γίνεσθε· εἰ δὲ ὑμῖν ἐστι τοῦτο μὴ δυνατὸν „ποιῆσαι, ὑμέες δὲ ἔτι καὶ νῦν ἐκ τοῦ μέσου ἡμῖν ἔζε„σθε καὶ αὐτοὶ, καὶ τῶν Καρῶν δέεσθε τὰ αὐτὰ ὑμῖν „ποιέειν. εἰ δὲ μηδέτερον τουτέων οἷόν τε γίνεσθαι, ἀλλ' „ὑπ' ἀναγκαίης μέζονος κατέζευχθε ἢ ὥστε ἀπίστα„σθαι, ὑμέες γε ἐν τῷ ἔργῳ, ἐπεὰν συμμίσγωμεν, „ἐθελοκακέετε, μεμνημένοι ὅτι ἀπ' ἡμέων γεγόνατε, „καὶ ὅτι ἀρχῆθεν ἡ ἔχθρη πρὸς τὸν Βάρβαρον ἀπ' ὑμέων „ἡμῖν γέγονε." Θεμιστοκλέης δὲ ταῦτα ἐγραφε, do-

ea loca potabiles se conferens, lapidibus incîdit scripta, quae Iones postridie eius diei ad Artemisium adpellentes legerunt. Erat autem scriptorum sententia haec: *Viri Iones! inique agitis, qui contra parentes militatis, et Graeciam in servitutem conamini redigere. Immo vero, quod maxime a vobis postulamus, nostris a partibus state! Id si facere non licet vobis, at etiam nunc neutris vos partibus adiungite, et vos ipsi, et Caribus, ut idem faciant, persuadete! Sin horum neutrum fieri potest, sed graviore necessitate, quam ut deficere ab hostibus possitis, estis adstricti; in ipso saltem opere, quando pugnam conseremus, consulto cessate! memores a nobis vos esse progenitos, atque etiam inimicitias has, quas cum Barbaris gerimus, primam a vobis originem traxisse.* Haec

629, 89.

κέειν ἐμοὶ, ἐπ' ἀμφότερα νοέων· ἵνα, ἢ λαβόντα τὰ γράμματα βασιλῆα, Ἴωνας ποιήσῃ μεταβαλέειν καὶ γενέσθαι πρὸς ἑωυτῶν, ἤ, ἐπεί τε ἀνενειχθῇ, καὶ διαβληθῇ πρὸς Ξέρξεα, ἀπίστους ποιήσῃ τοὺς Ἴωνας, καὶ τῶν ναυμαχιέων αὐτοὺς ἀπόσχῃ. Θεμιστοκλέης μὲν 23
ταῦτα ἐνέγραψε. τοῖσι δὲ βαρβάροισι αὐτίκα μετὰ ταῦτα πλοίῳ ἦλθε ἀνὴρ Ἰστιαιεὺς, ἀγγέλλων τὸν δρησμὸν τὸν ἀπ' Ἀρτεμισίου τῶν Ἑλλήνων. οἱ δ' ὑπ' ἀπιστίης τὸν μὲν ἀγγέλλοντα εἶχον ἐν Φυλακῇ, νῆας δὲ ταχείας ἀπέστειλαν προκατοψομένας. ἀπαγγειλάντων δὲ τουτέων τὰ ἦν, οὕτω δὴ ἅμα ἡλίῳ σκιδναμένῳ πᾶσα ἡ στρατιὴ ἔπλωε ἀλλὰ ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον. ἐπισχόντες δὲ ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ μέχρι μέσου ἡμέρης, τὸ ἀπὸ τούτου ἔπλωον ἐς Ἰστιαίην. ἀπικόμενοι δὲ, τὴν πό-

Themistocles scripsit, ut equidem arbitror, re in utramque partem deliberata; quo eisdem his scriptis, sive ea laterent barbaros, Iones ad deficiendum a rege et ad Graecos transeundum permoverentur; sive ea renunciata essent Xerxi et in calumniam apud eum adducta, de fide suspecti redderentur Iones, eâque caussâ a pugnis navalibus procul haberentur. (23.) Dum haec agit Themistocles, continuo post Graecorum discessum civis Histiaeensis, navigio profectus, Barbaris fugam illorum ab Artemisio nunciavit. At illi, fidem nuncio non adhibentes, in custodia hominem tenuerunt; velocesque naves, quae rem explorarent, praemiserunt. A quibus quum relatum esset id quod res erat, ita demum universa simul classis, ut primi spargebantur radii solis, ad Artemisium profecta est. Ibi usque ad me-

λιν ἔσχον τῶν Ἱστιαίων· καὶ τῆς Ἑλλοπίης μοίρης, γῆς δὲ τῆς Ἱστιαιήτιδος, τὰς παραθαλασσίας κώμας πάσας ἐπέδραμον.

24 Ἐνθαῦτα δὲ τουτέων ἐόντων, Ξέρξης ἑτοιμασάμενος τὰ περὶ τοὺς νεκροὺς, ἔπεμπε ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν κήρυκα. προετοιμάσατο δὲ τάδε. ὅσοι τοῦ στρατοῦ τοῦ ἑωυτεῦ ἔσαν νεκροὶ ἐν Θερμοπύλῃσι, ἔσαν δὲ καὶ δύο μυριάδες, ὑπολιπόμενος τουτέων ὡς χιλίους, τοὺς λοιπούς, τάφρους ὀρυξάμενος, ἔθαψε, φυλλάδα τε ἐπιβαλὼν, καὶ γῆν ἐπαμησάμενος, ἵνα μὴ ὀφθείησαν ὑπὸ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ. ὡς δὲ διέβη ἐς τὴν Ἱστιαίην ὁ κήρυξ, σύλλογον ποιησάμενος παντὸς τοῦ στρατοπέδου, ἔλεγε τάδε· „Ἄνδρες σύμμαχοι, βασιλεὺς Ξέρξης τῷ „βουλομένῳ ὑμέων παραδίδωσι, ἐκλιπόντα τὴν τάξιν

ridiem morati, *Histiaeam* inde navigarunt. Quo ubi pervenere, Histiaeorum urbe potiti, maritimos omnes vicos Ellopii agri, qui ditionis Histiaeotidis est, incursarunt.

(24.) Hi dum ibi morantur, interim *Xerxes*, postquam quae ad occisorum cadavera spectant praeparaverat, nuncium misit ad classem. Praeparaverat autem haecce. Quotquot de ipsius exercitu ceciderant, (erant autem ad vicies mille) ex his nonnisi mille admodum reliquit, caeteros factis in id fossis sepelivit, superne stratis arborum foliis, ingestaque humo, ne a classiariis conspicerentur. Ut Histiaeam praeco pervenit, convocata totius exercitus concione, haec edixit: *Viri, armorum socii! Rex Xerxes unicuique e vobis, quisquis voluerit, potestatem dat suum ordinem relinquendi, spectatumque ve-*

630, 17.

„καὶ ἐλθόντα, θεήσασθαι ὅκως μάχεται πρὸς τοὺς „ἀνοήτους τῶν ἀνθρώπων, οἳ ἤλπισαν τὴν βασιλῆος δύ„ναμιν ὑπερβαλέεσθαι.“ Ταῦτα ἐπαγγειλαμένου, μετὰ ταῦτα οὐδὲν ἐγίνετο πλοίων σπανιώτερον· οὕτω πολλοὶ ἤθελον θεήσεσθαι. διαπεραιωθέντες δὲ, ἐθηεῦντο διεξιόντες τοὺς νεκρούς· πάντες δὲ ἠπιστέατο τοὺς κείμένους εἶναι πάντας Λακεδαιμονίους καὶ Θεσπιέας, ὁρέοντες καὶ τοὺς εἵλωτας. οὐ μὲν οὐδ' ἐλάνθανε τοὺς διαβεβηκότας Ξέρξης ταῦτα πρήξας περὶ τοὺς νεκροὺς τοὺς ἑωυτοῦ· καὶ γὰρ δὴ καὶ γελοῖον ἦν. τῶν μὲν, χίλιοι ἐφαίνοντο νεκροὶ κείμενοι· οἱ δὲ, πάντες ἐκέατο ἀλέες συγκεκομισμένοι ἐς τὠυτὸ χωρίον, τέσσερες χιλιάδες. Ταύτην μὲν τὴν ἡμέρην πρὸς θέην ἐτράποντο· τῇ δ' ὑστεραίῃ οἱ μὲν ἀπέπλωον ἐς Ἱστιαίην ἐπὶ τὰς

niendi quo pacto ille cum male sanis his hominibus pugnet, qui se regis copias superaturos esse speraverant. (25.) Haec postquam nuncius edixit, mox nihil rarius fuit quam navigia: ita multi cupidi erant spectandi. Et hi, ad Thermopylas transvecti, obierunt spectaruntque cadavera: et, quum Lacedaemoniis mixtos hilotas viderent, hos omnes, qui ceciderant, Lacedaemonios et Thespienses esse arbitrabantur. Nec vero latuit eos quid de suis, qui ceciderant, Xerxes fecisset: namque manifeste ridiculum erat; quum Persarum nonnisi mille iacentia cadavera conspicerentur, Graecorum autem in unum locum congesta quatuor millia. Hunc igitur diem spectando insumsere: postridie vero classiarii, qui traiecerant, Histiaeam ad naves sunt reversi; Xerxes autem cum suis ad ulterius progrediendum se accin-

26 νῆας; οἱ δὲ ἀμφὶ Ξέρξεα ἐς ὁδὸν ὁρμέατο. Ἦκον δέ σφι αὐτόμολοι ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης ὀλίγοι τινὲς, βίου τε δεόμενοι, καὶ ἐνεργοὶ βουλόμενοι εἶναι. ἄγοντες δὲ τούτους ἐς ὄψιν τὴν βασιλῆος, ἐπυνθάνοντο οἱ Πέρσαι περὶ τῶν Ἑλλήνων τὰ ποιέοιεν· εἰς δέ τις πρὸ πάντων ἦν ὁ εἰρωτέων αὐτοὺς ταῦτα. Οἱ δέ σφι ἔλεγον, ὡς „Ὀλύμπια ἄγοιεν, καὶ θεωρέοιεν ἀγῶνα γυμνικὸν καὶ ἱππικόν." ὁ δὲ ἐπείρετο ὅ τι τὸ ἆεθλον εἴη σφι κείμενον, περὶ ὅτευ ἀγωνίζονται· οἱ δ' εἶπον „τῆς ἐλαίης τὸν διδόμενον στέφανον." Ἐνθαῦτα εἰπὰς γνώμην γενναιοτάτην Τριτανταίχμης ὁ Ἀρταβάνου, δειλίην ὤφλεε πρὸς βασιλῆος. πυνθανόμενος γὰρ τὸ ἆεθλον εἶον στέφανον, ἀλλ' οὐ χρήματα, οὔτε ἠνέσχετο σιγῶν, εἶπέ τε ἐς πάντας τάδε· „Παπαὶ, Μαρδόνιε, κοίους ἐπ' ἄν- „δρας ἤγαγες μαχησομένους ἡμέας, οἳ οὐ περὶ χρη-

xit. (26.) Per idem tempus venere ad Persas transfugae ex Arcadia, homines numero pauci, victum quaerentes, et operam suam illis praestare cupientes. Hos in conspectum regis adductos interrogarunt Persae de Graecis, quidnam illi facerent: et unus quidam prae caeteris erat, qui hoc ex illis quaesivit. Responderunt illi, *Olympia Graecos agere, spectareque certamen gymnicum et curule.* Tum rursus interrogati, *quodnam esset propositum praemium, de quo contenderent?* dixere, *oleae dari coronam.* Ibi tum Tritantaechmes, nobilissimam dicens sententiam, timiditatis culpam apud regem incurrit. Ut enim audivit, coronam esse certaminis praemium, non pecunias, silentium non tenuit; sed coram omnibus, *Papae,* inquit, *Mardonie, quales*

631, 49.

„μάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῦνται, ἀλλὰ περὶ ἀρετῆς!“ Τούτῳ μὲν δὴ ταῦτα εἴρητο.

Ἐν δὲ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ, ἐπεί τε τὸ ἐν Θερμο- 27
πύλῃσι τρῶμα ἐγεγόνεε, αὐτίκα Θεσσαλοὶ πέμπουσι κήρυκα ἐς Φωκέας, ἅτε σφι ἐνέχοντες αἰεὶ χόλον, ἀπὸ δὲ τοῦ ὑστάτου τρώματος καὶ τὸ κάρτα. Ἐσβα-
5 λόντες γὰρ παυστρατιῇ αὐτοί τε οἱ Θεσσαλοὶ καὶ οἱ σύμμαχοι αὐτέων ἐς τοὺς Φωκέας, οὐ πολλοῖσι ἔτεσι πρότερον ταύτης τῆς βασιλῆος στρατηλασίης, ἐσσώθησαν ὑπὸ τῶν Φωκέων, καὶ περιέφθησαν τρηχέως. ἐπεί τε γὰρ κατειλήθησαν ἐς τὸν Παρνησσὸν οἱ Φωκέες,
10 ἔχοντες μάντιν Τελλίην τὸν Ἠλεῖον, ἐνθαῦτα ὁ Τελλίης οὗτος σοφίζεται αὐτοῖσι τοιόνδε. γυψώσας ἄνδρας ἑξακοσίους τῶν Φωκέων τοὺς ἀρίστους, αὐτούς τε τούτους καὶ τὰ ὅπλα αὐτέων, νυκτὸς ἐπεθήκατο τοῖσι Θεσ-

contra viros tu nos pugnaturos duxisti, qui non de pecuniis, sed de virtute, certamina instituunt? Hoc eius dictum memoratur.

(27.) Interea temporis, post infelicem rerum ad Thermopylas exitum, protinus *Thessali* praeconem miserunt ad *Phocenses;* quippe quibus semper fuerant infensi, maxime vero a clade novissime ab illis accepta. Etenim paucis annis ante hanc expeditionem a Barbaro susceptam Thessali eorumque socii, quum omnibus copiis invasissent Phocenses, victi ab illis erant aspereque accepti. Quum enim apud Phocenses, ad Parnassum conclusos, vates esset Tellias Eliensis, callidum inventum hic Tellias illis commentus erat huiusmodi. Sexcentis viris Phocensium fortissimis, et ipsis et eorum armis, cretâ

σαλοῖσι· προείπας αὐτοῖσι, τὸν ἂν μὴ λευκανθίζοντα ἴδωνται, τοῦτον κτείνειν. τούτους ὦν αἱ τε Φυλακαὶ τῶν Θεσσαλῶν πρῶται ἰδοῦσαι ἐφοβήθησαν, δόξασαι ἄλλο τι εἶναι τέρας, καὶ μετὰ τὰς Φυλακὰς αὐτὴ ἡ στρατιὴ, οὕτω ὥστε τετρακισχιλίων κρατῆσαι νεκρῶν καὶ ἀσπίδων Φωκέας· τῶν τὰς μὲν ἡμισέας ἐς Ἄβας ἀνέθεσαν, τὰς δὲ ἐς Δελφούς· ἡ δὲ δεκάτη ἐγένετο τῶν χρημάτων ἐκ ταύτης τῆς μάχης, οἱ μεγάλοι ἀνδριάντες οἱ περὶ τὸν τρίποδα συνεστεῶτες, ἔμπροσθε τοῦ νηοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖσι, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι ἐν Ἄβῃσι ἀνακέα-
28 ται. Ταῦτα μέν νυν τὸν πεζὸν ἐργάσαντο τῶν Θεσσαλῶν οἱ Φωκέες, πολιορκέοντὰς ἑωυτούς· ἐσβαλοῦσαν δὲ ἐς τὴν χώρην ἵππον αὐτέων, ἐλυμήναντο ἀνηκέστως. ἐν γὰρ τῇ ἐσβολῇ ἥ ἐστι κατὰ Θάμπολιν, ἐν ταύτῃ

dealbatis, noctu de improviso impetum in Thessalos fecit, mandato dato suis, ut, *quemcumque non albicantem cernerent, hunc interficerent.* Igitur primae Thessalorum custodiae, his conspectis, aliud existimantes esse prodigium, fugam capessiverunt, et post custodias ipse exercitus; ita ut quatuor millibus caesorum et scutorum potirentur Phocenses, quorum scutorum dimidium apud Abas dedicarunt, reliquas Delphis; utque ex decima pecuniarum hoc praelio partarum factae sint ingentes illae statuae, quae ante templum Delphicum circa tripodem positae sunt, et aliae similes Abis dedicatae. (28.) Hoc modo *Phocenses* peditatum acceperant *Thessalorum*, a quibus fuerant oppugnati: equitatum vero eorumdem, terram ipsorum invadentem, insanabili clade adfecerant. Nam in introitu, qui est ad Hyam-

632, 79.

6 τάφρον μεγάλην ὀρύξαντες, ἀμφορέας κενοὺς ἐς αὐτὴν κατέθηκαν· χοῦν δὲ ἐπιφορήσαντες, καὶ ὁμοιώσαντες τῷ ἄλλῳ χώρῳ, ἐδέκοντο τοὺς Θεσσαλοὺς ἐσβάλλοντας. οἱ δὲ, ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Φωκέας, φερόμενοι ἐσέπεσον ἐς τοὺς ἀμφορέας. ἐνθαῦτα οἱ ἵπποι τὰ σκέλεα διεφθάρησαν. Τουτέων δὴ σφι ἀμφοτέρων 29
ἔχοντες ἔγνωσαν οἱ Θεσσαλοὶ, πέμψαντες κήρυκα, ἠγόρευον τάδε· „Ὦ Φωκέες, ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέ„τε μὴ εἶναι ὁμοῖοι ἡμῖν. πρόσθεν τε γὰρ ἐν τοῖσι Ἕλ„λησι, ὅσον χρόνον ἐκεῖνα ἡμῖν ἤνδανε, πλέον αἰεί κοτε „ὑμέων ἐφερόμεθα· νῦν τε παρὰ τῷ βαρβάρῳ τοσοῦτον „δυνάμεθα, ὥστε ἐπ' ἡμῖν ἐστι τῆς γῆς τε ἐστερῆσθαι „καὶ πρὸς ἠνδραποδίσθαι ὑμέας. ἡμέες μέντοι, τὸ πᾶν „ἔχοντες, οὐ μνησικακέομεν· ἀλλ' ἡμῖν γενέσθω ἀντ'

polin, ductâ ingente fossâ, in eaque vacuis depositis amphoris, et solo iniecta humo rursus aequato, incurrentes exspectaverant Thessalos. Et illi, tamquam facile eos oppressuri, magno impetu invecti, in amphoras inciderant, et equi fractis cruribus perierant. (29.) Cuius duplicis cladis caussa infensi Phocensibus Thessali, misso praecone, haecce eis edixere: *Meliora edocti, Phocenses, intelligite tandem, pares vos nobis non esse. Nam et antehac inter Graecos, quoad nobis res eorum placuere, superiores semper fuimus vobis, et nunc apud Barbarum tantum valemus, ut penes nos sit et agro vos exui, et in servitutem abripi. At, licet omnia possimus, tamen iniuriarum non sumus memores: sed pro illis rependantur nobis quin-*

„αὐτέων πεντήκοντα τάλαντα ἀργυρίου, καὶ ὑμῖν ὑπο- 10
„δεκόμεθα τὰ ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώρην ἀποτρέψειν."

30 Ταῦτά σφι ἐπαγγέλλοντο οἱ Θεσσαλοί. οἱ γὰρ Φωκέες μοῦνοι τῶν τάυτῃ ἀνθρώπων οὐκ ἐμήδιζον, κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὡς ἐγὼ συμβαλλεόμενος εὑρίσκω, κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν· εἰ δὲ Θεσσαλοὶ τὰ Ἑλλήνων ηὔξον, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, ἐμήδιζον ἂν οἱ Φωκέες. 5
ταῦτα ἐπαγγελλομένων Θεσσαλῶν, οὔτε δώσειν ἔφασαν χρήματα, παρέχειν τέ σφι Θεσσαλοῖσι ὁμοίως μηδίζειν, εἰ ἄλλως βουλοίατο· ἀλλ' οὐκ ἔσεσθαι ἑκόν-
31 τες εἶναι προδόται τῆς Ἑλλάδος. Ἐπειδὴ δὲ ἀνηνείχθησαν οὗτοι οἱ λόγοι, οὕτω δὴ οἱ Θεσσαλοὶ, κεχολωμένοι τοῖσι Φωκεῦσι, ἐγένοντο ἡγεμόνες τῷ βαρβάρῳ τῆς ὁδοῦ. ἐκ μὲν δὴ τῆς Τρηχινίης ἐς τὴν Δωρίδα ἐσέβα-

quaginta argenti talenta; et recipimus vobis, aversuros nos mala terrae vestrae impendentia.

(30.) Haec *Phocensibus Thessali* edixere. Soli enim ex omnibus illarum regionum hominibus Phocenses Medorum partes non sequebantur, nulla quidem alia de caussa, ut ego collatis inter se rationibus reperio, nisi odio Thessalorum; qui si Graecorum partibus se adiunxissent, cum Medis facturi Phocenses erant. Ista igitur quum Thessali edixissent; *nec pecunias se daturas*, responderunt Phocenses, *et in promtu sibi esse, Medorum partes, similiter atque Thessali faciant, amplecti, si modo vellent; sed nolle se ultro proditores esse Graeciae.* (31.) Quod ubi relatum est responsum, tum vero Thessali, irati Phocensibus, viae duces fuere Barbaro. Et primum quidem ex Trachinia *Doridem* sunt

λον. τῆς γὰρ Δωρίδος χώρης ποδεὼν στεινὸς ταύτῃ κατατείνει, ὡς τριήκοντα σταδίων μάλιστά κῃ εὖρος, κείμενος μεταξὺ τῆς τε Μηλίδος καὶ τῆς Φωκίδος χώρης, ἥπερ ἦν τὰ παλαιὸν Δρυοπίς· ἡ δὲ χώρη αὕτη ἐστὶ μητρόπολις Δωριέων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ. ταύτην ὦν τὴν Δωρίδα γῆν οὐκ ἐσίναντο ἐσβαλόντες οἱ βάρβαροι· ἐμήδιζόν τε γὰρ, καὶ οὐκ ἐδόκει Θεσσαλοῖσι. Ὡς δὲ ἐκ 32
τῆς Δωρίδος ἐς τὴν Φωκίδα ἐσέβαλον, αὐτοὺς μὲν τοὺς Φωκέας οὐκ αἱρέουσι. οἱ μὲν γὰρ τῶν Φωκέων ἐς τὰ ἄκρα τοῦ Παρνησσοῦ ἀνέβησαν· ἔστι δὲ καὶ ἐπιτηδεὴ δέξασθαι ὅμιλον τοῦ Παρνησσοῦ ἡ κορυφὴ κατὰ Νέωνα πόλιν κειμένη ἐπ' ἐωυτῆς· Τιθορέα οὔνομα αὐτῇ· ἐς τὴν δὴ ἀνηνείκαντο, καὶ αὐτοὶ ἀνέβησαν. οἱ δὲ πλεῦνες αὐτέων, ἐς τοὺς Ὀζόλας Λοκροὺς ἐξεκομίσαντο, ἐς

ingressi. Etenim Doricae terrae angusta lacinia, triginta fere stadiorum latitudine, huc porrigitur, inter Maliacam et Phocidem terram interiecta; qui tractus olim *Dryopis* erat. Est autem haec regio metropolis Doriensium, qui Peloponnesum incolunt. Hanc igitur Doridem terram ingressi barbari non vastarunt: etenim cum Medis sentiebant incolae, nec placuerat Thessalis ut iniuria his inferretur. (32.) Ut vero ex Doride in Phocidem sunt ingressi, ipsos quidem Phocenses non sunt nacti. Nam eorum alii in Parnassi fastigia conscenderant: est autem ad recipiendam multitudinem idoneus Parnassi vertex contra Neonem oppidum seorsum situs, cui Tithorea nomen; in quem nimirum et res suas comportaverant, et ipsi adscenderant. Maior vero pars eorumdem in Ozolas Locros sese atque res suas receperant, in Am-

Ἄμφισσαν πόλιν, τὴν ὑπὲρ τοῦ Κρισαίου πεδίου οἰκεομένην. Οἱ δὲ βάρβαροι τὴν χώρην πᾶσαν ἐπέδραμον τὴν Φωκίδα· Θεσσαλοὶ γὰρ οὕτω ἦγον τὸν στρατόν· ὁκόσα δὲ ἐπέσχον, πάντα ἐπέφλεγον καὶ ἔκειρον, καὶ 33 ἐς τὰς πόλις ἐνιέντες πῦρ καὶ ἐς τὰ ἱρά. Πορευόμενοι γὰρ ταύτῃ παρὰ τὸν Κηφισσὸν ποταμὸν, ἐδηίουν πάντα, καὶ κατὰ μὲν ἔκαυσαν Δρύμον πόλιν, κατὰ δὲ Χαράδρην, καὶ Ἔρωχον, καὶ Τεθρώνιον, καὶ Ἀμφίκαιαν, καὶ Νέωνα, καὶ Πεδιέας, καὶ Τριτέας, καὶ Ἐλάτειαν, καὶ Ὑάμπολιν, καὶ Παραποταμίους, καὶ Ἄβας· ἔνθα ἦν ἱρὸν Ἀπόλλωνος πλούσιον, θησαυροῖσί τε καὶ ἀναθήμασι πολλοῖσι κατεσκευασμένον· ἦν δὲ καὶ τότε, καὶ νῦν ἐστὶ, χρηστήριον αὐτόθι· καὶ τοῦτο τὸ ἱρὸν συλήσαντες ἐνέπρησαν. καί τινας διώκοντες εἷλον τῶν Φωκέων πρὸς τοῖσι οὔρεσι· καὶ γυναῖκάς τινας διέ-

phissam oppidum, supra Crisaeum campum situm. Barbari autem universam terram Phocidem incursarunt; ita enim exercitum duxerunt Thessali: et quocumque pervenerunt, cuncta cremarunt vastaruntque, ignem et in oppida et in templa iniicientes. (33.) Hac enim iter facientes secundum Cephissum fluvium, omnia depopulati sunt; cremaruntque Drymon oppidum, et Charadram, et Erochum, et Tethronium, et Amphicaeam, et Neonem, et Pedieas, et Triteas, et Elateam, et Hyampolin, et Parapotamios, et Abas, ubi opulentum erat Apollinis templum thesauris donariisque multis instructum: eratque ibidem, atque etiam nunc est, oraculum: et hoc etiam templum, exspoliatum, igne cremarunt. Atque Phocensium nonnullos, ad montana insecuti, ca-

φθειραν μισγόμενοι ὑπὸ πλήθεος. Παραποταμίους δὲ 34
παραμειβόμενοι οἱ βάρβαροι, ἀπίκοντο ἐς Πανοπέας.
ἐνθεῦτεν δὲ ἤδη διακρινομένη ἡ στρατιὴ αὐτέων ἐσχίζετο.
τὸ μὲν πλεῖστον καὶ δυνατώτατον τοῦ στρατοῦ, ἅμα
αὐτῷ Ξέρξῃ πορευόμενον ἐπ' Ἀθήνας, ἐσέβαλε ἐς Βοιω-
τούς, ἐς γῆν τὴν Ὀρχομενίων. Βοιωτῶν δὲ πᾶν τὸ πλῆθος
ἐμήδιζε· τὰς δὲ πόλις αὐτέων ἄνδρες Μακεδόνες διατε-
ταγμένοι ἔσωζον, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀποπεμφθέντες·
ἔσωζον δὲ, τῇδε βουλόμενοι δῆλον ποιέειν Ξέρξῃ ὅτι τὰ
Μήδων Βοιωτοὶ φρονέοιεν. οὗτοι μὲν δὴ τῶν βαρβάρων
ταύτῃ ἐτράποντο.

Ἄλλοι δὲ αὐτέων, ἡγεμόνας ἔχοντες, ὁρμέατο ἐπὶ τὸ 35
ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, ἐν δεξιῇ τὸν Παρνησσὸν ἀπέργοντες.
ὅσα δὲ καὶ οὗτοι ἐπέσχον τῆς Φωκίδος, πάντα ἐσινα-

ptivos fecerunt; et nonnullis etiam mulieribus, ob multitudinem vim facientium, necem adtulerunt. (34.) Parapotamios praetergressi Barbari, in Panopensium agrum venerunt. Inde iam discretae illorum copiae, bifariam divisae sunt. Plurima quidem et validissima pars exercitus, cum ipso Xerxe Athenas tendens, in Boeotiam intravit, in fines Orchomeniorum. Boeotorum autem universa multitudo cum Medis sentiebat: et oppida illorum tutabantur viri Macedones, ab Alexandro ad hoc missi; tutabantur ea autem, hoc ipso declaraturi Xerxi, cum Medis sentire Boeotos. Hi igitur ex Barbaris hac via incedebant.

(35.) At illorum alii, sumtis viarum ducibus, versus *Delphicum templum* intendebant iter, Parnassum a dextra relinquentes. Quascumque vero etiam hi Phocidis permearunt regiones, has cunctas eva-

μώρεον· καὶ γὰρ τῶν Πανοπέων τὴν πόλιν ἐνέπρησαν, καὶ Δαυλίων, καὶ Αἰολιδέων. Ἐπορεύοντο δὲ ταύτῃ ἀποσχισθέντες τῆς ἄλλης στρατιῆς τῶνδε εἵνεκα, ὅκως συλήσαντες τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, βασιλεῖ Ξέρξῃ ἀποδέξαιεν τὰ χρήματα. πάντα δ' ἠπίστατο τὰ ἐν τῷ ἱρῷ ὅσα λόγου ἦν ἄξια Ξέρξης, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἄμεινον ἢ τὰ ἐν τοῖσι οἰκίοισι ἔλιπε, πολλῶν αἰεὶ λεγόντων, καὶ μάλιστα τὰ Κροίσου τοῦ Ἀλυάττεω ἀναθήματα. 36 Οἱ Δελφοὶ δὲ, πυνθανόμενοι ταῦτα, ἐς πᾶσαν ἀρρωδίην ἀπίκατο. ἐν δείματι δὲ μεγάλῳ κατεστεῶτες, ἐμαντεύοντο περὶ τῶν ἱρῶν χρημάτων, εἴτε σφέα κατὰ γῆς κατορύξουσι, εἴτε ἐκκομίσουσι ἐς ἄλλην χώρην. ὁ δὲ θεὸς σφέας οὐκ ἔα κινέειν, φὰς „αὐτὸς ἱκανὸς εἶ-

XXXV. 5. Αἰολιδέων. Αἰολίδων *alii*. Λιλαίων *corrigendum censuere viri docti*.

starunt: nam et Panopensium oppidum incenderunt, et Dauliorum, et Aeolidensium. [*sive* Lilaeensium.] Viam autem istam hi, seiuncti a reliquo exercitu, ingressi sunt hoc consilio, ut, spoliato Delphico templo, opes illius *Xerxi* regi repraesentarent. Noverat autem, ut ego accepi, Xerxes omnia quae in hoc templo erant melius quam quae suis in aedibus reliquerat, quippe multis ea constanter memorantibus, ac praesertim Croesi donaria, Alyattis filii. (36.) Eius rei nuncius gravissimum Delphensibus timorem iniecit: quo terrore perculsi, oraculum de sacris pecuniis rebusque pretiosis consuluerunt, utrum in terram eas defoderent, an in aliam regionem exportarent. At vetuit Deus loco illas movere, dicens, *se ipsum ad tutanda sua sufficere*. Quo

ναι τῶν ἑωυτοῦ προκατῆσθαι." Δελφοὶ δὲ, ταῦτα ἀκούσαντες, σφέων αὐτέων πέρι ἐφρόντιζον. τέκνα μέν νυν καὶ γυναῖκας πέρην ἐς τὴν Ἀχαιίην διέπεμψαν· αὐτέων δὲ οἱ μὲν πλεῖστοι ἀνέβησαν ἐς τοῦ Παρνησσοῦ τὰς κορυφὰς, καὶ ἐς τὸ Κωρύκιον ἄντρον ἀνηνείκαντο· οἱ δὲ ἐς Ἀμφισσαν τὴν Λοκρίδα ὑπεξῆλθον. πάντες δὲ ὧν οἱ Δελφοὶ ἐξέλιπον τὴν πόλιν, πλὴν ἑξήκοντα ἀνδρῶν καὶ τοῦ προφήτεω. Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ τε ἔσαν οἱ βάρβαροι 37
ἐπιόντες, καὶ ἀπώρεον τὸ ἱρὸν, ἐν τούτῳ ὁ προφήτης, τῷ οὔνομα ἦν Ἀκήρατος, ὁρᾷ πρὸ τοῦ νηοῦ ὅπλα προκείμενα ἔσωθεν ἐκ τοῦ μεγάρου ἐξενηνειγμένα ἱρὰ, τῶν οὐκ ὅσιον ἦν ἅπτεσθαι ἀνθρώπων οὐδενί. ὁ μὲν δὴ ἦϊε Δελφῶν τοῖσι παρεοῦσι σημανέων τὸ τέρας. Οἱ δὲ βάρβαροι ἐπειδὴ ἐγίνοντο ἐπειγόμενοι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Προνηίης Ἀθηναίης, ἐπιγίνεταί σφι τέρεα ἔτι μέζονα τοῦ

audito responso, iam sibi ipsis *Delphenses* consuluerunt: et liberos quidem et uxores trans mare in Achaiam dimisere: ipsorum vero plerique in iuga conscenderunt Parnassi, resque suas in Corycium antrum comportarunt; alii vero in Amphissam Locridem secesserunt. Itaque cuncti Delphenses reliquerunt urbem, exceptis sexaginta viris et propheta. (37.) Ut vero adpropinquarunt invadentes Barbari, iamque in conspectu habuere templum; ibi tunc propheta, cui nomen erat Aceratus, sacra arma vidit ante templum proposita, ex interiore penetrali prolata, quae nulli hominum fas erat tangere. Atque ille hoc prodigium Delphensibus, qui in urbe aderant, nunciatum ivit. Ut vero gradum accelerantes Barbari prope aedem fuere *Minervae Pronaeae*,

πρὶν γενομένου τέρεος. Θῶυμα μὲν γὰρ καὶ τοῦτο κάρτα ἐστὶ, ὅπλα ἀρήϊα αὐτόματα φανῆναι ἔξω προκειμενα τοῦ νηοῦ· τὰ δὲ δὴ ἐπὶ τούτῳ δεύτερα ἐπιγενόμενα, καὶ διὰ πάντων φασμάτων ἄξια θωυμάσαι μάλιστα. Ἐπεὶ γὰρ δὴ ἔσαν ἐπιόντες οἱ βάρβαροι κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Προνηίης Ἀθηναίης, ἐν τούτῳ ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοὶ αὐτοῖσι ἐνέπιπτον, ἀπὸ δὲ τοῦ Παρνησσοῦ ἀποῤῥαγεῖσαι δύο κορυφαὶ ἐφέροντο πολλῷ πατάγῳ ἐς αὐτοὺς, καὶ κατέλαβον συχνοὺς σφέων, ἐκ δὲ τοῦ ἱροῦ
38 τῆς Προνηίης βοή τε καὶ ἀλαλαγμὸς ἐγίνετο. Συμμιγέντων δὲ τουτέων πάντων, φόβος τοῖσι βαρβάροισι ἐνεπεπτώκεε. μαθόντες δὲ οἱ Δελφοὶ φεύγοντάς σφεας, ἐπικαταβάντες, ἀπέκτειναν πλῆθός τι αὐτέων· οἱ δὲ περιεόντες ἰθὺ Βοιωτῶν ἔφευγον. Ἔλεγον δὲ οἱ ἀπονοστή-

alia his oblata sunt prodigia, superiori etiam prodigio maiora. Nam et hoc sane mirabile est, arma Martia sua sponte extra templum proposita adparuisse: sed quae mox deinde evenerunt, ea prae omnibus ostentis maximâ admiratione digna sunt. Ubi enim subeuntes Barbari prope Pronaeae Minervae aedem fuere, ibi tum et de coelo fulmina in eos deciderunt, et de Parnasso abrupta duo cacumina ingenti cum fragore in eosdem praecipitarunt, multosque oppresserunt, et ex Pronaeae aede clamor et ululatus est exauditus. (38.) Quibus rebus simul incidentibus, terror Barbaris est incussus: quos ubi fugam capessere Delphenses intellexerunt, descendentes de monte magnam illorum stragem edidere; reliqui vero rectà in Boeotiam profugerunt. Memorarunt autem, ut ego accepi, hi ex Barbaris qui re-

σαντες οὗτοι τῶν βαρβάρων, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ὡς πρὸς τούτοισι καὶ ἄλλα ὥρων θεῖα· δύο γὰρ ὁπλίτας, μέζονας ἢ κατὰ ἀνθρώπων φύσιν, ἔχοντας ἑπεσθαί σφι, κτείνοντας καὶ διώκοντας. Τούτους δὲ τοὺς δύο Δελφοὶ 39
λέγουσι εἶναι ἐπιχωρίους ἥρωας, Φύλακόν τε καὶ Αὐτόνοον, τῶν τὰ τεμένεά ἐστι περὶ τὸ ἱρόν· Φυλάκου μὲν, παρ' αὐτὴν τὴν ὁδὸν κατύπερθε τοῦ ἱροῦ τῆς Προνηίης· Αὐτονόου δὲ, πέλας τῆς Κασταλίης, ὑπὸ τῇ Ὑαμπείῃ κορυφῇ. Οἱ δὲ πεσόντες ἀπὸ τοῦ Παρνησσοῦ λίθοι, ἔτι καὶ ἐς ἡμέας ἔσαν σόοι, ἐν τῷ τεμένεϊ τῆς Προνηίης Ἀθηναίης κείμενοι, ἐς τὸ ἐνέσκηψαν διὰ τῶν βαρβάρων φερόμενοι. Τρυτέων μέν νυν τῶν ἀνδρῶν αὕτη ἀπὸ τοῦ ἱροῦ ἀπαλλαγὴ γίνεται.

Ὁ δὲ Ἑλλήνων ναυτικὸς στρατὸς ἀπὸ τοῦ Ἀρτε- 40

dierunt, praeter ista se alia etiam ostenta divinitus missa vidisse: namque duos armatos, maiores quam pro humana natura, continenter sibi institisse, persequentes caedemque facientes. (39.) Istos duo, aiunt Delphenses, indigenas fuisse heroas, *Phylacum* et *Autonoum*, quorum fana sunt in templi vicinia; Phylaci quidem, secundum ipsam viam, supra Pronaeae aedem; Autonoi vero, prope Castaliam sub Hyampeo cacumine. Saxa autem, quae de Parnasso deciderant, ad nostram usque aetatem superfuerunt, in agro Minervae Pronaeae sacro iacentia; in quem, postquam per Barbaros devoluta sunt, incubuerunt. Isto igitur modo hi homines a *Delphico templo* discesserunt.

(40.) Iam *classis Graecorum*, ab Artemisio pro-

μισίου, Ἀθηναίων δεηθέντων, ἐς Σαλαμῖνα κατίσχει τὰς νῆας. τῶνδε δὲ εἵνεκα προσεδεήθησαν αὐτέων σχεῖν πρὸς Σαλαμῖνα Ἀθηναῖοι, ἵνα αὐτοὶ παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ὑπεξαγάγωνται ἐκ τῆς Ἀττικῆς, πρὸς δὲ καὶ βουλεύσωνται τὸ ποιητέον αὐτοῖσι ἔσται. ἐπὶ γὰρ τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι βουλὴν ἔμελλον ποιήσεσθαι, ὡς ἐψευσμένοι γνώμης. δοκέοντες γὰρ εὑρήσειν Πελοποννησίους πανδημεὶ ἐν τῇ Βοιωτίῃ ὑποκατημένους τὸν βάρβαρον, τῶν μὲν εὗρον οὐδὲν ἐὸν, οἱ δὲ ἐπυνθάνοντο τὸν Ἰσθμὸν αὐτοὺς τειχέοντας ἐς τὴν Πελοπόννησον, περὶ πλείστου τε ποιευμένους περιεῖναι, καὶ ταύτην ἔχοντας ἐν Φυλακῇ, τὰ δὲ ἄλλα ἀπιέναι. ταῦτα πυνθανόμενοι, οὕτω δὴ προσεδεήθησάν σφεων σχεῖν πρὸς τὴν Σαλαμῖνα.

41 Οἱ μὲν δὴ ἄλλοι κατέσχον ἐς τὴν Σαλαμῖνα, Ἀθηναῖοι

fecta, rogatu Atheniensium ad *Salaminem* adpulit. Et hoc quidem consilio Athenienses a sociis, ut ad Salamina adpellerent, rogaverant, ut ipsi liberos et uxores ex Attica exportatos in tuto locarent, et porro quid sibi faciendum esset deliberarent. Nam pro praesente rerum statu, quum opinione sua essent frustrati, consilium capturi erant. Etenim quum existimassent se Peloponnesios cum omnibus copiis reperturos esse in Boeotia subsidentes ibique Barbarum excepturos, nihil horum repererant: sed certiores erant facti, isthmum illos, qua est introitus in Peloponnesum, muro intercipere, et haec ut salva sit maxime curare, hancque custodire, caetera omittentes. Haec quum intellexissent Athenienses, idcirco socios, ut ad Salamina sisterent classem, rogaverant. (41.) Et reliqui quidem ad Salamina adpulerunt,

δὲ ἐς τὴν ἑωυτῶν. μετὰ δὲ τὴν ἄπιξιν, κήρυγμα ἐποιήσαντο „Ἀθηναίων τῇ τις δύναται, σώζειν τὰ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας.“ Ἐνθαῦτα οἱ μὲν πλεῖστοι ἐς Τροιζῆνα ἀπέστειλαν, οἱ δὲ ἐς Αἴγιναν, οἱ δὲ ἐς Σαλαμῖνα. ἔσπευσαν δὲ ταῦτα ὑπεκθέσθαι, τῷ χρηστηρίῳ τε βουλόμενοι ὑπηρετέειν, καὶ δὴ καὶ τοῦδε εἵνεκα οὐκ ἥκιστα· λέγουσι οἱ Ἀθηναῖοι, ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλιος ἐνδιαιτέεσθαι ἐν τῷ ἱρῷ. λέγουσί τε ταῦτα, καὶ δὴ καὶ ὡς ἐόντι ἐπιμηνία ἐπιτελέουσι προτιθέντες· τὰ δ' ἐπιμήνια, μελιτόεσσά ἐστι. αὐτὴ δ' ἡ μελιτόεσσα, ἐν τῷ πρόσθεν αἰεὶ χρόνῳ ἀναισιμουμένη, τότε ἦν ἄψαυστος. σημηνάσης δὲ ταῦτα τῆς ἱρείης, μᾶλλόν τι οἱ Ἀθηναῖοι καὶ προθυμότερον ἐξέλιπον τὴν πόλιν, ὡς καὶ

Athenienses vero ad Atticam. Quo ubi pervenere, praeconio edixerunt, *quo loco quisque posset Atheniensium, eo liberos et familiam in tuto locaret.* Ibi tunc plerique Troezena eos miserunt, alii vero in Aeginam, alii Salamina. Properarunt autem suos suaque extra Atticam in tuto locare, partim oraculi mandato obtemperare cupientes, partim, nec minime, hac de caussa. Dicunt Athenienses, ingentem serpentem, arcis custodem, versari in templo: nec vero id perhibent solum, sed etiam tamquam re vera ibi versanti menstrua sacra faciunt adponuntque: est autem menstruum sacrificium, placenta melle condita. Haec placenta, quum superioribus temporibus constanter consumta fuisset, tunc intacta erat. Quod ubi significavit antistita templi, tanto magis atque studiosius urbem reliquerunt Athenienses, quod etiam dea arcem deseruisset. Exportatis autem rebus

τῆς θεοῦ ἀπολελοιπυίης τὴν ἀκρόπολιν. ὡς δέ σφι πάν-
42 τα ὑπεξέκειτο, ἔπλωον ἐς τὸ στρατόπεδον. Ἐπεὶ δὲ οἱ
ἀπ' Ἀρτεμισίου ἐς Σαλαμῖνα κατέσχον τὰς νέας, συν-
έῤῥεε καὶ ὁ λοιπὸς πυνθανόμενος ἐ τῶν Ἑλλήνων ναυτι-
κὸς στρατὸς ἐκ Τροιζῆνος· ἐς γὰρ Πώγωνα τὸν Τροιζη-
νίων λιμένα προείρητο συλλέγεσθαι. συνελέχθησάν τε
δὴ πολλῷ πλεῦνες νέες ἢ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἐναυμάχεον,
καὶ ἀπὸ πολίων πλεύνων. Ναύαρχος μέν νυν ἐπῆν αὐ-
τὸς ὅσπερ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, Εὐρυβιάδης ὁ Εὐρυκλείδεω,
ἀνὴρ Σπαρτιήτης, οὐ μέντοι γενεός γε τοῦ βασιληίου
ἐών· νέας δὲ πολλῷ πλείστας τε καὶ ἄριστα πλωού-
ρας παρείχοντο Ἀθηναῖοι.

43 Ἐστρατεύοντο δὲ οἵδε. Ἐκ μὲν Πελοποννήσου, Λα-
κεδαιμόνιοι, ἑκκαίδεκα νῆας παρεχόμενοι· Κορίνθιοι δὲ,

omnibus, in tutoque locatis, ad castra navigarunt. (42.) Postquam vero isti ab Artemisio *ad Salamina* constituerant classem, accepto eius rei nuncio reliquae etiam *nauticae Graecorum copiae* eodem confluxerunt, Troezene profectae. Edictum enim illis fuerat, ut ad Pogonem, Troezeniorum portum, convenirent: et convenerant multo plures quam quae ad Artemisium navali praelio erant defunctae, et ex pluribus civitatibus. Classi cum imperii summa praefectus erat idem qui ad Artemisium, *Eurybiades*, Euryclidae filius, Spartanus, nec vero ex regio genere natus: sed plurimas naves, optimeque navigantes, praebuerant Athenienses.

(43.) Qui autem *hac in classe militabant*, hi fuere. *Ex Peloponneso*, Lacedaemonii, sedecim na-

τὸ αὐτὸ πλήρωμα παρεχόμενοι τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ. Σικυώνιοι δὲ, πεντεκαίδεκα παρείχοντο νῆας· Ἐπιδαύριοι δὲ, δέκα· Τροιζήνιοι δὲ, πέντε· Ἑρμιονέες δὲ, τρεῖς· ἐόντες οὗτοι, πλὴν Ἑρμιονέων, Δωρικόν τε καὶ Μακεδνὸν ἔθνος, ἐξ Ἐρινεοῦ τε καὶ Πίνδου καὶ τῆς Δρυοπίδος ὕστατα ὁρμηθέντες. οἱ δὲ Ἑρμιονέες εἰσὶ Δρύοπες, ὑπὸ Ἡρακλέος τε καὶ Μηλιέων ἐκ τῆς νῦν Δωρίδος καλεομένης χώρης ἐξαναστάντες. οὗτοι μέν νυν Πελοποννησίων ἐστρατεύοντο. Οἱ δὲ ἐκ τῆς ἔξω ἠπείρου· Ἀθη- 44
ναῖοι μὲν, πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους παρεχόμενοι νῆας ὀγδώκοντα καὶ ἑκατὸν, μοῦνοι· ἐν Σαλαμῖνι γὰρ οὐ συνεναυμάχησαν Πλαταιέες Ἀθηναίοισι, διὰ τοιόνδε πρῆγμα. ἀπαλλασσομένων τῶν Ἑλλήνων ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου, ὡς ἐγίνοντο κατὰ Χαλκίδα, οἱ Πλαταιέες

ves praebentes: tum Corinthii, totidem naves cum vectoribus praebentes quot ad Artemisium. Sicyonii vero quindecim praebuerunt naves; Epidaurii, decem; Troezenii, quinque; Hermionenses, tres. Sunt autem isti, exceptis Hermionensibus, Dorica et Macedna natio, ex Erineo et Pindo et Dryopide novissime profecti. Hermionenses vero Dryopes sunt, ab Hercule et Maliensibus ex regione quae Doris nunc vocatur eiecti. Hae copiae Peloponnesiorum erant. (44.) Ex populis vero continentem extra Peloponnesum incolentibus adfuere, primum, *Athenienses*, qui prae reliquis omnibus centum et octoginta naves contulerunt: et hi quidem nunc soli erant, nam in pugna ad Salaminem Atheniensibus Plataeenses praesto non fuere, hac de caussa. Quo tempore Graeci, relicto Artemisio, prope Chalcidem fuerant, Pla-

ἀποβάντες ἐς τὴν περαίην τῆς Βοιωτίης χώρης, πρὸς ἐκκομιδὴν ἐτράποντο τῶν οἰκετέων. οὗτοι μέν νυν τούτους σώζοντες ἐλείφθησαν. Ἀθηναῖοι δὲ, ἐπὶ μὲν Πελασγῶν ἐχόντων τὴν νῦν Ἑλλάδα καλεομένην, ἔσαν Πελασγοὶ, οὐνομαζόμενοι Κραναοί· ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλῆος, ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι· ἐκδεξαμένου δὲ Ἐρεχθῆος τὴν ἀρχὴν, Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν· Ἴωνος δὲ τοῦ Ξούθου στρατάρχεω γενομένου Ἀθηναίοισι, ἐκλήθησαν ἀπὸ τούτου Ἴωνες. Μεγαρέες δὲ τωυτὸ πλήρωμα παρείχοντο τὸ καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ· Ἀμπρακιῶται δὲ, ἑπτὰ νέας ἔχοντες ἐπεβώθησαν· Λευκάδιοι δὲ, τρεῖς· ἔθνος ἐόντες οὗτοι Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου. Νησιωτέων δὲ, Αἰγινῆται τριήκοντα παρεῖχοντο. ἔσαν μέν σφι καὶ ἄλλαι πεπλη-

XLIV. 13. Ἀθηναῖοι. *Intercidisse nomen* Ἐρεχθεῖδαι *suspicantur docti viri.*

taeenses in oppositam Boeotiae oram exscenderant, et ad familias suas in tuto locandas erant profecti: ita, dum suos tutantur, in tempore non adfuerunt. *Athenienses*, quo tempore Pelasgi Graeciam (quae nunc vocatur) tenebant, *Pelasgi* fuerant, *Cranai* nominati; sub Cecrope vero rege, *Cecropidae* sunt adpellati: tum regnante Erechtheo, mutato nomine, *Athenienses* adpellati: ab Ione vero, Xuthi filio, qui copiarum dux fuit Atheniensium, *Iones* sunt denominati. (45.) Megarenses totidem naves cum vectoribus contulerant, quot ad Artemisium. Ampraciotae cum septem navibus praesto erant: Leucadii cum tribus; Doricus hic quoque populus est, ex Corintho. (46.) Ex insulanis *Aeginetae* naves contulerant triginta: et instructas quidem etiam alias ha-

ρωμέναι νέες, ἀλλὰ τῇσι μὲν τὴν ἑωυτῶν ἐφύλασσον, τριήκοντα δὲ τῇσι ἄριστα πλωούσῃσι ἐν Σαλαμῖνι ἐναυμάχησαν. Αἰγινῆται δέ εἰσι Δωριέες, ἀπὸ Ἐπιδαύρου· τῇ δὲ νήσῳ πρότερον οὔνομα ἦν Οἰνώνη. μετὰ δὲ Αἰγινήτας, Χαλκιδέες τὰς ἐπ' Ἀρτεμισίῳ εἴκοσι παρεχόμενοι, καὶ Ἐρετριέες τὰς ἑπτά· οὗτοι δὲ Ἴωνές εἰσι. μετὰ δὲ, Κεῖοι τὰς αὐτὰς παρεχόμενοι· ἔθνος ἐὸν Ἰωνικὸν ἀπὸ Ἀθηνέων. Νάξιοι δὲ παρείχοντο τέσσερας· ἀποπεμφθέντες μὲν ἐς τοὺς Μήδους ὑπὸ τῶν πολιητέων, καταπερ ὦλλοι νησιῶται· ἀλογήσαντες δὲ τῶν ἐντολέων, ἀπίκατο ἐς τοὺς Ἕλληνας, Δημοκρίτου σπεύσαντος, ἀνδρὸς τῶν ἀστῶν δοκίμου, καὶ τότε τριηραρχέοντος. Νάξιοι δέ εἰσι Ἴωνες, ἀπ' Ἀθηνέων γεγονότες. Στυρέες δὲ τὰς αὐτὰς παρείχοντο νῆας τὰς καὶ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ·

bebant, sed illis suam custodiebant terram, triginta vero optime navigantibus pugnarunt ad Salaminem. Sunt autem Aeginetae Dorienses, ex Epidauro: nomen vero insulae prius *Oenone* fuerat. Post Aeginetas, Chalcidenses aderant cum viginti navibus quas easdem ad Artemisium habuerant; et Eretrienses cum eisdem septem navibus: Ionica haec gens est. Deinde Cei, Ionicus populus Athenis oriundus, cum eisdem quibus ad Artemisium. *Naxii* cum quatuor navibus aderant; ad Medos quidem missi a civibus, quemadmodum reliqui insulani: sed spreto mandato ad Graecos sese contulerant hortante Democrito, spectato inter suos viro, qui tunc trierarcha erat. Sunt autem Iones Naxii, Athenis oriundi. Styrenses easdem, quas ad Artemisium, naves contulerunt; Cythnii vero triremem unam, et actuariam quinqua-

Κύθνιοι δὲ, μίαν καὶ πεντηκόντερον· ἐόντες συναμφότεροι οὗτοι Δρύοπες. καὶ Σερίφιοί τε καὶ Σίφνιοι καὶ Μήλιοι ἐστρατεύοντο· οὗτοι γὰρ οὐκ ἔδοσαν μοῦνοι νησιωτέων τῷ βαρβάρῳ γῆν τε καὶ ὕδωρ. Οὗτοι μὲν ἅπαν- 20
47 τες ἐντὸς οἰκημένοι Θεσπρωτῶν καὶ Ἀχέροντος ποταμοῦ, ἐστρατεύοντο· Θεσπρωτοὶ γάρ εἰσι ὁμουρέοντες Ἀμπρακιώτῃσι καὶ Λευκαδίοισι, οἳ ἐξ ἐσχατέων χωρέων ἐστρατεύοντο. Τῶν δὲ ἐκτὸς τουτέων οἰκημένων, Κροτω- 5
νιῆται μοῦνοι ἔσαν οἳ ἐβώθησαν τῇ Ἑλλάδι κινδυνευούσῃ, νηὶ μιῇ, τῆς ἦρχε ἀνὴρ τρὶς πυθιονίκης, Φάϋλλος.
48 Κροτωνιῆται δὲ γένος εἰσὶ Ἀχαιοί. Οἱ μέν νυν ἄλλοι, τριήρεας παρεχόμενοι ἐστρατεύοντο· Μήλιοι δὲ, καὶ Σίφνιοι, καὶ Σερίφιοι, πεντηκοντέρους. Μήλιοι μὲν, γένος ἐόντες ἀπὸ Λακεδαίμονος, δύο παρείχοντο· Σίφ-

ginta-remorum: utrique hi Dryopes sunt. Seriphii etiam, et Siphnii, et Melii cum Graecis militarunt: hi enim soli ex insulanis Barbaro terram et aquam non tradiderant. (47.) Quos adhuc memoravi pugnae ad Salamina socios, hi omnes citra Thesprotiam et Acherontem fluvium habitant: Thesproti enim finitimi sunt Ampraciotis et Leucadiis, qui ex ultimis Graeciae regionibus adfuerunt. Ex his vero qui ultra incolunt, soli *Crotoniatae* fuere, qui periclitanti succurrerent Graeciae, et una quidem nave, cui praefuit vir ter Pythiorum certaminum victor, Phayllus: sunt autem Crotoniatae origine Achaei. (48.) Iam reliqui quidem, quos memoravi, triremes praebuerunt; Melii vero et Siphnii et Seriphii penteconteros; [*id est*, longas naves remis quinquaginta instructas:] et Melii quidem, genus a Lacedaemone

νιοι δὲ καὶ Σερίφιοι, Ἴωνες ἐόντες ἀπ' Ἀθηνέων, μίαν ἑκάτεροι. Ἀριθμὸς δὲ ἐγένετο ὁ πᾶς τῶν νεῶν, πάρεξ τῶν πεντηκοντέρων, τριηκόσιαι καὶ ἑβδομήκοντα καὶ ὀκτώ.

Ὡς δὲ ἐς τὴν Σαλαμῖνα συνῆλθον οἱ στρατηγοὶ ἀπὸ 49
τῶν εἰρημένων πολίων, ἐβουλεύοντο, προθέντος Εὐρυβιάδεω, γνώμην ἀποφαίνεσθαι τὸν βουλόμενον, ὅκου δοκέοι ἐπιτηδεώτατον εἶναι ναυμαχίην ποιέεσθαι τῶν αὐτοὶ χωρέων ἐγκρατέες εἰσί. ἡ γὰρ Ἀττικὴ ἀφεῖτο ἤδη, τῶν δὲ λοιπέων πέρι προετίθεε. Αἱ γνῶμαι δὲ τῶν λεγόντων αἱ πλεῖσται συνεξέπιπτον, πρὸς τὸν Ἰσθμὸν πλώσαντας ναυμαχέειν πρὸ τῆς Πελοποννήσου· ἐπιλέγοντες τὸν λόγον τόνδε „ὡς, ἢν νικηθέωσι τῇ ναυμαχίῃ, ἐν Σαλαμῖνι μὲν ἐόντες, πολιορκήσονται ἐν νήσῳ, ἵνα σφι τι-

derivantes, duas praebuere; Siphnii vero et Seriphii, Iones ab Athenis originem ducentes, utrique unam. Fuit autem *universus navium numerus*, demtis penteconteris, trecentae septuaginta et octo.

(49.) Ut *ad Salaminem* convenit ex praedictis civitatibus *classis*, deliberarunt duces, rogante Eurybiade ut sententiam diceret quisquis vellet, *quo loco opportunissimum videretur pugna navali decernere, ex eis nempe locis quae in ipsorum essent potestate:* iam enim Attica pro derelicta erat: itaque de reliquis locis rogavit. Et pleraeque eorum, qui verba fecerunt, in hoc congruebant sententiae, *ad Isthmum navigandum esse, et ante Peloponnesum navali pugna decernendum:* cuius sententiae hanc rationem reddebant, *quod, si inferiores ex pugna discessissent, et Salamine essent, obsiderentur in insula, ubi nullum ipsis adparere sub-*

μωρίη οὐδεμίη ἐπιφανήσεται· πρὸς δὲ τῷ Ἰσθμῷ, ἐς τοὺς ἑωυτῶν ἐξοίσονται."

50 Ταῦτα τῶν ἀπὸ Πελοποννήσου στρατηγῶν ἐπιλεγομένων, ἐλήλυθε ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ἀγγέλλων ἥκειν τὸν βάρβαρον ἐς τὴν Ἀττικὴν, καὶ πᾶσαν αὐτὴν πυρπολέεσθαι. Ὁ γὰρ διὰ Βοιωτῶν τραπόμενος στρατὸς ἅμα Ξέρξῃ, ἐμπρήσας Θεσπιέων τὴν πόλιν, αὐτέων ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον, καὶ τὴν Πλαταιέων ὡσαύτως, ἥκέ τε ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ πάντα ἐκεῖνα ἐδηίου. ἐνέπρησε δὲ Θέσπειάν τε καὶ Πλάταιαν, πυ-
51 θόμενος Θηβαίων ὅτι οὐκ ἐμήδιζον. Ἀπὸ δὲ τῆς διαβάσιος τοῦ Ἑλλησπόντου, ἔνθεν πορεύεσθαι ἤρξαντο οἱ βάρβαροι, ἕνα αὐτοῦ διατρίψαντες μῆνα, ἐν τῷ διέβαινον ἐς τὴν Εὐρώπην, ἐν τρισὶ ἑτέροισι μησὶ ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ, Καλλιάδεω ἄρχοντος Ἀθηναίοισι.

sidium posset; ad Isthmum vero, ad suos se possent salvi recipere.

(50.) Dum ita duces Peloponnesiorum disputant, advenit vir Atheniensis, nuncians *in Atticam ingressum esse Barbarum, et totam regionem igne vastare.* Quippe exercitus unà cum Xerxe, itinere per Boeotiam facto, incensa Thespiensium urbe, qui in Peloponnesum se receperant, itemque Plataeensium urbe, Athenas profectus, omnia illius regionis loca evastabat. Incenderat autem Thespiam et Plataeam, quod a Thebanis audisset, cum Medis illos non sentire. (51.) A transitu Hellesponti, unde iter facere coeperant Barbari, postquam ibi unum mensem erant morati, quo in Europam transierunt, tribus proximis mensibus in Attica adfuerunt, prae-

καὶ αἱρέουσι ἐρῆμον τὸ ἄστυ, καί τινας ὀλίγους εὑρίσκουσι τῶν Ἀθηναίων ἐν τῷ ἱρῷ ἐόντας, ταμίας τε τοῦ ἱροῦ, καὶ πένητας ἀνθρώπους· οἳ φραξάμενοι τὴν ἀκρόπολιν θύρῃσί τε καὶ ξύλοισι, ἠμύνοντο τοὺς ἐπιόντας· ἅμα μὲν ὑπ' ἀσθενίης βίου οὐκ ἐκχωρήσαντες ἐς Σαλαμῖνα, πρὸς δὲ αὐτοὶ δοκέοντες· ἐξευρηκέναι τὸ μαντήϊον τὸ ἡ Πυθίη σφι ἔχρησε „τὸ ξύλινον τεῖχος ἀνάλωτον ἔσεσθαι" αὐτὸ δὴ τοῦτο εἶναι τὸ χρησφύγετον κατὰ τὸ μαντήϊον, καὶ οὐ τὰς νῆας. Οἱ δὲ Πέρσαι, ἱζόμενοι 52 ἐπὶ τὸν καταντίον τῆς ἀκροπόλιος ὄχθον, τὸν Ἀθηναῖοι καλέουσι Ἀρήϊον πάγον, ἐπολιόρκεον τρόπον τοιόνδε· ὅκως στυπεῖον περὶ τοὺς ὀϊστοὺς περιθέντες ἅψειαν, ἐτόξευον ἐς τὸ φράγμα. ἐνθαῦτα Ἀθηναίων οἱ πολιορκεόμενοι ὅμως ἠμύνοντο, καίπερ ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ ἀπιγμένοι,

tore Atheniensium Calliade. Deprehenderunt autem vacuam urbem, et paucos quosdam Atheniensium in templo versantes, quaestores templi, et pauperes nonnullos homines; qui arce asseribus atque palis praesepta arcebant subeuntes. Hi et ob victus inopiam sese Salaminem non receperant, et quod se solos existimarent sententiam reperisse oraculi a Pythia editi, *ligneum murum insuperabilem fore*; nempe hoc ipsum esse certum illud refugium, quod oraculo significatum esset, non naves. (52.) *Persae* vero, castris in tumulo positis ex adverso arcis sito, quem *Areopagum* [Martium tumulum] vocant, hoc modo illam oppugnarunt: stupam sagittis circumdatam incendebant, atque ita sagittas adversus vallum iaculabantur. At oppugnati *Athenienses*, ad extremum licet malum redacti, fallente eos etiam

καὶ τοῦ Φράγματος προδεδωκότος· οὐδὲ λόγους τῶν Πεισιστρατιδέων προσφερόντων περὶ ὁμολογίης ἐνεδέκοντο. ἀμυνόμενοι δὲ, ἄλλα τε ἀντεμηχανέοντο, καὶ δὴ καὶ προσιόντων τῶν βαρβάρων πρὸς τὰς πύλας, ὀλοιτρόχους ἀπίεσαν· ὥστε Ξέρξεα ἐπὶ χρόνον συχνὸν ἀπορίῃσι ἐνέ-
53 χεσθαι, οὐ δυνάμενόν σφεας ἑλεῖν. Χρόνῳ δ' ἐκ τῶν ἀπόρων ἐφάνη δή τις ἔσοδος τοῖσι βαρβάροισι· ἔδεε γὰρ κατὰ τὸ θεσπρόπιον πᾶσαν τὴν Ἀττικὴν τὴν ἐν τῇ ἠπείρῳ γενέσθαι ὑπὸ Πέρσῃσι. ἔμπροσθε ὦν πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθε δὲ τῶν πυλέων καὶ τῆς ἀνόδου, τῇ δὴ οὔτε τις ἐφύλασσε, οὔτ' ἂν ἤλπισε μή κοτέ τις κατὰ ταῦτα ἀναβαίη ἀνθρώπων, ταύτῃ ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγλαύρου, καίτοιπερ ἀποκρήμνου ἐόντος τοῦ χώρου. Ὡς δὲ εἶδον αὐτοὺς

vallo, tamen resistebant; nec conditiones de deditione admittebant, a Pisistratidis propositas. Resistebant autem, quum alia contra machinantes, tum et, quoties ad portam succederent barbari, ingentibus in eos saxis devolutis; ut perdiu *Xerxes* inops fuerit consilii, quum illos expugnare non posset. (53.) Ad extremum vero, post illas difficultates, introitus quidam in arcem barbaris adparuit: debuit enim, iuxta oraculum, universa Atheniensium terra, quatenus in continente erat, in Barbarorum venire potestatem. Erat igitur ante arcem, sed in parte a porta et adscensu aversa, locus ubi nemo excubabat, et ubi nemo crediderat quemquam hominum umquam adscensurum: eo loco, quamvis praerupto, adscenderunt nonnulli prope *Aglauri fanum*, Cecropis filiae. Quos ut in arcem conscendisse viderunt Athenienses,

ἀναβεβηκότας οἱ Ἀθηναῖοι ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, οἱ μὲν ἐρρίπτεον ἑωυτοὺς κατὰ τοῦ τείχεος κάτω, καὶ διεφθείροντο, οἱ δὲ ἐς τὸ μέγαρον κατέφευγον. τῶν δὲ Περσέων οἱ ἀναβεβηκότες, πρῶτον μὲν ἐτράποντο πρὸς τὰς πύλας· ταύτας δὲ ἀνοίξαντες, τοὺς ἱκέτας ἐφόνευον· ἐπεὶ δὲ σφι πάντες κατέστρωντο, τὸ ἱρὸν συλήσαντες, ἐνέπρησαν πᾶσαν τὴν ἀκρόπολιν.

Σχὼν δὲ παντελέως τὰς Ἀθήνας Ξέρξης, ἀπέπεμψε 54
ἐς Σοῦσα ἄγγελον ἱππέα, Ἀρταβάνῳ ἀγγελέοντα τὴν παρεοῦσάν σφι εὐπρηξίην. Ἀπὸ δὲ τῆς πέμψιος τοῦ κήρυκος δευτέρῃ ἡμέρῃ συγκαλέσας Ἀθηναίων τοὺς φυγάδας, ἑωυτῷ δὲ ἑπομένους, ἐκέλευε τρόπῳ τῷ σφετέρῳ θῦσαι τὰ ἱρὰ, ἀναβάντας ἐς τὴν ἀκρόπολιν· εἴ τε δὴ ὧν ὄψιν τινὰ ἰδὼν ἐνυπνίου ἐνετέλλετο ταῦτα, εἴ τε καὶ ἐνθύμιόν οἱ ἐγένετο ἐμπρήσαντι τὸ ἱρόν. οἱ δὲ φυγάδες

alii de muro sese praecipitarunt perieruntque, alii in interiorem templi aedem confugerunt. *Persae* vero qui adscenderant, primum ad portam adcurrerunt, eaque aperta trucidarunt supplices; quibus omnibus occisis, spoliarunt templum, et universam *acropolin incenderunt.*

(54.) Tum *Xerxes*, *Athenis* penitus *potitus*, equitem Susa misit, qui Artabano rem feliciter gestam nunciaret. Postridie vero quam nuncium hunc dimisit, convocatis Atheniensium exsulibus, qui illius castra sequebantur, mandavit, ut in arcem adscenderent, suoque ritu ibi sacra facerent; sive quod viso nocturno monitus hoc illis imperaverit, sive religio quaedam eum incesserat quod templum cremasset. Et Atheniensium exsules mandata fecerunt. (55.)

55 τῶν Ἀθηναίων ἐποίησαν τὰ ἐντεταλμένα. Τοῦ δὲ εἵνεκεν τουτέων ἐπεμνήσθην, φράσω. ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθῆος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι νηὸς, ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι· τὰ λόγος παρὰ Ἀθηναίων Ποσειδέωνά τε καὶ Ἀθηναίην, ἐρίσαντας περὶ τῆς χώρης, μαρτύρια θέσθαι. ταύτην ὦν τὴν ἐλαίην ἅμα τῷ ἄλλῳ ἱρῷ κατέλαβε ἐμπρησθῆναι ὑπὸ τῶν βαρβάρων· δευτέρῃ δὲ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς ἐμπρήσιος, Ἀθηναίων οἱ θύειν ὑπὸ βασιλῆος κελευόμενοι, ὡς ἀνέβησαν ἐς τὸ ἱρὸν, ὥρων βλαστὸν ἐκ τοῦ στελέχεος ὅσον τε πηχυαῖον ἀναδεδραμηκότα. οὗτοι μέν νυν ταῦτα ἔφρασαν.

56 Οἱ δὲ ἐν Σαλαμῖνι Ἕλληνες, ὡς σφι ἐξαγγέλθη ὡς ἔσχε τὰ περὶ τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν, ἐς τοσοῦτον θόρυβον ἀπίκοντο, ὥστε ἔνιοι τῶν στρατηγῶν οὐδὲ κυρωθῆναι ἔμενον τὸ προκείμενον πρῆγμα, ἀλλ' ἔς τε τὰς

Cur autem huius rei fecerim mentionem, dicam. Est in hac acropoli *templum Erechthei* illius, qui terra genitus dicitur, quo in templo *olea* inest et *mare*, quae aiunt a Neptuno et Minerva, quum de hac terra inter se certarent, testibus advocatis Atheniensibus, posita ibi fuisse. Haec igitur olea simul cum reliquo templo a barbaris erat cremata: altero vero ab hoc incendio die, ut in id templum adscenderunt Athenienses sacra facere iussi a Xerxe, surculum viderunt e stipite enatum, cubiti fere longitudine. Hoc quidem illi memorarunt.

(56.) *Graeci* vero *ad Salaminem*, ut nunciatum est eis quo statu esset Athenarum acropolis, tanto sunt terrore perculsi, ut e ducibus nonnulli ne manserint quidem donec super quaestione proposita fie-

νῆας ἐσέπιπτον, καὶ ἱστία ἀείροντο ὡς ἀποθευσόμενοι· τοῖσί τε ὑπολειπομένοισι αὐτέων ἐκυρώθη πρὸ τοῦ Ἰσθμοῦ ναυμαχέειν. νύξ τε ἐγίνετο, καὶ οἱ, διαλυθέντες ἐκ τοῦ συνεδρίου, ἐσέβαινον ἐς τὰς νῆας. Ἐνθαῦτα δὴ Θεμι- 57
στοκλῆα ἀπικόμενον ἐπὶ τὴν νῆα, εἴρετο Μνησίφιλος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ὅ τι σφι εἴη βεβουλευμένον. πυθόμενος δὲ πρὸς αὐτοῦ ὡς εἴη δεδογμένον ἀναγειν τὰς νῆας πρὸς τὸν Ἰσθμὸν, καὶ πρὸ τῆς Πελοποννήσου ναυμαχέειν, εἶπε· „Οὗτοι ἄρα ἢν ἀπαίρωσι τὰς νῆας ἀπὸ Σαλα- „μῖνος, περὶ οὐδεμιῆς ἔτι πατρίδος ναυμαχήσεις. κατὰ γὰρ πόλις ἕκαστοι τρέψονται· καὶ οὔτε σφέας Εὐ- „ρυβιάδης κατέχειν δυνήσεται, οὔτε τις ἀνθρώπων ἄλ- „λος, ὥστε οὐ μὴ διασκεδασθῆναι τὴν στρατιήν· ἀπο- „λέεταί τε ἡ Ἑλλὰς ἀβουλίῃσι. ἀλλ', εἴ τις ἐστὶ μη-

ret decretum, sed in naves sese coniicientes vela panderint tamquam abituri; reliqui vero re deliberata fecerint decretum, *ad Isthmum esse pugnandum.* Iamque nox aderat; et hi quoque, soluto consessu, naves sunt ingressi. (57.) Ibi tunc *Themistoclem,* in navem reversum, interrogavit *Mnesiphilus,* civis Atheniensis, *quidnam ab illis decretum foret?* A quo ubi cognovit, decretum esse ut navibus ad Isthmum deductis ante Peloponnesum dimicarent: *Quod si igitur,* inquit, *hi Salamine solverint, tu pro nulla amplius patria pugnabis. Nam in suas quique civitates se recipient, et nec Eurybiades, nec quisquam hominum alius retinere eos poterit, quin dissolvatur exercitus: et per ducum imprudentiam peritura est Graecia. At ut, si qua via aut ratio superest, perge, et, quae decreta*

„χανὴ, ἴθι, καὶ πειρῶ διαχέαι τὰ βεβουλευμένα, ἢν
„κως δύνῃ ἀναγνῶσαι Εὐρυβιάδεα μεταβουλεύσασθαι,
58 „ὥστε αὐτοῦ μενέειν.“ Κάρτα δὴ τῷ Θεμιστοκλέϊ
ἤρεσε ἡ ὑποθήκη· καὶ οὐδὲν πρὸς ταῦτα ἀμειψάμενος,
ἦϊε ἐπὶ τὴν νῆα τὴν Εὐρυβιάδεω. ἀπικόμενος δὲ, ἔφη
θέλειν οἱ κοινόν τι πρῆγμα συμμίξαι. ὁ δ' αὐτὸν ἐς τὴν
νῆα ἐκέλευε ἐσβάντα λέγειν εἴ τι θέλει. ἐνθαῦτα ὁ Θε- 5
μιστοκλέης παριζόμενος οἱ καταλέγει κεῖνά τε πάντα
τὰ ἤκουσε Μνησιφίλου, ἑωυτοῦ ποιεύμενος, καὶ ἄλλα
πολλὰ προστιθείς· ἐς ὃ ἀνέγνωσε χρηίζων ἔκ τε τῆς
νηὸς ἐκβῆναι, συλλέξαι τε τοὺς στρατηγοὺς ἐς τὸ συν-
59 εδριον. Ὡς δὲ ἄρα συνελέχθησαν, πρὶν ἢ τὸν Εὐρυ-
βιάδεα προθεῖναι τὸν λόγον, τῶν εἵνεκα συνήγαγε τοὺς
στρατηγοὺς, πολὺς ἦν ὁ Θεμιστοκλέης ἐν τοῖσι λόγοισι,
οἷα κάρτα δεόμενος. λέγοντος δὲ αὐτοῦ, ὁ Κορίνθιος

sunt, operam da ut rescindas; si persuadere fortasse Eurybiadi potueris, ut mutato consilio hic maneat. (58.) *Themistocli* admodum placuit monitum: qui, nullo ad haec responso dato, ad Eurybiadis navem perrexit. Quo ubi venit, *de communibus rebus*, ait, *se aliquid cum illo communicaturum:* et ille, si quid secum vellet, navem suam conscendere eum iussit. Ibi tum *Eurybiadi* adsidens *Themistocles*, et omnia ista quae ex Mnesiphilo audiverat, tamquam sua, exposuit, et multa alia adiecit; donec precibus eum expugnavit, ut nave egrederetur, et in concilium iterum convocaret duces. (59.) Qui ubi convenerunt, priusquam rem, cuius caussa convocati duces erant, Eurybiades proponeret, multos Themistocles fecit sermones, enixe flagitans. Quem

ὁ στρατηγὸς Ἀδείμαντος ὁ Ὠκύτου εἶπε· „Ὦ Θεμι-
„στόκλεες, ἐν τοῖσι ἀγῶσι οἱ προεξανισταμενοι ῥαπίζον-
„ται.“ ὁ δὲ, ἀπολυόμενος, ἔφη· „Οἱ δέ γε ἐγκατα-
„λειπόμενοι οὐ στεφανεῦνται.“ Τότε μὲν ἠπίως πρὸς 60
τὸν Κορίνθιον ἀμείψατο. πρὸς δὲ τὸν Εὐρυβιάδεα ἔλεγε
ἐκείνων μὲν οὐκέτι οὐδὲν τῶν πρότερον λεχθέντων, ὡς
ἐπεὰν ἀπαίρωσι ἀπὸ Σαλαμῖνος, διαδρήσονται. πα-
ρεόντων γὰρ τῶν συμμάχων οὐκ ἔφερέ οἱ κόσμον οὐδέ-
να κατηγορέειν· ὁ δὲ ἄλλου λόγου εἴχετο, λέγων τάδε.
„Ἐν σοὶ νῦν ἐστὶ σῶσαι τὴν Ἑλλάδα, ἢν ἐμοὶ πείθῃ (1)
„ναυμαχίην αὐτοῦ μένων ποιέεσθαι, μηδὲ, πειθόμενος
„τουτέων τοῖσι λέγουσι, ἀναζεύξῃς πρὸς τὸν Ἰσθμὸν τὰς
„νῆας. ἀντίθες γὰρ ἑκάτερον, ἀκούσας. πρὸς μὲν τῷ
„Ἰσθμῷ συμβάλλων, ἐν πελάγεϊ ἀναπεπταμένῳ ναυ-

interfatus Corinthius dux Adimantus, Ocyti filius: *Themistocles!* inquit, *in certaminum solemnibus, qui ante tempus surgunt, flagris caeduntur.* Et ille, sui purgandi caussa, ait: *At, qui pone manent, non coronantur.* (60.) Ita tunc quidem placide respondit Corinthio. Ad Eurybiadem vero conversus, nihil iam eorum dixit quae ante exposuerat, *dispersum iri socios, si Salamine solvissent:* etenim, praesentibus sociis, nullo modo decorum erat ut eos accusaret. Sed aliam dicendi rationem tenens, ita locutus est: (1.) *Penes te nunc est servare Graeciam, si meum consilium secutus, hîc manens pugnam navalem commiseris, neque his morem gesseris qui naves ad Isthmum promovendas esse contendunt. Accipe enim, et alteram alteri rationi oppone. Ad Isthmum pugnam committens, in aperto mari*

„μαχήσεις, ἐς ὃ ἥκιστα ἡμῖν σύμφορόν ἐστι, νῆας
„ἔχουσι βαρυτέρας, καὶ ἀριθμὸν ἐλάσσονας. τοῦτο δὲ,
„ἀπολέεις Σαλαμῖνά τε καὶ Μέγαρα καὶ Αἴγιναν,
„ἤπερ καὶ τὰ ἄλλα εὐτυχήσωμεν. ἅμα γὰρ τῷ ναυ-
„τικῷ αὐτέων ἕψεται καὶ ὁ πεζὸς στρατός· καὶ οὕτω
„σφέας αὐτὸς ἄξεις ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον, κινδυνεύ-
60 „σεις τε ἁπάσῃ τῇ Ἑλλάδι. Ἢν δὲ τὰ ἐγὼ λέγω
(2) „ποιήσῃς, τοσάδε ἐν αὐτοῖσι χρηστὰ εὑρήσεις. πρῶτα
„μὲν, ἐν στεινῷ συμβάλλοντες νηυσὶ ὀλίγῃσι πρὸς πολ-
„λὰς, ἢν τὰ οἰκότα ἐκ τοῦ πολέμου ἐκβαίνῃ, πολλὸν
„κρατήσομεν. τὸ γὰρ ἐν στεινῷ ναυμαχέειν, πρὸς ἡμέων
„ἐστί· ἐν εὐρυχωρίῃ δὲ, πρὸς ἐκείνων. αὖτις δὲ, Σαλα-
„μὶς περιγίνεται, ἐς τὴν ἡμῖν ὑπέκκειται τέκνα τε καὶ
„γυναῖκες. καὶ μὴν καὶ τόδε ἐν αὐτοῖσι ἔνεστι, τοῦ

pugnabis, quo minime nobis conducit, graviores naves habentibus, et numero pauciores. Porro Salaminem perdes, et Megara, et Aeginam, etiamsi caeteroquin feliciter nobis res esset cessura. Nam classem secuturus est pedestris exercitus, adeoque tu ipse illos in Peloponnesum duxeris, periculumque fuerit ut universam perdas Graeciam. (60. 2.) *Sin quae ego dico feceris, haec in illis commoda reperies. Primum quidem: in angusto mari confligentes paucis navibus adversus multas, si rationi consentaneus exitus fuerit pugnae, multo erimus superiores. Nam in angusto praelium navale facere, pro nobis est; in aperto vero, pro illis. Deinde Salamis servatur, in qua nos liberos nostros et uxores deposuimus. Tum vero etiam illud in hac ratione continetur, quod inprimis*

„καὶ περιέχεσθε μάλιστα· ὁμοίως αὐτοῦ τε μένων,
„προναυμαχήσεις Πελοποννήσου, καὶ πρὸς τῷ Ἰσθμῷ·
„οὐδὲ σφέας, εἴπερ εὖ Φρονέεις, ἄξεις ἐπὶ τὴν Πελο-
„πόννησον. Ἢν δέ γε καὶ τὰ ἐγὼ ἐλπίζω γένηται, καὶ 60
„νικήσωμεν τῇσι νηυσὶ, οὔτε ὑμῖν ἐς τὸν Ἰσθμὸν παρέ- (3)
„σονται οἱ βάρβαροι, οὔτε προβήσονται ἑκαστέρω τῆς
„Ἀττικῆς, ἀπίασί τε οὐδενὶ κόσμῳ, Μεγάροισί τε
„καὶ Ἀϊγίνῃ, καὶ Σαλαμῖνι, ἐν
„τῇ ἡμῖν καὶ λόγιόν ἐστι τῶν ἐχθρῶν κατύπερθε γε-
„νέσθαι. Οἰκότα μέν νυν βουλευομένοισι ἀνθρώποισι, ὡς
„τὸ ἐπίπαν ἐθέλει γίνεσθαι· μὴ δὲ οἰκότα βουλευομέ-
„νοισι, οὐκ ἐθέλει οὐδὲ ὁ Θεὸς προσχωρέειν πρὸς τὰς
ἀνθρωπηίας γνώμας.“ Ταῦτα λέγοντος Θεμιστοκλέους, 61
αὖτις ὁ Κορίνθιος Ἀδείμαντος ἐπεφέρετο, σιγᾶν τε κε-

vobis cordi est: nam, hic manens, pariter pro Peloponneso pugnabis, atque ad Isthmum; nec vero illos, si sapueris, in Peloponnesum duces. (60. 3.) *Sin quod ego spero evenerit, pugnaque navali vicerimus, tunc nec ad Isthmum vobis aderunt Barbari, nec ultra Atticam progredientur, sed incondita fuga se recipient; lucrabimurque servata Megara, et Aeginam, et Salaminem, ad quam nos hostibus superiores esse futuros oraculo etiam praedictum est. Iam consilia rationi consentanea capientibus hominibus solent plerumque etiam consentanea evenire: sin contra rationem consulunt, ne Deus quidem humanis sententiis accedere amat.* (61.) Haec ubi *Themistocles* dixit, iterum in eum invectus est Corinthius *Adimantus; tacere* iubens *virum cui nulla sit patria,* vetans-

λεύων τῷ μὴ ἔστι πατρὶς, καὶ Εὐρυβιάδεα οὐκ ἐῶν ἐπιψηφίζειν ἀπόλι ἀνδρί· πόλιν γὰρ τὸν Θεμιστοκλῆα παρεχόμενον, οὕτω ἐκέλευε γνώμας συμβάλλεσθαι. ταῦτα δέ οἱ προέφερε, ὅτι ἡλώκεσάν τε καὶ κατείχοντο αἱ Ἀθῆναι. Τότε δὴ ὁ Θεμιστοκλέης κεῖνόν τε καὶ τοὺς Κορινθίους πολλά τε καὶ κακὰ ἔλεγε· ἑωυτοῖσι τε ἐδήλου λόγῳ ὡς εἴη καὶ πόλις καὶ γῆ μέζων ἥπερ κείνοισι, ἔστ' ἂν δικόσιαι νῆες σφι ἕωσι πεπληρωμέναι· οὐδαμοὺς γὰρ Ἑλλήνων αὐτοὺς ἐπιόντας ἀποκρούσεσθαι. 62 Σημαίνων δὲ ταῦτα, τῷ λόγῳ διέβαινε ἐς Εὐρυβιάδεα, λέγων μᾶλλον ἐπεστραμμένα· „Σὺ εἰ „μενέεις αὐτοῦ, καὶ μένων ἔσεαι ἀνὴρ ἀγαθός· — εἰ „δὲ μὴ, ἀνατρέψεις τὴν Ἑλλάδα. τὸ πᾶν γὰρ ἡμῖν „τοῦ πολέμου φέρουσι αἱ νῆες. ἀλλ' ἐμοὶ πείθεο. Εἰ

que Eurybiadem suffragia rogare super sententia ab homine exsule proposita; *quando enim patriam ostendere Themistocles potuerit, tunc demum ei licitum fore sententias cum aliis conferre.* Haec in eum dicta proiecit, quod captae Athenae in hostium essent potestate. Tum vero *Themistocles* et illum et Corinthios multis insectatus maledictis, ratione eis demonstravit, *et urbem et terram Atheniensibus ampliorem, quam illis, esse, quamdiu ducentas habuerint naves instructas; nullum enim graecum populum, quem adierint, ipsos esse repulsurum.* (62.) Haec postquam significavit, ad Eurybiadem convertens sermonem, maiore incitatione ait: *Tu si hic manes, hicque manens fortem te virum praestas, recte feceris; si non, Graeciam evertes. Nam summa belli nobis in navibus vertitur. Tu vero*

„δὲ ταῦτα μὴ ποιήσεις, ἡμεῖς μὲν, ὡς ἔχομεν, ἀνα-
„λαβόντες τοὺς οἰκέτας, κομιεύμεθα ἐς Σίριν τὴν ἐν
„Ἰταλίῃ, ἥπερ ἡμετέρη τέ ἐστι ἐκ παλαιοῦ ἔτι, καὶ τὰ
„λόγια λέγει, ὑπ' ἡμέων αὐτὴν δέειν κτισθῆναι. ὑμεῖς
„δὲ, συμμάχων τοιῶνδε μουνωθέντες, μεμνήσεσθε τῶν
„ἐμῶν λόγων." Ταῦτα δὲ Θεμιστοκλῆος λέγοντος, 63
ἀνεδιδάσκετο Εὐρυβιάδης. δοκέειν δέ μοι, ἀρρωδήσας
μάλιστα τοὺς Ἀθηναίους ἀνεδιδάσκετο, μὴ σφέας ἀπο-
λίπωσι, ἢν πρὸς τὸν Ἰσθμὸν ἀνάγῃ τὰς νῆας. ἀπολιπόν-
των γὰρ Ἀθηναίων, οὐκέτι ἐγίνοντο ἀξιόμαχοι οἱ λοι-
ποί. ταύτην δὲ αἱρέεται τὴν γνώμην, αὐτοῦ μένοντας
διαναυμαχέειν.

Οὕτω μὲν οἱ περὶ Σαλαμῖνα, ἔπεσι ἀκροβολισά- 64
μενοι, ἐπεί τε Εὐρυβιάδῃ ἔδοξε, αὐτοῦ παρεσκευάζοντο

mihi morem gere. Id ni feceris, nos quidem e vestigio, receptis nostris, Sirin proficiscemur, Italiae urbem, iam antiquitus nostram, quam a nobis instaurandam esse oracula etiam dicunt: vos vero, talibus sociis priuati, eorum quae dixi reminiscemini. (63.) His a Themistocle dictis meliora edoctus *Eurybiades* est. Et maxime quidem eo mihi videtur sententiam mutasse, quod vereretur, ne, si ad Isthmum deduceret classem, Athenienses desererent socios: qui si illos deseruissent, reliqui non amplius pares hostibus erant futuri. Hanc igitur suscepit sententiam, ut ibi manerent, ibique navali pugna decernerent.

(64.) Hoc modo quum hi *ad Salaminem* verbis inter se essent velitati, postquam ita placuit Eury-

ὡς ναυμαχήσοντες. ἡμέρη τε ἐγίνετο, καὶ ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι σεισμὸς ἐγένετο ἔν τε τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ. ἔδοξε δὲ σφι εὐξασθαι τοῖσι θεοῖσι, καὶ ἐπικαλέσασθαι τοὺς Αἰακίδας συμμάχους. ὡς δὲ σφι ἔδοξε, καὶ ἐποίευν ταῦτα. εὐξάμενοι γὰρ πᾶσι τοῖσι θεοῖσι, αὐτόθεν μὲν ἐκ Σαλαμῖνος Αἴαντά τε καὶ Τελαμῶνα ἐπεκαλέοντο· ἐπὶ δὲ Αἰακὸν καὶ τοὺς ἄλλους Αἰακίδας νῆα ἀπέστελλον ἐς Αἴγιναν. Ἔφη δὲ Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, φυγάς τε καὶ παρὰ Μήδοισι λόγιμος γενόμενος τοῦτον τὸν χρόνον· „ἐπεί τε ἐκείρετο ἡ Ἀττικὴ χώρη ὑπὸ τοῦ πεζοῦ στρατοῦ τοῦ Ξέρξεω, ἐοῦσα ἔρημος Ἀθηναίων, τυχεῖν τότε ἐὼν ἅμα Δημαρήτῳ τῷ Λακεδαιμονίῳ ἐν τῷ Θριασίῳ πεδίῳ· ἰδεῖν δὲ κονιορτὸν χωρέοντα ἀπὸ Ἐλευσῖνος, ὡς ἀνδρῶν μάλιστά κη τρισμυρίων· ἀποθωυμάζειν τέ σφεας τὸν κονιορτὸν, ὅτεών

biadi, ad committendum ibidem navale praelium se compararunt. Et ut illuxit dies, simul cum oriente sole et terra et mare contremuit. Itaque diis vota facere placuit, et Aeacidas socios invocare. Utque placuit, ita fecerunt. Deos omnes precati, protinus ex Salamine Aiacem et Telamonem advocarunt: et ad advehendum Aeacum reliquosque Aeacidas navem in Aeginam miserunt. (65.) Fuit per id tempus Dicaeus, Theocydis filius, civis Atheniensis, exsul et in existimatione apud Medos, qui narravit „quo tempore Attica, Atheniensibus nudata, vastabatur a pedestri Xerxis exercitu, fuisse tunc se forte cum Demarato Lacedaemonio in Thriasio campo, vidisseque ibi pulverem ab Eleusine orientem, tamquam a triginta admodum millibus hominum excitatum;

κοτε εἴη ἀνθρώπων, καὶ πρόκα τε φωνῆς ἀκούειν, καί οἱ φαίνεσθαι τὴν φωνὴν εἶναι τὸν μυστικὸν Ἴακχον. εἶναι δ' ἀδαήμονα τῶν ἱρῶν τῶν ἐν Ἐλευσῖνι τὸν Δημάρητον, εἴρεσθαί τε αὐτὸν ὅ τι τὸ φθεγγόμενον εἴη τοῦτο· αὐτὸς δὲ εἶπαι· „Δημάρητε, οὐκ ἔστι ὁκως οὐ μέγα τι σῖνος „ἔσται τῇ βασιλῆος στρατιῇ. τάδε γὰρ ἀρίδηλα, ἐρή„μου ἐούσης τῆς Ἀττικῆς, ὅτι θεῖον τὸ φθεγγόμενον, „ἀπὸ Ἐλευσῖνος ἰὸν ἐς τιμωρίην Ἀθηναίοισί τε καὶ τοῖσι „συμμάχοισι. καὶ ἢν μέν γε κατασκήψῃ ἐς τὴν Πελο„πόννησον, κίνδυνος αὐτῷ τε βασιλέϊ καὶ τῇ στρατιῇ τῇ „ἐν τῇ ἠπείρῳ ἔσται· ἢν δὲ ἐπὶ τὰς νῆας τράπηται τὰς „ἐν Σαλαμῖνι, τὸν ναυτικὸν στρατὸν κινδυνεύσει βα„σιλεὺς ἀποβαλέειν. τὴν δὲ ὀρτὴν ταύτην ἄγουσι Ἀθη„ναῖοι ἀνὰ πάντα ἔτεα τῇ Μητρὶ καὶ τῇ Κούρῃ, καὶ „αὐτέων τε ὁ βουλόμενος καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων μυεῖ-

quumque miratus esset quibusnam ab hominibus excitaretur ille pulvis, exaudisse mox vocem, quae vox ei visa esset *mysticus* esse *Iacchus*. Tum Demaratum, qui sacrorum Eleusiniorum fuisset ignarus, ex se quaesisse quid esset quod ita sonaret, seque ei respondisse: *Demarate! haud aberit quin magna clades exercitum regis adfligat. Quum enim deserta sit Attica, prorsus manifestum est, divinum esse hunc sonum, ab Eleusine auxilio venientem Atheniensibus eorumque sociis. Quod quidem ostentum si Peloponnesum versus cadet, periculum ipsi Regi et pedestribus illius copiis erit: sin ad classem convertetur quae Salamine est, navalibus Regis copiis exitium portenderit. Agunt autem quotannis hoc festum Athenienses Cereri Matri et Proserpi-*

„ται· καὶ τὴν Φωνὴν, τῆς ἀκούεις, ἐν ταύτῃ τῇ ὁρτῇ „ἰαχχάζουσι.“ Πρὸς ταῦτα εἶπαι Δημάρητον· „Σί- „γα τε, καὶ μηδενὶ ἄλλῳ τὸν λόγον τοῦτον εἴπῃς. ἢν „γάρ τοι ἐς βασιλῆα ἀνενειχθῇ τὰ ἔπεα ταῦτα, ἀπο- „βαλέεις τὴν κεφαλήν· καί σε οὔτε ἐγὼ δυνήσομαι „ῥύσασθαι, οὔτ' ἄλλος ἀνθρώπων οὐδεὶς εἷς. ἀλλ' ἔχ' „ἡσυχος. περὶ δὲ στρατιῆς τῆσδε θεοῖσι μελήσει.“ Τὸν μὲν δὴ ταῦτα παραινέειν. ἐκ δὲ τοῦ κονιορτοῦ καὶ τῆς Φωνῆς γενέσθαι νέφος, καὶ μεταρσιωθὲν, φέρεσθαι ἐπὶ Σαλαμῖνος, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τὸ τῶν Ἑλλήνων. οὕτω δὲ αὐτοὺς μαθεῖν, ὅτι τὸ ναυτικὸν τὸ Ξέρξεω ἀπολέεσθαι μέλλοι.“ Ταῦτα μὲν Δικαῖος ὁ Θεοκύδεος ἔλεγε, Δημαρήτου τε καὶ ἄλλων μαρτύρων καταπτόμενος.

nae: et, quisquis vult ipsorum et reliquorum Graecorum, his sacris initiatur; et hoc vocis sono, quem audis, in eiusdem festi solemnibus Iacchum celebrant. Ad haec *Demaratum* dixisse: *Silentium tene, nec alii cuiquam hoc dicas. Quod si enim ad Regem deferentur haec tua verba, capite lues, nec aut ego aut quisquam hominum alius servare te poterit. Quare tu sile: quod autem ad exercitum hunc pertinet, id Deo curae erit.* Hoc sibi Demaratum ait praecepisse: tum vero ex pulvere et sonitu ortam esse nubem, quae in sublime levata, versus Salaminem ad castra Graecorum delata sit. Ita se intellexisse, classem Xerxis perditum iri.“ Haec Dicaeus, Theocydis filius, referebat, Demaratum aliosque testes citans.

Οἱ δὲ ἐς τὸν Ξέρξεω ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες, 66
ἐπειδὴ ἐκ Τρηχῖνος, θεησάμενοι τὸ τρῶμα τὸ Λακωνικὸν, διέβησαν ἐς τὴν Ἱστιαίην, ἐπισχόντες ἡμέρας τρεῖς ἔπλωον δι' Εὐρίπου, καὶ ἐν ἑτέρῃσι τρισὶ ἡμέρῃσι ἐγένοντο ἐν Φαλήρῳ. Ὡς μὲν ἐμοὶ δοκέειν, οὐκ ἐλάσσονες ἐόντες ἀριθμὸν ἐσέβαλον ἐς τὰς Ἀθήνας, κατά τε ἤπειρον καὶ τῇσι νηυσὶ ἀπικόμενοι, ἢ ἐπί τε Σηπιάδα ἀπίκοντο καὶ ἐς Θερμοπύλας. ἀντιθήσω γὰρ τοῖσί τε ὑπὸ τοῦ χειμῶνος αὐτέων ἀπολομένοισι, καὶ τοῖσι ἐν Θερμοπύλῃσι, καὶ τῇσι ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ναυμαχίῃσι, τούσδε τοὺς τότε οὔκω ἑπομένους βασιλέϊ, Μηλιέας τε καὶ Δωριέας, καὶ Λοκροὺς, καὶ Βοιωτοὺς, παντρατιῇ ἑπομένους, πλὴν Θεσπιέων τε καὶ Πλαταιέων· καὶ μάλα Καρυστίους τε καὶ Ἀνδρίους, καὶ Τηνίους τε καὶ τοὺς λοιποὺς νησιώτας πάντας, πλὴν τῶν πέντε πολίων, τῶν

(66.) *Nauticus Xerxis exercitus*, postquam ex Trachine, conspecta Laconica strage, in Histiaeam rursus traiecisset, tres dies ibi moratus per Euripum navigavit, et aliis tribus diebus *Phalerum* pervenit. Videnturque mihi hostes, et terra et mari adventientes, non minore hominum numero Athenas invasisse, quam cum quo ad Sepiadem venerant et ad Thermopylas. Eis enim qui tempestate perierunt, et qui ad Thermopylas ceciderunt et in navalibus pugnis ad Artemisium, hos oppono qui tunc nondum secuti regem erant, Malienses, et Dorienses, et Locros, et Boeotos; qui nunc omnibus copiis, exceptis Thespiensibus et Plataeensibus, eum sequebantur; ad haec utique Carystios, et Andrios, et Tenios, reliquosque insularum incolas omnes, praeter quinque

ἐπεμνήσθην πρότερον τὰ οὐνόματα. ὅσῳ γὰρ δὴ προέβαινε ἐσωτέρω τῆς Ἑλλάδος ὁ Πέρσης, τοσούτῳ πλέω
67 ἔθνεα οἱ εἵπετο. Ἐπεὶ ὦν ἀπίκατο ἐς τὰς Ἀθήνας πάντες οὗτοι, πλὴν Παρίων· Πάριοι δὲ ὑπολειφθέντες ἐν Κύθνῳ, ἐκαραδόκεον τὸν πόλεμον κῇ ἀποβήσεται· οἱ δὲ λοιποὶ ὡς ἀπίκοντο ἐς τὸ Φάληρον, ἐνθαῦτα κατέβη αὐτὸς Ξέρξης ἐπὶ τὰς νῆας, ἐθέλων σφι συμμίξαι τε καὶ πυθέσθαι τῶν ἐπιπλωόντων τὰς γνώμας. Ἐπεὶ δὲ ἀπικόμενος προίζετο, παρῆσαν μετάπεμπτοι οἱ τῶν ἐθνέων τῶν σφετέρων τύραννοι καὶ ταξίαρχοι ἀπὸ τῶν νηῶν, καὶ ἵζοντο ὡς σφι βασιλεὺς ἑκάστῳ τιμὴν ἐδεδώκεε· πρῶτος μὲν, ὁ Σιδώνιος βασιλεύς· μετὰ δὲ, ὁ Τύριος· ἐπὶ δὲ, ἄλλοι. ὡς δὲ κόσμῳ ἐπεξῆς ἵζοντο, πέμψας Ξέρξης Μαρδόνιον, εἰρώτα, ἀποπειρώμενος

illas civitates, quarum nomina supra commemoravi. Nam quo magis intro in Graeciam progrediebatur Persa, tanto plures eum populi sequebantur. (67.) Postquam igitur hi omnes *Athenas* pervenerant, Pariis exceptis: nam Parii, pone manentes in Cythno, exitum belli exspectabant: reliqui vero ut *Phalerum* pervenerunt, ibi tunc *Xerxes* ipse ad classem descendit, cum ducibus cupiens sermones conferre, sententiasque eorum explorare. Eo igitur profectus quum concilio praesideret, aderant convocati populorum regi subiectorum tyranni, et ordinum in classe praefecti, sedentes prout cuique illorum honorem rex tribuerat: primus quidem, Sidonius rex; post hunc Tyrius; tum reliqui. Qui ut ordine deinceps consederant, Mardonium Xerxes misit, qui tentaret singulos interrogaretque, an faciendum esse navale

ἑκάστου, εἰ ναυμαχίην ποιέοιτο. Ἐπεὶ δὲ περιῖὼν εἰρώ- 68
τα ὁ Μαρδόνιος, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ Σιδωνίου, οἱ μὲν δὴ
ἄλλοι κατὰ τὠυτὸ γνώμην ἐξεφέροντο, κελεύοντες ναυ-
μαχίην ποιέεσθαι, Ἀρτεμισίη δὲ τάδε ἔφη· „Εἶπαί μοι (1)
„πρὸς βασιλῆα, Μαρδόνιε, ὡς ἐγὼ τάδε λέγω. Οὔτε
„κακίστην γενομένην ἐν τῇσι ναυμαχίῃσι τῇσι πρὸς Εὐ-
„βοίῃ, οὔτε ἐλάχιστα ἀποδεξαμένην, δέσποτα, τὴν
„ἐοῦσαν γνώμην με δίκαιόν ἐστιν ἀποδείκνυσθαι, τὰ τυγ-
„χάνω φρονέουσα ἄριστα ἐς πρήγματα τὰ σά. καί τοι
„τάδε λέγω· Φείδεο τῶν νηῶν, μηδὲ ναυμαχίην ποιέο.
„τοὶ γὰρ ἄνδρες τῶν σῶν ἀνδρῶν κρέσσονες τοσοῦτό εἰσι
„κατὰ θάλασσαν, ὅσον ἄνδρες γυναικῶν. τί δὲ πάν-
„τως δέει σε ναυμαχίῃσι ἀνακινδυνεύειν; οὐκ ἔχεις μὲν
„τὰς Ἀθήνας, τῶν περ εἵνεκα ὡρμήθης στρατεύεσθαι,
„ἔχεις δὲ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα; ἐμποδὼν δέ τοι ἵσταται

praelium censerent. (68.) Quos ubi Mardonius, initio facto a Sidonio, circumiens rogavit, communi consensu reliqui omnes pro sententia dixere, *faciendum praelium navale;* una *Artemisia* haec verba fecit: (1.) *Dic tu Regi, Mardonie, me haec dicere. Equidem, quae in pugnis ad Euboeam factis nec ignavissima fui, nec minima facta edidi, Domine, par est ut veram meam sententiam edam, dicamque quae tuis rebus maxime conferre censeo. Atqui hoc dico: parce navibus, nec praelium navale committe. Hi enim viri tuis viris mari tanto sunt superiores, quanto mulieribus viri. Quid autem omnino necesse est ut navalis pugnae adeas discrimen? Annon Athenas tenes, quarum caussa hanc suscepisti expeditionem? Immo reliquam et-*

„οὐδείς· οἱ δ' ἔτι ἀντέστησαν, ἀπήλλαξαν οὕτω ὡς κεί-
68 „νους ἔπρεπε; Τῇ δὲ ἐγὼ δοκέω ἀποβήσεσθαι τὰ τῶν
(2) „ἀντιπολέμων πρήγματα, τοῦτο Φράσω. ἢν μὲν μὴ
„ἐπειχθῇς ναυμαχίην ποιεύμενος, ἀλλὰ τὰς νῆας αὐ-
„τοῦ ἔχῃς πρὸς γῇ μένων, ἢ καὶ προβαίνων ἐς τὴν Πε- 20
„λοπόννησον, εὐπετέως τοι, δέσποτα, χωρήσει τὰ νοέ-
„ων ἐλήλυθας. οὐ γὰρ οἷοί τε πολλὸν χρόνον εἰσί τοι
„ἀντέχειν οἱ Ἕλληνες, ἀλλά σφεας διασκεδᾷς, κατὰ
„πόλις δὲ ἕκαστοι Φεύξονται. οὔτε γὰρ σῖτος πάρα σφί-
„σι ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι· οὔτε αὖ- 25
„τοὺς οἰκὸς, ἢν σὺ ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον ἐλαύνῃς τὸν
„πεζὸν στρατὸν, ἀτρεμιεῖν τοὺς ἐκεῖθεν αὐτέων ἥκοντας·
68 „οὐδέ σφι μελήσει πρὸ τῶν Ἀθηναίων ναυμαχέειν. Ἢν
(3)

iam Graeciam tenes: neque quisquam tibi resistit: nam, qui adhuc restiterunt, hi ita accepti sunt ut commeruere. (68. 2.) *Quem vero exitum habituras esse putem res adversariorum, dicam. Si tu non properaveris navalem facere pugnam, sed hîc manens ad terram adplicueris naves, aut si in Peloponnesum etiam progredieris; facile tibi, Domine, succedent ea quorum caussa huc venisti. Nec enim diu tibi resistere poterunt Graeci, sed disperges eos, et in suas quique civitates profugient. Nec enim commeatus illis, ut ego audio, in hac insula paratus adest: nec verosimile est, si tu adversus Peloponnesum duxeris pedestrem exercitum, tranquillos hîc mansuros hos qui ex illa regione venerunt; nec illis curae erit pro Atheniensibus discrimen navalis praelii adire.* (68. 3.) *Sin protinus praelium facere maturaveris, vereor*

„δὲ αὐτίκα ἐπειχθῆς ναυμαχῆσαι, δειμαίνω μὴ ὁ ναυ-
„τικὸς στρατὸς κακωθεὶς, τὸν πεζὸν προσδηλήσηται.
„πρὸς δὲ, ὦ βασιλεῦ, καὶ τόδε ἐς θυμὸν βαλεῦ, ὡς
„τοῖσι μὲν χρηστοῖσι τῶν ἀνθρώπων κακοὶ δοῦλοι φι-
„λέουσι γίνεσθαι, τοῖσι δὲ κακοῖσι, χρηστοὶ. σοὶ δὲ,
„ἐόντι ἀρίστῳ ἀνδρῶν πάντων, κακοὶ δοῦλοί εἰσι οἳ ἐν
„συμμάχων λόγῳ λέγονται εἶναι, ἐόντες Αἰγύπτιοί τε
„καὶ Κύπριοι, καὶ Κίλικες, καὶ Παμφυλοι, τῶν ὄφε-
„λός ἐστι οὐδέν." Ταῦτα λεγούσης πρὸς Μαρδόνιον, 69
ὅσοι μὲν ἦσαν εὔνοοι τῇ Ἀρτεμισίῃ, συμφορὴν ἐποιεῦντο
τοὺς λόγους, ὡς κακόν τι πεισομένης πρὸς βασιλῆος,
ὅτι οὐκ ἐᾷ ναυμαχίην ποιέεσθαι· οἱ δὲ ἀγαιόμενοί τε
καὶ φθονέοντες αὐτῇ, ἅτε ἐν πρώτοισι τετιμημένης διὰ
πάντων τῶν συμμάχων, ἐτέρποντο τῇ κρίσι, ὡς ἀπο-

LXIX. 6. κρίσι. *Alii vulgo* ἀνακρίσι.

ne navalis exercitus male acceptus, pedestri quoque calamitatem sit adlaturus. Ad haec, Rex, hoc etiam cogites velim, bonis viris servos solere esse malos, malis vero bonos. Atqui tibi, viro omnium optimo, mali servi sunt, hi qui in sociorum numero dicuntur esse, nempe Aegyptii, et Cyprii, et Cilices, et Pamphyli, inutiles homines. (69.) Haec ubi *Artemisia* Mardonio dixit, quicumque reginae favebant, dolebant eam ista locutam, verentes ne malum quoddam ei a rege immineret, quod illum vetuisset navalem pugnam facere: qui vero invidebant ei maleque cupiebant, ut quae prae reliquis omnibus sociis in honore esset apud regem, iudicio illius delectabantur, quippe exitium ei ad-

λεομένης αὐτῆς. Ἐπεὶ δὲ ἀνηνείχθησαν αἱ γνῶμαι ἐς Ξέρξεα, κάρτα τε ἥσθη τῇ γνώμῃ τῆς Ἀρτεμισίης· καὶ νομίζων ἔτι πρότερον σπουδαίην εἶναι, τότε πολλῷ μᾶλλον αἶνεε. ὅμως δὲ τοῖσι πλέοσι πείθεσθαι ἐκέλευε τάδε, καταδόξας πρὸς μὲν Εὐβοίῃ σφέας ἐθελοκακέειν, ὡς οὐ παρεόντος αὐτοῦ· τότε δὲ αὐτὸς παρεσκεύαστο θεήσασθαι ναυμαχέοντας.

70 Ἐπειδὴ δὲ παρήγγελλον ἀναπλώειν, ἀνῆγον τὰς νῆας ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα, καὶ παρεκρίθησαν διαταχθέντες κατ' ἡσυχίην. τότε μέν νυν οὐκ ἐξέχρησέ σφι ἡ ἡμέρη ναυμαχίην ποιήσασθαι· νὺξ γὰρ ἐπεγένετο· οἱ δὲ παρεσκευάζοντο ἐς τὴν ὑστεραίην. Τοὺς δὲ Ἕλληνας εἶχε δέος τε καὶ ἀρρωδίη, οὐκ ἥκιστα δὲ τοὺς ἀπὸ Πελοποννήσου. ἀρρώδεον δὲ, ὅτι αὐτοὶ μὲν ἐν Σαλαμῖνι κατήμενοι, ὑπὲρ γῆς τῆς Ἀθηναίων ναυμαχέειν μέλλοιεν· νικηθέντες τε,

laturo. At ut ad *Xerxem* relatae sunt sententiae, admodum gavisus est illius sententiâ: et, quum iam antea eximiam esse mulierem iudicasset, nunc etiam magis eam laudavit. Attamen *hac in re pluribus*, ait, *esse parendum;* ratus ad Euboeam sponte suos rem male gessisse, quoniam ipse abfuisset: nunc autem constituerat ipse spectare pugnantes.

(70.) Postquam enavigandi signum datum est, eduxerunt naves Salaminem versus, et per otium explicuerunt aciem. At tunc quidem non suffecit dies, ut committeretur praelium: nox enim supervenit; et illi in posterum diem sese comparabant. Graecos vero metus incessit et trepidatio, praesertim vero Peloponnesios: angebantur quippe, quod ad Salaminem residentes pro Atheniensium terra es-

ἐν νήσῳ ἀπολαμφθέντες πολιορκήσονται, ἀπέντες τὴν ἑωυτῶν ἀφύλακτον. Τῶν δὲ βαρβάρων ὁ πεζὸς ὑπὸ 71
τὴν παρεοῦσαν νύκτα ἐπορεύετο ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον· καίτοι τὰ δυνατὰ πάντα ἐμεμηχάνητο, ὅκως κατ' ἤπειρον μὴ ἐσβάλοιεν οἱ βάρβαροι. Ὡς γὰρ ἐπύθοντο τάχιστα Πελοποννήσιοι τοὺς ἀμφὶ Λεωνίδεα ἐν Θερμοπύλῃσι τετελευτηκέναι, συνδραμόντες ἐκ τῶν πολίων, ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἵζοντο· καί σφι ἐπῆν στρατηγὸς Κλεόμβροτος, ὁ Ἀναξανδρίδεω, Λεωνίδεω δὲ ἀδελφεός. ἱζόμενοι δὲ ἐν τῷ Ἰσθμῷ, καὶ συγχώσαντες τὴν Σκιρωνίδα ὁδὸν, μετὰ τοῦτο, ὡς σφι ἔδοξε βουλευομένοισι, οἰκοδόμεον διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ τεῖχος. ἅτε δὲ ἐουσέων μυριάδεων πολλέων, καὶ παντὸς ἀνδρὸς ἐργαζομένου, ἤνετο τὸ ἔργον. καὶ γὰρ λίθοι, καὶ πλίνθοι, καὶ ξύλα, καὶ

sent dimicaturi; ubi si victi essent, in insula interclusi obsiderentur, suâ terrâ sine praesidio relictâ. (71.) Sub eamdem noctem pedestris Barbarorum exercitus adversus *Peloponnesum* profectus est; quamquam quaecumque excogitari potuerunt effecta erant, ne a continente in Peloponnesum irrumpere Barbari possent. Simulatque enim cognoverant Peloponnesii obiisse Leonidam ad Thermopylas, concursu ex oppidis facto Isthmum occuparunt, et praeerat eis ibi Cleombrotus, Anaxandridae filius, frater Leonidae. Ad Isthmum igitur considentes, primum Scironidem viam obstruxerunt, deinde de communi consilio *murum per Isthmum* instituerunt ducere. Quumque multae essent hominum myriades, quorum quisque manum operi admovit, perficiebatur opus. Nam et lapides et lateres et tigna et corbes sabulo reple-

Φορμοὶ ψάμμου πλήρεες ἐσεφορέοντο, καὶ ἐλίνυον οὐδέ-
να χρόνον οἱ βοηθήσαντες ἐργαζόμενοι, οὔτε νυκτὸς, οὔτε
72 ἡμέρης. Οἱ δὲ βωθήσαντες ἐς τὸν Ἰσθμὸν πανδημεὶ,
οἵδε ἦσαν Ἑλλήνων· Λακεδαιμόνιοί τε καὶ Ἀρκάδες πάν-
τες, καὶ Ἠλεῖοι, καὶ Κορίνθιοι, καὶ Σικυώνιοι, καὶ
Ἐπιδαύριοι, καὶ Φλιάσιοι, καὶ Τροιζήνιοι, καὶ Ἑρμιο-
νέες. οὗτοι μὲν ἦσαν οἱ βοηθήσαντες καὶ ὑπεραρρωδέον-
τες τῇ Ἑλλάδι κινδυνευούσῃ· τοῖσι δὲ ἄλλοισι Πελοπον-
νησίοισι ἔμελε οὐδέν. Ὀλύμπια δὲ καὶ Κάρνεια παροι-
73 χώκεε ἤδη. Οἰκέει δὲ τὴν Πελοπόννησον ἔθνεα ἑπτά.
τουτέων δὲ τὰ μὲν δύο, αὐτόχθονα ἐόντα, κατὰ χώρην
ἵδρυται νῦν τῇ καὶ τὸ πάλαι οἴκεον, Ἀρκάδες τε, καὶ
Κυνούριοι. ἓν δὲ ἔθνος, τὸ Ἀχαϊκὸν, ἐκ μὲν Πελοπον-
νήσου οὐκ ἐξεχώρησε, ἐκ μέν τοι τῆς ἑωυτῶν· οἰκέε δὲ
τὴν ἀλλοτρίην. τὰ δὲ λοιπὰ ἔθνεα τῶν ἑπτὰ τέσσερα,

tae congerebantur; et sociatâ operâ opus facientes, nullo temporis momento, nec noctu, nec interdiu, cessabant. (72.) Qui ad muniendum *Isthmum* operam suam consociarunt Graeci, hi fuere: Lacedaemonii et Arcades omnes, et Elei, et Corinthii, et Sicyonii, et Epidaurii, et Phliasii, et Troezenii, et Hermionenses. Hi sunt qui periclitanti Graeciae metuentes succurrerunt: reliquis Peloponnesiis nulli curae ea res fuit. Olympiorum autem et Carneorum iam praeterierant solemnia. (73.) *Peloponnesum* septem *incolunt* populi. Horum duo sunt indigeni; eamdem nunc, quam antiquitus, regionem habitantes, *Arcades*, et *Cynurii*. Unus populus, *Achaicus*, Peloponneso quidem non egressus est, sed suam regionem cum alia mutavit. Reliqui quatuor ex illis sep-

ἐπήλυδά ἐστι, Δωριέες τε, καὶ Αἰτωλοί, καὶ Δρύοπες, καὶ Λήμνιοι. Δωριέων μὲν, πολλαί τε καὶ δόκιμοι πόλις· Αἰτωλῶν δὲ, Ἦλις μούνη· Δρυόπων δὲ, Ἑρμιόνη τε καὶ Ἀσίνη ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ· Λημνίων δὲ, Παρωρεῆται πάντες. οἱ δὲ Κυνούριοι, αὐτόχθονες ἐόντες, δοκέουσι μοῦνοι εἶναι Ἴωνες· ἐκδεδωρίευνται δὲ, ὑπό τε Ἀργείων ἀρχόμενοι καὶ τοῦ χρόνου, ἐόντες Ὀρνεῆται καὶ περίοικοι. Τουτέων ὦν τῶν ἑπτὰ ἐθνέων αἱ λοιπαὶ πόλις, πάρεξ τῶν κατέλεξα, ἐκ τοῦ μέσου ἐκατέατο· εἰ δὲ ἐλευθέρως ἔξεστι εἰπαι, ἐκ τοῦ μέσου κατήμενοι, ἐμήδιζον.

Οἱ μὲν δὴ ἐν τῷ Ἰσθμῷ, τοιούτῳ πόνῳ συνέστασαν, 74
ἅτε περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον θέοντες, καὶ τῇσι νηυσὶ

LXXIII. 12. *Pro* μοῦνοι, *μὲν ἐνίοις corrigunt nonnulli.*

tem populis, advenae sunt: *Dorienses, Aetoli, Dryopes*, et *Lemnii*. Et Doriensium quidem multae sunt et illustres civitates: Aetolorum vero sola Elis: Dryopum Hermione, et Asine prope Cardamylen Laconicam: Lemniorum vero, Paroreatae omnes. Cynurii, indigenae quum sint, soli videntur [*sive*, nonnullis quidem videntur] Iones esse; sed in Dorienses mutati sunt, partim quod sub imperio fuerunt Argivorum, partim temporis progressu: sunt autem Orneatae et horum finitimi. Istorum septem populorum reliquae civitates, praeter eas quas nominavi, neutrarum erant partium: si autem libere loqui licet, dum neutrarum fuere partium, Medis favebant.

(74.) Igitur qui ad Isthmum erant, eo quo dixi labore conflictabantur, quippe de summa rerum iam

οὐκ ἐλπίζοντες ἐλλάμψεσθαι· οἱ δὲ ἐν Σαλαμῖνι ὁμῶς, ταῦτα πυνθανόμενοι, ἀρρώδεον, οὐκ οὕτω περὶ σφίσι αὐτοῖσι δειμαίνοντες, ὡς περὶ τῇ Πελοποννήσῳ. ἕως μὲν δὴ αὐτέων ἀνὴρ ἀνδρὶ παραστὰς σιγῇ λόγον ἐποιέετο, θῶμα ποιεύμενοι τὴν Εὐρυβιάδεω ἀβουλίην· τέλος δὲ, ἐξερράγη ἐς τὸ μέσον, σύλλογός τε δὴ ἐγίνετο, καὶ πολλὰ ἐλέγετο περὶ τῶν αὐτέων. οἱ μὲν, ὡς ἐς τὴν Πελοπόννησον χρεὸν εἴη ἀποπλώειν, καὶ περὶ ἐκείνης κινδυνεύειν, μηδὲ πρὸ χώρης δοριαλώτου μένοντας μάχεσθαι· Ἀθηναῖοι δὲ, καὶ Αἰγινῆται, καὶ Μεγαρέες, αὐτοῦ μένοντας ἀμύνασθαι. Ἐνθαῦτα Θεμιστοκλέης, ὡς ἐσσοῦτο τῇ γνώμῃ ὑπὸ τῶν Πελοποννησίων, λαθὼν ἐξέρχεται ἐκ τοῦ συνεδρίου. ἐξελθὼν δὲ, πέμπει ἐς τὸ στρα-

LXXIV. 3. ὁμῶς. *Vulgo* ὅμως.

periclitantes, nec sperantes mari praeclare admodum gestum iri rem. Et illi *ad Salaminem*, postquam quid ad Isthmum ageretur cognoverunt, similiter trepidabant, non tam sibi metuentes, quam Peloponneso. Et aliquantisper quidem vir viro adstans tacite inter se sermones conferebant, imprudens mirantes Eurybiadis consilium: ad extremum vero in publicum res erupit; et coiit concilium, multaque verba eisdem de rebus iactabantur; dicentibus aliis, *necessario ad Peloponnesum esse navigandum, et pro illa propugnandum, nec ad regionem ab hoste captam manendum, et pro illa dimicandum*; Atheniensibus vero et Aeginetis et Megarensibus contendentibus, *eo loci manendum et cum hoste confligendum.* (75.) Ibi tunc *Themistocles*, quum vinceret sententia Peloponnesiorum, clanculum con-

τόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα πλοίῳ, ἐντειλάμενος τὰ λέγειν χρεών· τῷ οὔνομα μὲν ἦν Σίκιννος, οἰκέτης δὲ καὶ παιδαγωγὸς ἦν τῶν Θεμιστοκλῆος παίδων· τὸν δὴ ὕστερον τουτέων τῶν πρηγμάτων Θεμιστοκλέης Θεσπιέα τε ἐποίησε, ὡς ἐπεδέκοντο οἱ Θεσπιέες πολιήτας, καὶ χρήμασι ὄλβιον. ὃς τότε πλοίῳ ἀπικόμενος, ἔλεγε πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν βαρβάρων τάδε· „Ἔπεμψέ με „στρατηγὸς ὁ Ἀθηναίων λάθρη τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, „(τυγχάνει γὰρ Φρονέων τὰ βασιλῆος, καὶ βουλόμε„νος μᾶλλον τὰ ὑμέτερα κατύπερθε γίνεσθαι ἢ τὰ τῶν „Ἑλλήνων πρήγματα,) Φράσοντα, ὅτι οἱ Ἕλληνες „δρησμὸν βουλεύονται καταῤῥωδηκότες. καὶ νῦν παρέ„χει κάλλιστον ὑμέας ἔργον ἀπάντων ἐξεργάσασθαι, „ἢν μὴ περιίδητε διαδράντας αὐτούς. οὔτε γὰρ ἀλλή„λοισι ὁμοφρονέουσι, οὔτ' ἔτι ἀντιστήσονται ὑμῖν· πρὸς

cilio egressus, certum hominem navigio in castra misit Medorum, edoctum quod dicere oporteret. Nomen homini *Sicinnus* fuit: erat autem servus et filiorum paedagogus Themistoclis; quem post has res gestas Themistocles, quo tempore Thespienses novos cooptarunt cives, Thespiensem fecit, et divitiis oneravit. Quo ubi is navigio pervenit, apud duces Barbarorum haec verba fecit: *Misit me dux Atheniensium clam reliquis Graecis; favet enim ille Regis partibus, cupitque ut res vestrae rebus Graecorum sint superiores; misit me autem qui vobis nunciarem, fugam meditari Graecos, metu perculsos. Nunc igitur in promtu vobis est rem conficere longe praeclarissimam, si non commiseritis ut illi fugâ dilabantur. Nam nec inter se sunt concor-*

„ἑωυτούς τε σφέας ὄψεσθε ναυμαχέοντας τοὺς τὰ ὑμέ-
„τερα φρονέοντας καὶ τοὺς μή.“ Ὁ μὲν, ταῦτά σφι
76 σημήνας, ἐκποδὼν ἀπαλλάσσετο. Τοῖσι δὲ ὡς πιστὰ
ἐγίνετο τὰ ἀγγελθέντα, τοῦτο μὲν, ἐς τὴν νησίδα τὴν
Ψυττάλειαν, μεταξὺ Σαλαμῖνός τε κειμένην καὶ τῆς
ἠπείρου, πολλοὺς τῶν Περσέων ἀπεβιβάσαντο· τοῦτο
δὲ, ἐπειδὴ ἐγίνοντο μέσαι νύκτες, ἀνῆγον μὲν τὸ ἀπ'
ἑσπέρης κέρας κυκλούμενοι πρὸς τὴν Σαλαμῖνα· ἀνῆ-
γον δὲ οἱ ἀμφὶ τὴν Κέον τε καὶ τὴν Κυνόσουραν τεταγμέ-
νοι, κατέχον τε μέχρι Μουνυχίης πάντα τὸν πορθμὸν
τῇσι νηυσί. τῶνδε δὲ εἵνεκεν ἀνῆγον τὰς νῆας, ἵνα δὴ
τοῖσι Ἕλλησι μηδὲ φυγέειν ἐξῇ, ἀλλ' ἀπολαμφθέντες
ἐν τῇ Σαλαμῖνι, δοῖεν τίσιν τῶν ἐπ' Ἀρτεμισίῳ ἀγω-
νισμάτων. ἐς δὲ τὴν νησῖδα τὴν Ψυττάλειαν καλεομένην

des, nec amplius vobis resistent; sed adversus se invicem pugnantes videbitis hos qui vobiscum sentiunt et eos qui contra. Et hic quidem, his dictis, e vestigio discessit. (76.) Illi vero, fidem nuncio adhibentes, primum, in *Psyttaleam*, parvam insulam inter Salaminem et continentem sitam, magnum numerum Persarum exposuerunt: deinde, sub mediam noctem evecti sunt qui cornu [Graecorum] occidentem spectans ad Salaminem intercluderent; simulque, qui ad Ceam et Cynosuram erant locati, evecti sunt, et universum fretum usque ad Munychiam occuparunt. Evecti autem his navibus sunt eo consilio, quo fugâ elabi non possent Graeci, sed ad Salaminem circumventi poenas darent praeliorum ad Artemisium factorum. In exiguam vero illam insulam, cui Psyttalea nomen, idoneum Persarum

ἀπεβίβαζον τῶν Περσέων, τῶνδε εἵνεκεν, ὡς, ἐπεὰν γένηται ναυμαχίη, ἐνθαῦτα μάλιστα ἐξοισομένων τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν ναυηγίων, (ἐν γὰρ δὴ πόρῳ τῆς ναυμαχίης τῆς μελλούσης ἔσεσθαι ἔκειτο ἡ νῆσος,) ἵνα τοὺς μὲν περιποιῶσι, τοὺς δὲ διαφθείρωσι. ἐποίευν δὲ σιγῇ ταῦτα, ὡς μὴ πυνθανοίατο οἱ ἐναντίοι. οἱ μὲν δὴ ταῦτα τῆς νυκτὸς, οὐδὲν ἀποκοιμηθέντες, παρηρτέοντο.

Χρησμοῖσι δὲ οὐκ ἔχω ἀντιλέγειν ὡς οὐκ εἰσὶ ἀληθέες, οὐ βουλόμενος ἐναργέως λέγοντας πειρᾶσθαι καταβάλλειν, ἐς τοιάδε πρήγματα ἐσβλέψας. 77

Ἀλλ' ὅταν Ἀρτέμιδος χρυσαόρου ἱερὸν ἀκτὴν
νησὶ γεφυρώσωσι, καὶ εἰναλίην Κυνόσουραν,
ἐλπίδι μαινομένῃ λιπαρὰς πέρσαντες Ἀθήνας,

numerum exposuerunt hoc consilio, ut, quoniam praelio facto navali et homines et naufragia huc maxime delatum iri videbantur, (sita enim insula erat in freto ubi pugna erat facienda) ibi suos servarent, hostes vero interficerent. Silentio autem haec omnia fecerunt, ne animadverterent adversarii: et per totam noctem, nulla quiete sumta, in hoc adparatu fuere occupati.

(77.) In has res tales equidem intuens, negare non possum vera esse oracula huc spectantia; nec reiicere conabor manifeste loquentia.

At quum sacrum Dianae littus aureo-ense-instructae
navibus velut ponte straverint et mari-cinctam Cynosuram,
insana spe vastatis splendidis Athenis;

δῖα Δίκη σβέσσει κρατερὸν Κόρον, Ὕβριος υἱὸν,
δεινὸν μαιμώοντα, δοκεῦντ' ἀνὰ πάντα τίθεσθαι.
Χαλκὸς γὰρ χαλκῷ συμμίξεται, αἵματι δ' Ἄρης
πόντον Φοινίξει. τότ' ἐλεύθερον Ἑλλάδος ἦμαρ
εὐρύοπα Κρονίδης ἐπάγει, καὶ πότνια Νίκη.

Ἐς τοιαῦτα μὲν, καὶ οὕτω ἐναργέως λέγοντι Βάκιδι, ἀντιλογίης χρησμῶν πέρι οὔτε αὐτὸς λέγειν τολμέω, οὔτε παρ' ἄλλων ἐνδέκομαι.

78 Τῶν δὲ ἐν Σαλαμῖνι στρατηγῶν ἐγίνετο ὠθισμὸς λόγων πολλός. ἤδεσαν δὲ οὔ κω, ὅτι σφέας περιεκυκλέοντο τῇσι νηυσὶ οἱ βάρβαροι· ἀλλ', ὥσπερ τῆς ἡμέρης ὥρων αὐτοὺς τεταγμένους, ἐδόκεον κατὰ χώρην εἶναι.

79 Συνεστηκότων δὲ τῶν στρατηγῶν, ἐξ Αἰγίνης διέβη Ἀρι-

LXXVII. 8. τίθεσθαι. *Vulgo* πυθέσθαι. *Nonnulli* πιθέσθαι. *l.* 13. ἀντιλογίης - - - λέγειν. *Cum viro docto legendum videtur* δι' ἀντιλογίης - - - ἐλθεῖν.

tum diva Vindicta exstinguet minacem Satietatem, Contumeliae filiam, dire furentem, omniaque conantem evertere. Aes enim aeri miscebitur, et sanguine Mavors pontum rubefaciet. Tunc libertatis diem Graeciae reddet late-cernens Saturnius et alma Victoria.

Ad haec talia, et adversus ita clare loquentem *Bacidem*, nec ego contradicendi oraculis caussa quidquam dicere audeo, nec ab aliis dictum admitto.

(78.) Iam inter duces *ad Salaminem* gravis exsistebat sermonum contentio. Nec dum vero illi noverant, undique inclusos se esse a Barbaris: sed, ut illos interdiu locatos viderant, ita eodem in loco mansisse eos putabant. (79.) Dum inter se altercantur

στείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀνὴρ Ἀθηναῖος μὲν, ἐξωστρακισμένος δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου· τὸν ἐγὼ νενόμικα, πυνθανόμενος αὐτοῦ τὸν τρόπον, ἄριστον ἄνδρα γενέσθαι ἐν Ἀθήνῃσι καὶ δικαιότατον. οὗτος ὡνὴρ στὰς ἐπὶ τὸ συνέδριον, ἐξεκαλέετο Θεμιστοκλῆα, ἐόντα μὲν ἑωυτῷ οὐ φίλον, ἐχθρὸν δὲ τὰ μάλιστα· ὑπὸ δὲ μεγάθεος τῶν παρεόντων κακῶν, λήθην ἐκείνων ποιεύμενος ἐξεκαλέετο, θέλων αὐτῷ συμμίξαι. προακήκοε δὲ ὅτι σπεύδοιεν οἱ ἀπὸ Πελοποννήσου ἀνάγειν τὰς νῆας πρὸς τὸν Ἰσθμόν. ὡς δὲ ἐξῆλθέ οἱ Θεμιστοκλέης, ἔλεγε Ἀριστείδης τάδε· „Ἡμέας στασιάζειν χρεὸν ἐστι, ἔν τε τῷ ἄλλῳ καιρῷ καὶ δὴ καὶ ἐν τῷδε, περὶ τοῦ ὁκότερος „ἡμέων πλέω ἀγαθὰ τὴν πατρίδα ἐργάσεται. λέγω „δέ τοι, ὅτι ἶσον ἐστὶ πολλά τε καὶ ὀλίγα λέγειν περὶ

duces; interim ex Aegina traiecerat *Aristides*, Lysimachi filius, civis quidem Atheniensis, sed ostracismo damnatus a populo; quem ego, ut eius mores accepi, optimum Athenis virum iustissimumque fuisse iudico. Hic vir, stans ad introitum concilii, evocari ad se iussit *Themistoclem*, qui non ei amicus, sed quam maxime inimicus erat; verum ob praesentium gravitatem malorum oblitus inimicitiarum, ad se vocari illum iussit, colloqui cum eo cupiens: antea audiverat autem, id urgere Peloponnesios ut ad Isthmum abducatur classis. Postquam egressus est Themistocles, his verbis cum *Aristides* adloquitur: *Debemus nos et aliâs et nimirum nunc maxime de hoc inter nos contendere, uter nostrûm maiora commoda patriae sit adlaturus. Dico vero tibi, perinde esse, multa an pauca verba facias ad Pelo-*

„ἀποπλόου τοῦ ἐνθεῦτεν Πελοποννησίοισι. ἐγὼ γὰρ
„αὐτόπτης τοι λέγω γενόμενος, ὅτι νῦν, οὐδ' ἢν θέλω-
„σι, Κορίνθιοί τε καὶ αὐτὸς Εὐρυβιάδης οἷοί τε ἔσον-
„ται ἐκπλῶσαι· περιεχόμεθα γὰρ ὑπὸ τῶν πολεμίων
80 „κύκλῳ. ἀλλ' ἐσελθών σφι ταῦτα σήμηνον." Ὁ δ' 20
ἀμείβετο τοῖσδε· „Κάρτα τε χρηστὰ διακελεύεαι, καὶ
„εὖ ἤγγειλας. τὰ γὰρ ἐγὼ ἐδεόμην γενέσθαι, αὐτὸς
„αὐτόπτης γενόμενος ἥκεις. ἴσθι γὰρ, ἐξ ἐμέο τὰ ποιεύ-
„μενα ὑπὸ Μήδων. ἔδεε γὰρ, ὅτε οὐκ ἑκόντες ἔθελον 5
„ἐς μάχην κατίστασθαι οἱ Ἕλληνες, ἀέκοντας παρα-
„στήσασθαι. σὺ δὲ, ἐπεί περ ἥκεις χρηστὰ ἀπαγγέλ-
„λων, αὐτός σφι ἄγγειλον. ἢν γὰρ ἐγὼ αὐτὰ λέγω,
„δόξω πλάσας λέγειν, καὶ οὐ πείσω, ὡς οὐ ποιεύν-
„των τῶν βαρβάρων ταῦτα. ἀλλά σφι σήμηνον αὐτὸς 10

ponnesios classem hinc abducere cupientes. Ego enim, oculatus testis tibi aio, nullam nunc, ne si velint quidem, facultatem esse Corinthiis et ipsi Eurybiadi enavigandi; undique enim circumclusi sumus ab hostibus. At tu i intro, et hoc illis nuncia. (8o.) Sic ille; cui *Themistocles* respondit: *Et rectissime tu mones; et bonum utique adfers nuncium: nam, quod ego ut fieret cupiveram, id tu factum esse testis oculatus nuncias. Scito enim, a me monitos fecisse hoc Medos: quandoquidem enim sponte noluerunt Graeci praelio decernere, necesse fuit ut inviti cogerentur. At tu, quoniam huc venisti bonum nuncium adferens, ipse illis nuncia. Nam si ego haec dixero, videbor illis ficta loqui, neque eis persuadebo factum hoc esse a Barbaris. Sed tu eos adi; et ipse illis, ut res habet, indica.*

„παρελθὼν ὡς ἔχει. ἐπεὰν δὲ σημήνῃς, ἢν μὲν πείθων-
„ται, ταῦτα δὴ τὰ κάλλιστα· ἢν δὲ αὐτοῖσι μὴ πι-
„στὰ γένηται, ὁμοῖον ἡμῖν ἔσται. οὐ γὰρ ἔτι διαδρή-
„σονται, εἴπερ περιεχόμεθα πανταχόθεν, ὡς σὺ λέ-
„γεις." Ταῦτα ἔλεγε παρελθὼν ὁ Ἀριστείδης, Φά- 81
μενος ἐξ Αἰγίνης τε ἥκειν, καὶ μόγις ἐκπλῶσαι λα-
θὼν τοὺς ἐπορμέοντας· περιέχεσθαι γὰρ πᾶν τὸ στρα-
τόπεδον τὸ Ἑλληνικὸν ὑπὸ τῶν νεῶν τῶν Ξέρξεω· πα-
ραρτέεσθαί τε συνεβούλευε ὡς ἀλεξησομένους. Καὶ ὁ
μὲν, ταῦτα εἴπας, μετεστήκεε· τῶν δὲ αὖτις ἐγίνετο
λόγων ἀμφισβασίη· οἱ γὰρ πλεῦνες τῶν στρατηγῶν
οὐκ ἐπείθοντο τὰ ἐξαγγελθέντα. Ἀπιστεόντων δὲ του- 82
τέων, ἦκε τριήρης ἀνδρῶν Τηνίων αὐτομολέουσα, τῆς
ἦρχε ἀνὴρ Παναίτιος ὁ Σωσιμένεος, ἥπερ δὴ ἔφερε τὴν

Quod ubi tu indicaveris, si illi persuasi fuerint, tum quidem optime res habebit; sin dictis tuis non adhibuerint fidem, perinde nobis erit: etenim non amplius aufugient, si, ut tu ais, undique cincti sumus ab hostibus. (81.) Igitur in concilium ingressus *Aristides*, rem nunciat; dicens, *se ex Aegina venire, et per hostium naves in statione locatas aegre pervasisse latentem; universam enim Graecorum classem a Persarum navibus esse circumventam: quare se illis consulere, ut ad propulsandum hostem sese comparent.* His dictis, ille discessit; inter hos vero rursus orta est sermonum disceptatio: plerique enim ex ducibus fidem nuncio non adhibuerunt. (82.) Dum hi ita increduli sunt, advenit triremis transfuga Teniorum, cui praeerat civis Tenius Panaetius, Sosimenis filius; quae

ἀληθηίην πᾶσαν. διὰ δὲ τοῦτο τὸ ἔργον ἐνεγράφησαν Τήνιοι ἐν Δελφοῖσι ἐς τὸν τρίποδα ἐν τοῖσι τὸν βάρβαρον κατελοῦσι. Συὶν δὲ ὧν ταύτῃ τῇ νηὶ τῇ αὐτομολησάσῃ ἐς Σαλαμῖνα, καὶ τῇ πρότερον ἐπ' Ἀρτεμίσιον τῇ Λημνίῃ, ἐξεπληροῦτο τὸ ναυτικὸν τοῖσι Ἕλλησι ἐς τὰς ὀγδώκοντα καὶ τριηκοσίας νῆας· δύο γὰρ δὴ νηῶν τότε κατέδεε ἐς τὸν ἀριθμόν.

83 Τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς πιστὰ δὴ τὰ λεγόμενα ἦν τῶν Τηνίων ῥήματα, παρεσκευάζοντο ὡς ναυμαχήσοντες. ἠώς τε διέφαινε, καὶ οἱ σύλλογον τῶν ἐπιβατέων ποιησάμενοι, προηγόρευε εὖ ἔχοντα μὲν ἐκ πάντων Θεμιστοκλέης· τὰ δὲ ἔπεα ἦν, πάντα κρέσσω τοῖσι ἥσσοσι ἀντιτιθέμενα. ὅσα δὲ ἐν ἀνθρώπου Φύσι καὶ καταστάσι ἐγγίνεται, παραινέσας δὴ, τουτέων τὰ κρέσσω αἱρέε-

omnem veritatem adtulit. Quod quidem ob factum Delphis in tripode nomen *Teniorum* inscriptum est in eorum populorum nominibus qui Barbarum debellarunt. Hac igitur navi, quae ad Salaminem ab hoste transfugit, simul cum Lemnia navi quae antea ad Artemisium transfugerat, completus est numerus navium, quibus usi sunt Graeci, ut trocentae et octoginta confierent; ad quem explendum numerum duae naves prius defuerant.

(83.) Postquam Teniorum verba fidem fecere Graecis, tum demum ad navalem pugnam sese hi compararunt, et prima luce coetum coëgerunt propugnatorum. Ibi tunc prae caeteris ducibus Themistocles bene apud suos pro concione verba fecit; cuius in eo vertebatur oratio, ut meliora quaeque peioribus opponeret, hortareturque, ut, quaecumque in homi-

σθαι. καὶ καταπλέξας τὴν ῥῆσιν, ἐσβαίνειν ἐκέλευε ἐς τὰς νῆας. καὶ οὗτοι μὲν δὴ ἐσέβαινον, καὶ ἦκε ἡ ἀπ' Αἰγίνης τριήρης, ἡ κατὰ τοὺς Αἰακίδας ἀπεδήμησε. ἐνθαῦτα ἀνῆγον τὰς νῆας ἁπάσας οἱ Ἕλληνες. Ἀναγομένοισι δέ σφι, αὐτίκα ἐπεκέατο οἱ βάρβαροι. οἱ μὲν δὴ ἄλλοι Ἕλληνες ἐπὶ πρύμνην ἀνεκρούοντο, καὶ ὤκελλον τὰς νῆας· Ἀμεινίης δὲ Παλληνεὺς, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ἐξαναχθεὶς, νηῒ ἐμβάλλει. συμπλακείσης δὲ τῆς νηὸς, καὶ οὐ δυναμένων ἀπαλλαγῆναι, οὕτω δὴ οἱ ἄλλοι Ἀμεινίῃ βοηθέοντες συνέμισγον. Ἀθηναῖοι μὲν οὕτω λέγουσι τῆς ναυμαχίης γενέσθαι τὴν ἀρχήν· Αἰγινῆται δὲ, τὴν κατὰ τοὺς Αἰακίδας ἀποδημήσασαν ἐς Αἴγιναν, ταύτην εἶναι τὴν ἄρξασαν. Λέγεται δὲ καὶ τά- 84

nis naturam et conditionem caderent, ex his eligerent optima. Postquam dicendi finem fecit, conscendere naves suos iussit. Qui dum conscendunt, adfuit ex Aegina triremis quae ad deducendos Aeacidas missa erat: tum deinde navibus omnibus evecti sunt Graeci. (84.) Quos in altum evectos tanto protinus impetu adgressi sunt Barbari, ut caeteri Graeci omnes in puppim remigarent, et terrae admoverent naves. Unus *Aminias*, Atheniensis civis, Pallenensis, longius evectus, navem hostilem rostro petiit. Cuius navis quum alteri implicita haereret, nec inde divelli posset; ita demum caeteri, auxilio venientes Aminiae, praelium commiserunt. Id quidem fuisse *navalis pugnae initium* memorant Athenienses: Aeginetae vero, illam navem, aiunt, pugnae initium fecisse, quae Aeginam ad advehendos Aeacidas fuerat missa. Narratur hoc etiam, adparuisse Graecis

δε, ὡς Φάσμα σφι γυναικὸς ἐφάνη· φανεῖσαν δὲ διακελεύσασθαι, ὥστε καὶ ἅπαν ἀκοῦσαι τὸ τῶν Ἑλλήνων στρατόπεδον, ὀνειδίσασαν πρότερον τάδε· „Ὦ δαι-
85 „μόνιοι, μέχρι κόσου ἔτι πρύμνην ἀνακρούεσθε;“ Κατὰ μὲν δὴ Ἀθηναίους ἐτετάχατο Φοίνικες· οὗτοι γὰρ εἶχον τὸ πρὸς Ἐλευσῖνός τε καὶ ἑσπέρης κέρας· κατὰ δὲ Λακεδαιμονίους, Ἴωνες· οὗτοι δ' εἶχον τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τε καὶ τὸν Πειραιέα. ἐθελοκάκεον μέντοι αὐτέων, 5
κατὰ τὰς Θεμιστοκλέος ἐντολὰς, ὀλίγοι· οἱ δὲ πλεῦνες, οὐ. Ἔχω μέν νυν συχνῶν οὐνόματα τριηράρχων καταλέξαι, τῶν νῆας Ἑλληνίδας ἑλόντων· χρήσομαι δὲ αὐτοῖσι οὐδὲν, πλὴν Θεομήστορός τε τοῦ Ἀνδροδάμαντος, καὶ Φυλάκου τοῦ Ἰστιαίου, Σαμίων ἀμφοτέρων. 10
τοῦ δὲ εἵνεκα μέμνημαι τουτέων μούνων, ὅτι Θεομήστωρ

speciem mulieris, quae illos, ita ut universus exaudiret exercitus, ad fortiter pugnandum hortata sit, increpatos prius his verbis, *Miseri! quousque in puppim remigabitis?* (85.) Contra Athenienses locati Phoenices erant; hi enim cornu obtinebant Eleusinem et occidentem spectans: contra Lacedaemonios vero Iones, qui in altero cornu versus orientem et Piraeeum erant. Et horum quidem pauci, ut monuerat eos Themistocles, de industria cessarunt; maior pars vero strenue pugnabat. Possem sane multorum nomina trierarchorum edere, qui graecas naves ceperunt: nec vero eos memorabo, nisi Theomestorem Androdamantis filium, et Phylacum Histiaei, Samium utrumque. Horum autem solorum ea caussa facio mentionem, quod Theomestor ob hanc rem gestam Sami tyrannus a Persis est con-

658, 52.

μὲν διὰ τοῦτο τὸ ἔργον Σάμου ἐτυράννευσε, καταστησάντων τῶν Περσέων· Φύλακος δὲ, εὐεργέτης βασιλῆος ἀνεγράφη, καὶ χώρη οἱ ἐδωρήθη πολλή. οἱ δ' εὐεργέται τοῦ βασιλῆος, ὀροσάγγαι καλέονται Περσιστί. περὶ μέν νυν τούτους οὕτω εἶχε. Τὸ δὲ πλῆθος τῶν νηῶν 86
ἐν τῇ Σαλαμῖνι ἐκεραΐζετο· αἱ μὲν, ὑπ' Ἀθηναίων διαφθειρόμεναι· αἱ δὲ, ὑπὸ Αἰγινητέων. ἅτε γὰρ τῶν μὲν Ἑλλήνων σὺν κόσμῳ ναυμαχεόντων κατὰ τάξιν, τῶν δὲ βαρβάρων οὐ τεταγμένων ἔτι, οὔτε σὺν νόῳ ποιεόντων οὐδέν, ἔμελλε τοιοῦτό σφι συνοίσεσθαι, οἷόν περ ἀπέβη. καίτοι ἔσαν γε καὶ ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην μαχρῷ ἀμείνονες αὐτοὶ ἑωυτῶν, ἢ πρὸς Εὐβοίῃ· πᾶς τις προθυμεόμενος, καὶ δειμαίνων Ξέρξην· ἐδόκεέ τε ἕκαστος ἑωυτὸν θεήσεσθαι βασιλῆα.

stitutus; Phylacus vero eorum numero qui bene de Rege meruerunt adscriptus est, et amplus terrae tractus eidem donatus. *Orosangae* Persico sermone vocantur *bene de rege meriti.* Ac de his quidem ita res habet. (86.) Maior vero numerus hostilium navium in hac *ad Salaminem pugna* periit; aliae ab Atheniensibus corruptae, aliae ab Aeginetis. Nam quum Graeci ordine et iusta acie pugnarent, Barbari vero nec dum satis ordinati fuissent, neque recto consilio quidquam gererent, debuit id fere ipsum evenire quod accidit: quamquam eo die longe fortiores fuerunt seseque praestiterunt quam ad Euboeam, quum unusquisque formidine Xerxis studium omne adhiberet; quisque enim spectari se a rege existimabat.

87 Κατὰ μὲν δὴ τοὺς ἄλλους, οὐκ ἔχω μετεξετέρους εἶπαι ἀτρεκέως, ὡς ἕκαστοι τῶν βαρβάρων ἢ τῶν Ἑλλήνων ἠγωνίζοντο· κατὰ δὲ Ἀρτεμισίην τάδε ἐγένετο, ἀπ' ὧν εὐδοκίμησε μᾶλλον ἔτι παρὰ βασιλῆϊ. ἐπειδὴ γὰρ ἐς θόρυβον πολλὸν ἀπίκετο τὰ βασιλῆος πρήγματα, ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ ἡ νηῦς ἡ Ἀρτεμισίης ἐδιώκετο ὑπὸ νηὸς Ἀττικῆς. καὶ ἡ, οὐκ ἔχουσα διαφυγέειν, ἐμπροσθε γὰρ αὐτῆς ἔσαν ἄλλαι νῆες φίλιαι, ἡ δὲ αὐτῆς πρὸς τῶν πολεμίων μάλιστα ἐτύγχανε ἐοῦσα· ἔδοξέ οἱ τόδε ποιῆσαι, τὸ καὶ συνήνεικε ποιησάσῃ. διωκομένη γὰρ ὑπὸ τῆς Ἀτικῆς, Φέρουσα ἐνέβαλε νηῒ Φιλίῃ, ἀνδρῶν τε Καλυνδέων, καὶ αὐτοῦ ἐπιπλέοντος τοῦ Καλυνδέων βασιλῆος Δαμασιθύμου. εἰ μὲν καί τι νεῖκος πρὸς αὐτὸν ἐγεγόνεε ἔτι περὶ Ἑλλήσποντον ἐόντων, οὐ μέντοι ἔγωγε

(87.) Iam, quod ad alios adtinet, quo pacto singuli nonnulli Barbarorum aut Graecorum pugnaverint, non possum pro comperto referre: sed ad *Artemisiam* quod spectat, haec gesta sunt, unde illa magis etiam regi adprobata est. Postquam magno tumultu res regis misceri coeperant, per id tempus navem Artemisiae persequebatur navis Attica. Et illa, quum effugere non posset, quoniam ante eam multae aliae sociae naves erant, ipsius autem navis hostibus erat proxima, hoc consilium cepit, quod etiam eventu utilissimum ei fuit. Quum enim instaret illi Attica navis, ipsa capto impetu in sociam navem impegit, qua Calyndenses viri vehebantur cum rege Calyndensium Damasithymo. Cum quo an ei antea, quum adhuc ad Hellespontum fuissent, altercatio quaedam intercesserit, confirmare equidem

659, 82.

ἔχω εἶπαι, οὔτε εἰ ἐκ προνοίης αὐτὰ ἐποίησε, οὔτε εἰ συνεκύρησε ἡ τῶν Καλυνδέων κατὰ τύχην παραπεσοῦσα νηῦς. ὡς δὲ ἐνέβαλέ τε καὶ κατέδυσε, εὐτυχίῃ χρησαμένη, διπλᾶ ἑωυτὴν ἀγαθὰ ἐργάσατο. ὁ τε γὰρ τῆς Ἀττικῆς νηὸς τριήραρχος, ὡς εἶδέ μιν ἐμβάλλουσαν νηὶ ἀνδρῶν βαρβάρων, νομίσας τὴν νῆα τὴν Ἀρτεμισίης ἢ Ἑλληνίδα εἶναι, ἢ αὐτομολέειν ἐκ τῶν βαρβάρων, καὶ αὐτοῖσι ἀμύνειν, ἀποστρέψας, πρὸς ἄλλας ἐτράπετο. Τοῦτο μὲν, τοιοῦτο αὐτῇ συνήνεικε γενέσθαι, διαφυγέειν 88
τε καὶ μὴ ἀπολέσθαι· τοῦτο δὲ, συνέβη ὥστε κακὸν ἐργασαμένην, ἀπὸ τουτέων αὐτὴν μάλιστα εὐδοκιμῆσαι παρὰ Ξέρξῃ. λέγεται γὰρ, βασιλῆα θηεύμενον, μαθεῖν τὴν νῆα ἐμβαλοῦσαν· καὶ δή τινα εἶπαι τῶν παρεόντων· „Δέσποτα, ὁρᾷς Ἀρτεμισίην, ὡς εὖ ἀγωνίζε-

non possum, nec utrum consulto id fecerit, an casu tunc maxime Calydensium navis ei fuerit obiecta. Ut vero in illam impegit, eamque depressit, singulari felicitate usa, duplex inde commodum retulit. Nam Atticae navis trierarchus, ubi illam vidit in navem hominum barbarorum facere impetum, ratus Artemisiae navem esse graecanicam, aut a Barbaris ad Graecos transfugere et ipsis succurrere, omissâ illâ, alias Barbarorum naves petiit. (88.) Itaque hoc primum illa commodum consecuta est, ut salva evaserit: insuper vero eidem contigit, ut, quum damno adfecisset regem, ob id ipsum factum maxime ab eodem laudaretur. Aiunt enim, quum pugnam *Xerxes* spectaret, animadvertisse eum hanc navem in alteram impingentem: quumque adstantium aliquis ei dixisset, *Vides, domine, quam fortiter*

„ται, καὶ νῆα τῶν πολεμίων κατέδυσε;“ καὶ τὸν ἐπείρεσθαι, εἰ ἀληθέως ἐστὶ Ἀρτεμισίης τὸ ἔργον· καὶ τοὺς φάναι „σαφέως τὸ ἐπίσημον τῆς νηὸς ἐπισταμένους·“ τὴν δὲ διαφθαρεῖσαν ἠπιστέατο εἶναι πολεμίην. τά τε γὰρ ἄλλα, ὡς εἴρηται, αὐτῇ συνήνεικε ἐς εὐτυχίην γενόμενα, καὶ τὸ τῶν ἐκ τῆς Καλυνδικῆς νηὸς μηδένα ἀποσωθέντα κατήγορον γενέσθαι. Ξέρξην δὲ εἶπαι λέγεται πρὸς τὰ Φραζόμενα· „Οἱ μὲν ἄνδρες γεγόνασί μοι γυ„ναῖκες· αἱ δὲ γυναῖκες, ἄνδρες.“ ταῦτα μὲν Ξέρξην φασὶ εἶπαι.

89 Ἐν δὲ τῷ πόνῳ τούτῳ, ἀπὸ μὲν ἔθανε ὁ στρατηγὸς Ἀριαβίγνης ὁ Δαρείου, Ξέρξεω ἐὼν ἀδελφεὸς, ἀπὸ δὲ ἄλλοι πολλοί τε καὶ ὀνομαστοὶ Περσέων καὶ Μήδων, καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων· ὀλίγοι δέ τινες καὶ Ἑλλήνων. ἅτε γὰρ νέειν ἐπισταμένοι, τοῖσι αἱ νῆες διεφθεί-

Artemisia pugnet, quae navem etiam hostilem depressit! quaesisse illum, *vere-ne sit hoc Artemisiae factum?* cui illos respondisse, *plane se nosse navis insigne.* Existimabant hi autem hostilem esse navem, quam illa depressisset. Nam et alia, ut dictum est, feliciter ei cesserant, et hoc, quod ex Calyndica navi nemo unus salvus evaserit, qui accusare illam potuisset. Itaque *Xerxes* ad ea, quae ei ab his dicta erant, hoc verbum edidisse fertur: *Viri mihi facti sunt mulieres; mulieres vero, viri.* Hoc a Xerxe dictum memoratur.

(89.) In hoc autem praelio occubuit dux Ariabignes, Darii filius, frater Xerxis: *occubuere* item alii *multi* illustres viri *ex Persis Medis*que et ex eorum sociis: ex *Graecis* vero *pauci.* Hi enim quum essent

ρεντο, καὶ μὴ ἐν χειρῶν νόμῳ ἀπολλύμενοι, ἐς τὴν Σαλαμῖνα διένεον. τῶν δὲ βαρβάρων οἱ πολλοὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ διεφθάρησαν, νέειν οὐκ ἐπισταμένοι. Ἐπεὶ δὲ αἱ πρῶται ἐς φυγὴν ἐτράποντο, ἐνθαῦτα αἱ πλεῖσται διεφθείροντο. οἱ γὰρ ὄπισθε τεταγμένοι, ἐς τὸ πρόσθε τῇσι νηυσὶ παριέναι πειρώμενοι, ὡς ἀποδεξόμενοί τι καὶ αὐτοὶ ἔργον βασιλέϊ, τῇσι σφετέρῃσι νηυσὶ φευγούσῃσι περιέπιπτον. Ἐγένετο δὲ καὶ τόδε ἐν τῷ θορύβῳ τούτῳ. τῶν τινες Φοινίκων, τῶν αἱ νῆες διεφθαρέατο, ἐλθόντες παρὰ βασιλῆα, διέβαλλον τοὺς Ἴωνας, ὡς δι' ἐκείνους ἀπολοίατο αἱ νῆες, ὡς προδόντων. συνήνεικε ὧν οὕτω, ὥστε Ἰώνων τε τοὺς στρατηγοὺς μὴ ἀπολέσθαι, Φοινίκων τε τοὺς διαβάλλοντας λαβεῖν τοιόνδε μισθόν. ἔτι τουτέων ταῦτα λεγόντων, ἐνέβαλε νηὶ Ἀττικῇ Σα-

90

natandi periti, si quae eorum navis periit, quotquot non manu ceciderunt hostium, ad Salaminem enatarunt: at Barbarorum plerique, natandi imperiti, in mari periere. Et postquam primae naves in fugam erant versae, tum vero plurimae corruptae sunt: nam qui pone erant locati, hi quum navibus in anteriora progredi conarentur, quippe et ipsi praeclarum aliquod facinus regi ostensuri, in suorum naves fugientium inciderunt. (90.) In eodem tumultu hoc etiam accidit. *Phoenices* quidam, quorum naves perierant, ad regem accedentes calumniati sunt *Iones*, tamquam per eorum proditionem periissent naves. Forte fortuna autem ita cecidit res, ut Ionum duces nihil mali paterentur, et Phoenices calumniantes hancce mercedem ferrent. Dum illi adhuc ista dicunt, in unam ex Atheniensium na-

μοθρηϊκίη νηῦς· ἥ τε δὴ Ἀττικὴ κατεδύετο, καὶ ἐπιφερομένη Αἰγιναίη νηῦς κατέδυσε τῶν Σαμοθρηίκων τὴν νῆα. ἅτε δὴ ἐόντες ἀκοντισταὶ οἱ Σαμοθρήϊκες, τοὺς ἐπιβάτας ἀπὸ τῆς καταδυσάσης νηὸς βάλλοντες ἀπήραξαν, καὶ ἐπέβησάν τε καὶ ἔσχον αὐτήν. ταῦτα γενόμενα τοὺς Ἴωνας ἐρρύσατο. ὡς γὰρ εἶδέ σφεας Ξέρξης ἔργον μέγα ἐργασαμένους, ἐτράπετο πρὸς τοὺς Φοίνικας, οἷα ὑπερλυπεόμενός τε καὶ πάντας αἰτιώμενος· καί σφεων ἐκέλευσε τὰς κεφαλὰς ἀποταμεῖν, ἵνα μὴ, αὐτοὶ κακοὶ γενόμενοι, τοὺς ἀμείνονας διαβάλλωσι. (ὅκως γάρ τινα ἴδοι Ξέρξης τῶν ἑωυτοῦ ἔργον τι ἀποδεικνύμενον ἐν τῇ ναυμαχίῃ, κατήμενος ὑπὸ τῷ οὔρεϊ τῷ ἀντίον Σαλαμῖνος, τὸ καλέεται Αἰγάλεως, ἀνεπυνθάνετο τὸν ποιήσαντα· καὶ οἱ γραμματισταὶ ἀνέγραφον

vibus irruit navis Samothracica: et dum mergitur Attica navis, adcurrens navis Aeginensis deprimit Samothracicam. Tum vero Samothraces, ut solertes iaculatores, de navi quae ipsorum navem depresserat coniectis telis deturbarunt propugnatores, navemque conscenderunt, eaque potiti sunt. Id factum Iones servavit. Ut enim rem praeclare ab his gestam *Xerxes* vidit, iram suam in *Phoenices* vertit, quippe valde aeger animi et quoslibet accusans: illorumque capita iussit praecidi, *ne, quum ignavi ipsi essent, fortiores viros calumniarentur.* Xerxes enim, e regione Salaminis sedens in montis radice, cui Aegaleos nomen, quoties aliquod facinus a suis editum cerneret, sciscitabatur *quis esset qui id fecisset:* et

πατρόθεν τὸν τριήραρχον καὶ τὴν πόλιν.) πρὸς δὲ ἔτι καὶ προσελάβετο Φίλος ἐὼν Ἀριαράμνης, ἀνὴρ Πέρσης παρεὼν, τούτου τοῦ Φοινικηίου πάθεος. οἱ μὲν δὴ πρὸς τοὺς Φοίνικας ἐτράποντο.

Τῶν δὲ βαρβάρων ἐς φυγὴν τραπομένων, καὶ ἐκ- 91
πλεόντων πρὸς τὸ Φάληρον, Αἰγινῆται, ὑποστάντες ἐν τῷ πορθμῷ, ἔργα ἀπεδέξαντο λόγου ἄξια. οἱ μὲν γὰρ Ἀθηναῖοι ἐν τῷ θορύβῳ ἐκεραΐζον τάς τε ἀντισταμένας καὶ τὰς φευγούσας τῶν νηῶν, οἱ δὲ Αἰγινῆται τὰς ἐκπλωούσας· ὅκως δέ τινες τοὺς Ἀθηναίους διαφύγοιεν, φερόμενοι ἐσέπιπτον ἐς τοὺς Αἰγινήτας. Ἐνθαῦτα συν- 92
εκύρεον νῆες ἥ τε Θεμιστοκλέος διώκουσα νῆα, καὶ ἡ Πολυκρίτου τοῦ Κριοῦ, ἀνδρὸς Αἰγινήτεω, νηῒ ἐμβα-

XC. 23. προσελάβετο *ex coniect. pro vulgato* προσεβάλετο.

scribae notabant trierarchi nomen cum patris et civitatis nomine. Insuper vero etiam Ariaramnes Persa, qui tunc aderat, operam suam Ionibus, quorum erat amicus, ad hoc contulerat ut malum illud in Phoenicum capita verteretur.

(91.) Ubi vero *in fugam versi Barbari* Phalerum navibus contenderunt, ibi tunc *Aeginetae*, in freto in subsidiis stantes, memoratu digna facinora edidere. Etenim Athenienses quidem in hoc tumultu naves et resistentes et fugientes perdebant, Aeginetae vero eas quae praelio excedebant: et, quae periculum ab Atheniensibus effugerant, hae dum recipiebant se, in Aeginetas incidebant. (92.) Ibi forte mutuo sibi occurrerunt navis Themistoclis, aliam navem persequentis, et Polycriti navis, Crii filii, Aeginetae, qui in Sidoniam illam navem impetum

λοῦσα Σιδωνίη, ἥπερ εἵλε τὴν προφυλάσσουσαν ἐπὶ Σκιάθῳ τὴν Αἰγιναίην, ἐπ' ἧς ἔπλεε Πυθέης ὁ Ἰσχενόου, τὸν οἱ Πέρσαι, κατακοπέντα, ἀρετῆς εἵνεκα εἶχον ἐν τῇ νηὶ ἐκπαγλεόμενοι. τὸν δὴ περιάγουσα ἅμα τοῖσι Πέρσῃσι ἦλω νηῦς ἡ Σιδωνίη, ὥστε Πυθέην οὕτω σωθῆναι ἐς Αἴγιναν. ὡς δὲ ἐσεῖδε τὴν νῆα τὴν Ἀττικὴν ὁ Πολύκριτος, ἔγνω, τὸ σημήιον ἰδὼν τῆς στρατηγίδος· καὶ βώσας τὸν Θεμιστοκλῆα, ἐπεκερτόμησε, ἐς τῶν Αἰγινητέων τὸν μηδισμὸν ὀνειδίζων. ταῦτα μέν νυν νηὶ ἐμβαλὼν ὁ Πολύκριτος ἀπέρριψε ἐς Θεμιστοκλῆα. Οἱ δὲ βάρβαροι, τῶν αἱ νῆες περιεγένοντο, φεύγοντες ἀπίκοντο ἐς Φάληρον ὑπὸ τὸν πεζὸν στρατόν.

93 Ἐν δὲ τῇ ναυμαχίῃ ταύτῃ ἤκουσαν Ἑλλήνων ἄριστα Αἰγινῆται· ἐπὶ δὲ, Ἀθηναῖοι· ἀνδρῶν δὲ, Πολύκριτός

fecerat, a qua prius ad Sciathum capta fuerat Aeginensis navis speculatoria; qua navi vehebatur *Pytheas*, Ischenoi filius, quem Persae misere concisum in navi habebant, virtutem eius admirantes. Hunc igitur Pytheam simul cum Persis vehens navis Sidonia capta nunc est a Polycrito, atque ita servatus Pytheas, et Aeginam dein adductus. Iam ubi Atticam navem conspexit Polycritus, eamque ex insigni imperatorio agnovit, inclamans Themistocli, et conviciis eum insectatus, *Ita*, ait, *Aeginetae Medis favent!* Haec Polycritus, postquam in navem istam impetum fecerat, in Themistoclem proiecit. *Barbari* vero, quorum superfuere naves, fugâ *Phalerum* sub pedestris exercitus tutamen pervenerunt.

(93.) In hac navali pugna e Graecis praecipuam laudem consecuti sunt *Aeginetae;* et post hos, *Athe-*

662, 69.

τε ὁ Αἰγινήτης, καὶ Ἀθηναῖοι, Εὐμένης τε ὁ Ἀναγυράσιος, καὶ Ἀμεινίης Παλληνεύς· ὃς καὶ Ἀρτεμισίην ἐπεδίωξε. εἰ μέν νυν ἔμαθε ὅτι ἐν ταύτῃ πλώει ἡ Ἀρτεμισίη, οὐκ ἂν ἐπαύσατο πρότερον ἢ εἷλέ μιν, ἢ καὶ αὐτὸς ἥλω. τοῖσι γὰρ Ἀθηναίων τριηράρχοισι παρακεκέλευστο· πρὸς δὲ, καὶ ἆεθλον ἔκειτο μύριαι δραχμαὶ, ὃς ἄν μιν ζωὴν ἕλῃ. δεινὸν γάρ τοι ἐποιεῦντο, γυναῖκα ἐπὶ τὰς Ἀθήνας στρατεύεσθαι. αὕτη μὲν δὴ, ὡς πρότερον εἴρηται, διέφυγε· ἔσαν δὲ καὶ οἱ ἄλλοι, τῶν αἱ νῆες περιεγεγόνεσαν, ἐν τῷ Φαλήρῳ. Ἀδείμαντον δὲ 94
τὸν Κορίνθιον στρατηγὸν, λέγουσι Ἀθηναῖοι, αὐτίκα κατ' ἀρχὰς ὡς συνέμισγον αἱ νῆες, ἐκπλαγέντα τε καὶ ὑπερδείσαντα, τὰ ἱστία ἀειράμενον, οἴχεσθαι φεύγοντα· ἰδόντας δὲ τοὺς Κορινθίους τὴν στρατηγίδα φεύ-

nienses: ex singulis vero viris *Polycritus* Aegineta, et duo Athenienses, *Eumenes* Anagyrasius, et *Aminias* Pallenensis, is qui *Artemisiam* persecutus est. Qui si scivisset navi illa Artemisiam vehi, non prius desiturus erat quam aut illam cepisset aut ipse captus fuisset: nam Atheniensium triremium praefectis hoc imperatum erat, praetereaque praemium erat propositum decem millia drachmarum, si quis eam vivam cepisset: magnopere quippe indignati erant mulierem contra Athenas militare. At haec quidem, ut supra dictum est, periculum effugit: sed et reliqui, quorum superfuere naves, Phalerum se receperunt. (94.) *Adimantum* vero, Corinthiorum ducem, aiunt Athenienses, initio statim, ut concurrerunt naves, metu terroreque perculsum, sustulisse vela et in fugam sese proripuisse: reliquosque Co-

γουσαν, ὡσαύτως οἴχεσθαι. ὡς δὲ ἄρα φεύγοντας γίνεσθαι τῆς Σαλαμινίης κατὰ τὸ ἱρὸν Ἀθηναίης Σκιράδος, περιπίπτειν σφι κέλητα θείη πομπῇ· τὸν οὔτε πέμψαντα φανῆναι οὐδένα, οὔτε τι τῶν ἀπὸ τῆς στρατιῆς εἰδόσι προσφέρεσθαι τοῖσι Κορινθίοισι. τῇδε δὲ συμβάλλονται εἶναι θεῖον τὸ πρῆγμα· ὡς γὰρ ἀγχοῦ γενέσθαι τῶν νηῶν τοὺς ἀπὸ τοῦ κέλητος, λέγειν τάδε· „Ἀδείμαντε, σὺ μὲν ἀποστρέψας τὰς ναῦς, ἐς φυγὴν „ὥρμησαι καταπροδοὺς τοὺς Ἕλληνας· οἱ δὲ καὶ δὴ „νικῶσι, ὅσον αὐτοὶ ἠρῶντο ἐπικρατῆσαι τῶν ἐχθρῶν.“ ταῦτα λεγόντων, ἀπιστέειν γὰρ τὸν Ἀδείμαντον, αὖτις τάδε λέγειν, ὡς „αὐτοὶ οἷοί τε εἶεν ἀγόμενοι ὁμηροι ἀποθνήσκειν, ἢν μὴ νικῶντες φαίνωνται οἱ Ἕλληνες.“ οὕτω δὴ ἀποστρέψαντα τὴν νῆα, αὐτόν τε καὶ τοὺς

rinthios, imperatoriam navem videntes aufugere, pariter abiisse. Qui quum in fugâ ex adverso templi Minervae Sciradis, quod in Salamine est, versarentur, incidisse in eos memorant celocem divinitus missam; quam qui misisset, repertum esse neminem; accessisse eam autem ad Corinthios, omnium quae apud exercitum gesta erant ignaros. Fuisse autem divinam rem inde colligunt, quod qui in celoce erant, quum ad naves adpropinquassent, haec dixissent: *Adimante! tu abductis navibus in fugam te proripuisti prodens Graecos: at illi tantam de hostibus victoriam reportant, quantam ipsi precati erant.* Quibus haec dicentibus quum fidem non adhiberet Adimantus, rursus eosdem dixisse, *paratos ipsos esse obsides sese sistere, et ad supplicium duci, ni Graeci comperti fuissent victo-*

ἄλλους, ἐπ' ἐξεργασμένοισι ἐλθεῖν ἐς τὸ στρατόπεδον.
Τούτους μὲν τοιαύτη Φάτις ἔχει ὑπὸ Ἀθηναίων. οὐ μέν-
τοι αὐτοί γε Κορίνθιοι ὁμολογέουσι, ἀλλ' ἐν πρώτοισι
σφέας αὐτοὺς τῆς ναυμαχίης νομίζουσι γενέσθαι· μαρ-
τυρεῖ δέ σφι καὶ ἡ ἄλλη Ἑλλάς. Ἀριστείδης δὲ ὁ 95
Λυσιμάχου, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, τοῦ καὶ ὀλίγῳ τι πρότε-
ρον τουτέων ἐπεμνήσθην ὡς ἀνδρὸς ἀρίστου, οὗτος ἐν τῷ
θορύβῳ τούτῳ τῷ περὶ Σαλαμῖνα γενομένῳ τάδε ἐποίεε.
παραλαβὼν πολλοὺς τῶν ὁπλιτέων, οἳ παρατεταχατο
παρὰ τὴν ἀκτὴν τῆς Σαλαμινίης χώρης, γένος ἐόντες
Ἀθηναῖοι, ἐς τὴν Ψυττάλειαν νῆσον ἀπέβησε ἄγων,
οἳ τοὺς Πέρσας τοὺς ἐν τῇ νησίδι ταύτῃ κατεφόνευσαν
πάντας.

Ὡς δὲ ἡ ναυμαχίη διελέλυτο, κατειρύσαντες ἐς τὴν 96
Σαλαμῖνα οἱ Ἕλληνες τῶν ναυηγίων ὅσα ταύτῃ ἐτύγ-

riam reportasse. Ita igitur et illum et reliquos retro convertisse naves, et re peracta in castra Graecorum venisse. Haec de Corinthiis Atheniënses narrant: at negant factum Corinthii, seque inter primos navali huic pugnae autumant interfuisse; eisque testimonium exhibet reliqua Graecia. (95.) *Aristides* vero, Lysimachi filius, Atheniensis, cuius etiam paulo ante, ut optimi viri, feci mentionem, in illo ad Salaminem tumultu, hanc navavit operam. Adsumtis militibus qui secundum littus terrae Salaminiae erant locati, genere Atheniensibus, cum his in Psyttaleam insulam traiecit, et Persas omnes qui in insula erant interfecit.

(96.) Diremto navali praelio Graeci, postquam naufragiorum quidquid forte adhuc ibi locorum erat

χανε ἔτι ἐόντα, ἑτοῖμοι ἦσαν ἐς ἄλλην ναυμαχίην, ἐλπίζοντες τῇσι περιεούσῃσι νηυσὶ ἔτι χρήσεσθαι βασιλῆα. τῶν δὲ ναυηγίων πολλὰ ὑπολαβὼν ἄνεμος ζέφυρος, ἔφερε τῆς Ἀττικῆς ἐπὶ τὴν ἠϊόνα τὴν καλεομένην Κωλιάδα· ὥστε ἀποπλῆσαι τὸν χρησμὸν, τόν τε ἄλλον πάντα τὸν περὶ τῆς ναυμαχίης ταύτης εἰρημένον Βάκιδι καὶ Μουσαίῳ, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὰ ναυήγια τὰ ταύτῃ ἐξενειχθέντα τὸ εἰρημένον πολλοῖσι ἔτεσι πρότερον τουτέων ἐν χρησμῷ, Λυσιστράτῳ Ἀθηναίῳ, ἀνδρὶ χρησμολόγῳ, τὸ ἐλελήθεε πάντας τοὺς Ἕλληνας·

Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρίξουσι.
τοῦτο δὲ ἔμελλε ἀπελάσαντος βασιλῆος ἔσεσθαι.

97 Ξέρξης δὲ ὡς ἔμαθε τὸ γεγονὸς πάθος, δείσας μὴ

XCVI. 15. Φρίξουσι. Φρύξουσι *ed. Schaef. et Borh. ex coniectura.*

in terram pertraxerunt, ad novam pugnam sese compararunt, existimantes reliquis navibus denuo usurum regem. Sed magnam naufragiorum partem abripiens ventus Zephyrus ad littus Atticae, cui *Colias* nomen, devexit: itaque impleta sunt et reliqua omnia oracula quae de hac navali pugna *Bacis* et *Musaeus* dixerant, et nimirum etiam illud quod multis ante annis de naufragiis eo loci eiiciendis *Lysistratus* ediderat, fatidicus Atheniensis, quod Graecos omnes fefellerat:

Coliades mulieres remis terrebuntur. (sive potius, *remis frixurae sunt.*)

Hoc autem post discessum regis erat futurum.

(97.) *Xerxes* vero, ut acceptam vidit cladem,

τις τῶν Ἰώνων ὑποθῆται τοῖσι Ἕλλησι, ἢ αὐτοὶ νοήσωσι, πλώειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, λύσοντες τὰς γεφύρας, καὶ ἀπολαμφθεὶς ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἀπολέσθαι κινδυνεύσει, δρησμὸν ἐβούλευε. Θέλων δὲ μὴ ἐπίδηλος εἶναι μήτε τοῖσι Ἕλλησι μήτε τοῖσι ἑωυτοῦ, ἐς τὴν Σαλαμῖνα χῶμα ἐπειρᾶτο διαχοῦν· γαυλούς τε Φοινικηίους συνέδεε, ἵνα οἱ τό τε σχεδίης ἔωσι καὶ τείχεος· ἀρτέετό τε ἐς πόλεμον, ὡς ναυμαχίην ἄλλην ποιησόμενος. ὁρέοντες δέ μιν πάντες οἱ ἄλλοι ταῦτα πρήσσοντα, εὖ ἐπιστέατο ὡς ἐκ παντὸς νόου παρεσκεύασται μένων πολεμήσειν· Μαρδόνιον δ' οὐδὲν τουτέων ἐλάνθανε, ὡς μάλιστα ἔμπειρον ἐόντα τῆς ἐκείνου διανοίης. ταῦτά τε ἅμα Ξέρξης ἐποίεε, καὶ ἔπεμπε ἐς Πέρσας ἀγγελέοντα τὴν παρεοῦσάν σφι συμφορήν. Τουτέων δὲ τῶν ἀγγέλων 98

veritus ne quis Ionum consuleret Graecis aut etiam ipsi per se consilium caperent in Hellespontum navigandi pontesque solvendi, quo ipse in Europa interclusus de salute periclitaretur, fugam meditabatur. Celare autem de hoc consilio cupiens et Graecos et suos, aggerem ducere in Salaminem instituit, gaulosque Phoenicios colligavit, qui pro ponte et muro essent; simulque et ad praelium se comparavit, tamquam aliam pugnam navalem commissurus. Et reliqui quidem omnes, ubi eum haec facere viderunt, prorsus existimabant serio illum et ex animi sententia paratum esse manere et redintegrare bellum: at *Mardonium* nihil horum fefellit, quippe bene gnarum quid ille consilii agitaret. Haec dum Xerxes agebat, simul nuncium in Persidem misit, qui recentem nunciaret calamitatem. (98.) Hisce *nunciis Persi-*

ἔστι οὐδὲν ὅ τι θᾶσσον παραγίνεται θνητὸν ἐόν· οὕτω τοῖσι Πέρσῃσι ἐξεύρηται τοῦτο. λέγουσι γὰρ, ὡς ὅσων ἂν ᾖ ἡμερέων ἡ πᾶσα ὁδὸς, τοσοῦτοι ἵπποι τε καὶ ἄνδρες διεστᾶσι, κατὰ ἡμερησίην ὁδὸν ἑκάστην ἵππος τε καὶ ἀνὴρ τεταγμένος· τοὺς οὔτε νιφετὸς, οὐκ ὄμβρος, οὐ καῦμα, οὐ νὺξ ἐέργει μὴ οὐ κατανύσαι τὸν προκείμενον ἑωυτῷ δρόμον τὴν ταχίστην. ὁ μὲν δὴ πρῶτος δραμὼν παραδιδοῖ τὰ ἐντεταλμένα τῷ δευτέρῳ, ὁ δὲ δεύτερος τῷ τρίτῳ· τὸ δὲ ἐνθεῦτεν ἤδη κατὰ ἄλλον διεξέρχεται παραδιδόμενα, κατάπερ Ἕλλησι ἡ λαμπαδηφορίη, τὴν τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέουσι. Τοῦτο τὸ δρόμημα τῶν ἵππων καλέουσι Πέρσαι ἀγγαρήϊον. Ἡ μὲν δὴ πρώτη ἐς Σοῦσα ἀγγελίη ἀπικομένη, ὡς ἔχοι Ἀθήνας Ξέρξης, ἔτερψε οὕτω δή τι Περσέων τοὺς ὑπολειφθέντας, ὡς τάς τε ὁδοὺς μυρσίνῃ πάσας ἐστόρεσαν,

99

cis nihil est inter mortales quod citius eo quo tenditur perveniat: ita hoc a Persis excogitatum est. Aiunt enim, quot dierum est universum iter, tot dispositos et equos et viros in quaque diurna statione paratos stare; quos nec nix, nec imber, nec aestus, nec nox impedit quo minus suum quisque cursum quam velocissime conficiat. Nempe, qui primus currit, is secundo tradit mandata, secundus tertio; atque sic illa deinceps alii atque alii tradita, per singulos transeunt, quemadmodum apud Graecos lampas in lampadum festivitate, quae in Vulcani honorem celebratur. Hunc equorum cursum Persae *angareion* vocant. (99.) Iam superior nuncius ubi Susa pervenit, Athenas tenere Xerxem, tanta laetitia Persas, qui domi erant relicti, impleverat, ut vias omnes

καὶ ἐθυμίων θυμιήματα, καὶ αὐτοὶ ἔσαν ἐν θυσίῃσι τε καὶ εὐπαθίῃσί. ἡ δὲ δευτέρη σφι ἀγγελίη ἐπεξελθοῦσα συνέχεε οὕτω, ὥστε τοὺς κιθῶνας κατερρήξαντο πάντες, βοῇ τε καὶ οἰμωγῇ ἐχρέωντο ἀπλέτῳ, Μαρδόνιον ἐν αἰτίῃ τιθέντες. οὐκ οὕτω δὲ περὶ τῶν νηῶν ἀχθόμενοι ταῦτα οἱ Πέρσαι ἐποίευν, ὡς περὶ αὐτῷ Ξέρξῃ δειμαίνοντες. καὶ περὶ Πέρσας μὲν ἦν ταῦτα τὸν πάντα μεταξὺ χρόνον γενόμενον, μέχρι οὗ Ξέρξης αὐτός σφεας ἀπικόμενος ἔπαυσε.

Μαρδόνιος δὲ, ὁρέων μὲν Ξέρξην συμφορὴν μεγάλην ἐκ τῆς ναυμαχίης ποιεύμενον, ὑποπτεύων δὲ αὐτὸν δρησμὸν βουλεύειν ἐκ τῶν Ἀθηνέων, φροντίσας πρὸς ἑωυτὸν ὡς δώσει δίκην ἀναγνώσας βασιλῆα στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, καί οἱ κρέσσον εἴη ἀνακινδυνεῦσαι ἢ κα-

myrto straverint, et thura adoleverint, et ipsi festis atque epulis celebrandis dederint operam. Posterior autem ubi emanavit nuncius, ita eos consternavit, ut tunicas cuncti discerperent, et in clamorem eiulatumque erumperent infinitum, Mardoniumque tamquam auctorem calamitatum accusarent. Fecerunt autem haec Persae, non tam quod navibus dolerent perditis, quam quod de ipso Xerxe essent solliciti. Atque haec apud Persas toto interiecto tempore duraverunt, donec illos Xerxes ipse adventu suo sedavit.

(100.) Iam *Mardonius*, Xerxem ex pugnae navalis exitu videns gravissimo dolore adfectum, suspicatusque fugam illum ex Athenis meditari, et reputans secum ipse, poenas se daturum quod regi persuasisset Graeciae bellum inferre, meliusque sibi esse,

τεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα ἢ αὐτὸν καλῶς τελευτῆσαι τὸν βίον, ὑπὲρ μεγάλων αἰωρηθέντα· πλέον μέντοι ἔφερέ οἱ ἡ γνώμη κατεργάσασθαι τὴν Ἑλλάδα· λογισάμενος ὧν ταῦτα, προσέφερε τὸν λόγον τόνδε· „Δέσποτα, „μήτε λυπέο, μήτε συμφορὴν μηδεμίην μεγάλην ποιεῦ „τοῦδε τοῦ γεγονότος εἵνεκα πρήγματος. οὐ γὰρ ξύ„λων ἀγὼν ὁ τὸ πᾶν φέρων ἐστὶ ἡμῖν, ἀλλ' ἀνδρῶν „τε καὶ ἵππων. σοὶ δὲ οὔτε τις τουτέων τῶν τὸ πᾶν „σφι ἤδη δοκεόντων κατεργάσθαι, ἀποβὰς ἀπὸ τῶν „νεῶν πειρήσεται ἀντιωθῆναι, οὔτ' ἐκ τῆς ἠπείρου τῆσδε „οἵ τε ἡμῖν ἠντιώθησαν, ἔδοσαν δίκας. Εἰ μέν νυν δο„κέει, αὐτίκα πειρώμεθα τῆς Πελοποννήσου· εἰ δὲ καὶ „δοκέει ἐπισχεῖν, παρέχει ποιέειν ταῦτα. μὴ δὲ δυσθύ„μει· οὐ γάρ ἐστι Ἕλλησι οὐδεμίη ἔκδυσις, μὴ οὐ,

tentatâ iterum belli fortunâ aut prorsus debellare Graeciam, aut ipsum honestam obire mortem, postquam magnarum rerum spe fuisset elatus; denique in hanc partem maxime inclinans, ut Graeciam subigeret: haec, inquam, secum reputans, tali oratione regem est adlocutus: *Domine, ne moerori indulgeas, neque nimium ex eo quod accidit capias dolorem! Non enim lignorum certamen ad belli exitum nobis maximum confert momentum, sed virorum equorumque certamen. Tibi vero nemo, neque ex his qui nunc omnia confecisse tibi videntur, exscensione e navibus facta resistere conabitur, neque ex hac continente quisquam: et, qui contra nos steterunt, hi poenas dedere. Si igitur tibi videtur, protinus Peloponnesum adgrediamur: sin in praesentia omittere hoc placet, omittamus licet. Nec*

„δόντας λόγον τῶν ἐποίησαν νῦν τε καὶ πρότερον, εἶναι „σοὺς δούλους. μάλιστα μέν νυν ταῦτα ποιέειν. Εἰ δ' „ἄρα τοι βεβούλευται, αὐτὸν ἀπελαύνοντα ἀπάγειν „τὴν στρατιὴν, ἄλλην ἔχω καὶ ἐκ τῶνδε βουλήν. σὺ „Πέρσας, βασιλεῦ, μὴ ποιήσῃς καταγελάστους γε- „νέσθαι Ἕλλησι. οὐδὲν γὰρ ἐν Πέρσῃσι τοῖσι δεδή- „ληται τῶν πρηγμάτων, οὐδὲ ἐρεῖς ὅκου ἐγενόμεθα ἀν- „δρες κακοί. εἰ δὲ Φοίνικές τε καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Κύ- „πριοί τε καὶ Κίλικες κακοὶ ἐγένοντο, οὐδὲν πρὸς Πέρ- „σας τοῦτο προσήκει τὸ πάθος. Ἤδη ὦν, ἐπειδὴ οὐ „Πέρσαι τοι αἴτιοί εἰσι, ἐμοὶ πείθεο. εἴ τοι δέδοκται „μὴ παραμένειν, σὺ μὲν ἐς ἤθεα τὰ σεωυτοῦ ἀπέλαυ- „νε, τῆς στρατιῆς ἀπάγων τὸ πολλόν· ἐμὲ δέ σοι χρὴ

vero despondeas animum! nec enim ullo modo effugere Graeci possunt, quin rationem nobis eorum, quae et nunc et antea patrarunt, reddant, et servi fiant tui. Igitur hoc quidem maxime agendum. Quod si vero hinc ipse abscedere et abducere exercitum decreveris, aliud quoque habeo post haec consilium. Tu, Rex, ne committe ut Graecis ludibrio sint Persae. In Persis enim tuis nihil detrimenti res tuae acceperunt, neque tu dices quo loco a nobis res male gesta sit. Sin Phoenices et Aegyptii et Cyprii et Cilices male pugnarunt, nihil ad nos haec clades pertinet. Nunc igitur, quum non sit quod Persas culpes, mihi morem gere. Si tibi constitutum est hîc non manere, tu quidem tuas in sedes discede, maiorem exercitus partem tecum abducens: at me oportet tibi Graeciam in servitutem redactam tradere, postquam de exercitu

„τὴν Ἑλλάδα παρασχεῖν δεδουλωμένην, τριήκοντα μυ-
101 „ριάδας τοῦ στρατοῦ ἀπολεξάμενον.“ Ταῦτα ἀκού-
σας Ξέρξης, ὡς ἐκ κακῶν ἐχάρη τε καὶ ἥσθη· πρὸς
Μαρδόνιόν τε, βουλευσάμενος, ἔφη, ἀποκρινεῖσθαι,
ὁκότερον ποιήσει τουτέων. ὡς δὲ ἐβουλεύετο ἅμα Περ-
σέων τοῖσι ἐπικλήτοισι, ἔδοξέ οἱ καὶ Ἀρτεμισίην ἐς συμ- 5
βουλίην μεταπέμψασθαι, ὅτι πρότερον ἐφαίνετο μούνη
νοέουσα τὰ ποιητέα ἦν. ὡς δὲ ἀπίκετο ἡ Ἀρτεμισίη,
μεταστησάμενος τοὺς ἄλλους, τούς τε συμβούλους Περ-
σέων καὶ τοὺς δορυφόρους, ἔλεξε Ξέρξης τάδε· „Κε-
„λεύει με Μαρδόνιος, μένοντα αὐτοῦ, πειρᾶσθαι τῆς 10
„Πελοποννήσου· λέγων ὡς μοι Πέρσαι τε καὶ ὁ πεζὸς
„στρατὸς οὐδενὸς μεταίτιοι πάθεός εἰσι, ἀλλὰ βουλο-
„μένοισί σφι γένοιτ' ἂν ἀπόδεξις. ἐμὲ ὦν ἢ ταῦτα κε-

trecenta hominum millia delegero. (101.) Quibus auditis *Xerxes*, ut post mala, gavisus delectatusque est, Mardonioque ait, *se ei, postquam deliberaverit, responsurum esse, utrum ex his, quae ab illo proposita sunt, facturus sit.* Postquam vero cum Persis in consilium adhiberi solitis consultavit, placuit ei *Artemisiam* quoque in consilium vocare, quippe quae etiam antea comperta esset, sola quid faciendum perspexisse. Quae ubi advenit, submotis consiliariis Persis et satellitibus, haec ad eam *Xerxes* verba fecit: *Hortatur me Mardonius, ut hic maneam, et Peloponnesum adgrediar; dicens, Persas et pedestrem exercitum nullius calamitatis, quae nobis accidisset, culpam sustinere, et lubentes illos re ipsa hoc esse demonstraturos. Me igitur ille aut hoc facere hortatur, aut ipse velle*

„λεύει ποιέειν, ἢ αὐτὸς ἐθέλει τριήκοντα μυριάδας ἀπο-
„λεξάμενος τοῦ στρατοῦ, παρασχεῖν μοι τὴν Ἑλλάδα
„δεδουλωμένην· αὐτὸν δὲ με κελεύει ἀπελαύνειν σὺν τῷ
„λοιπῷ στρατῷ ἐς ἥθεα τὰ ἐμά. Σὺ ὦν ἐμοὶ, καὶ γὰρ
„περὶ τῆς ναυμαχίης εὖ συνεβούλευσας τῆς γενομένης,
„οὐκ ἐῶσα ποιέεσθαι, νῦν τε συμβούλευσον, ὁκότερα
„ποιέων ἐπιτύχω εὖ βουλευσάμενος." Ὁ μὲν ταῦτα
συνεβουλεύετο. Ἡ δὲ λέγει τάδε· „Βασιλεῦ, χαλε- 102
„πὸν μέν ἐστι συμβουλευομένῳ τυχεῖν τὰ ἄριστα εἰπα-
„σαν. ἐπὶ μέντοι τοῖσι κατήκουσι πρήγμασι, δοκέει μοι
„αὐτὸν μὲν σὲ ἀπελαύνειν ὀπίσω· Μαρδόνιον δὲ, εἰ ἐθέ-
„λει τε καὶ ὑποδέκεται ταῦτα ποιήσειν, αὐτοῦ κατα-
„λιπεῖν σὺν τοῖσι ἐθέλει. τοῦτο μὲν γὰρ, ἢν καταστρέ-
„ψηται τά φησι ἐθέλειν, καί οἱ προχωρήσῃ τὰ νοέων

se, ait, cum selectis de exercitu trecentis millibus Graeciam mihi tradere in servitutem redactam; me ipsum autem iubet cum reliquis copiis meas ad sedes discedere. Tu igitur, quum etiam de pugna navali, quam suscepimus, bene mihi consulueris, negans illam suscipiendam, nunc quoque suade, utrum horum faciendo rectius feliciusque rebus meis consuluero. (102.) Haec consulenti *Xerxi* in hunc modum *Artemisia* respondit: *Difficile, Rex, est ita me esse felicem ut tibi consultanti optima dicam. Verumtamen in praesenti rerum statu optimum mihi videtur, ut tu domum revertaris; Mardonium vero, si ista efficere vult tibique recipit, hîc cum eis quos postulat relinquas. Nam, sive ille ea, quae animo agit pollicetur, perfecerit, eique res ex sententia succes-*

„λέγει, σὸν τὸ ἔργον, ὦ δέσποτα, γίνεται· οἱ γὰρ σοὶ „δοῦλοι κατεργάσαντο. τοῦτο δὲ, ἢν τὰ ἐναντία τῆς „Μαρδονίου γνώμης γένηται, οὐδεμίη συμφορὴ μεγά- „λη ἔσται, σέο τε περιεόντος, καὶ ἐκείνων τῶν πρηγμά- „των περὶ οἶκον τὸν σόν. ἢν γὰρ σύ τε περιῇς, καὶ οἶ- „κος ὁ σὸς, πολλοὺς πολλάκις ἀγῶνας δραμέονται „περὶ σφέων αὐτέων οἱ Ἕλληνες. Μαρδονίου δὲ, ἤν τι „πάθῃ, λόγος οὐδὲὶς γίνεται· οὐδέ τι, νικῶντες οἱ Ἕλ- „ληνες, νικῶσι, δοῦλον σὸν ἀπολέσαντες. σὺ δὲ, τῶν „εἵνεκα τὸν στόλον ἐποιήσω, πυρώσας τὰς Ἀθήνας ἀπε-
103 „λᾶς.“ Ἥσθη τε δὴ τῇ συμβουλίῃ Ξέρξης· λέγουσα γὰρ ἐπετύγχανε τά περ αὐτὸς ἐνόεε. οὐδὲ γὰρ, εἰ πάντες καὶ πᾶσαι συνεβούλευον αὐτῷ μένειν, ἔμενε ἄν, δο-

CII. 11. ἐκείνων. εὖ κειμένων ed. Borh. ex coniect. Wess.

serit, tuum, Rex, hoc facinus erit; tui enim servi id fecerint: sive contra Mardonii sententiam res ceciderit, non ingens fuerit calamitas, salvo et te et domus tuae statu. Tu enim si salvus fueris domusque tua, multa frequentiaque pericula de salute sua adibunt Graeci. Mardonio vero si quid acciderit, non tanti fuerit momenti; neque Graeci, etiamsi Mardonium vicerint, insignem reportaverint victoriam servo tuo interemto. Tu vero incensis Athenis discesseris, cuius rei caussa expeditionem hanc suscepisti. (103.) Hoc consilio, ut consentaneum erat, delectatus est *Xerxes:* opportune enim *Artemisia* ea ipsa dixerat, quae ille animo agitabat. Etenim, ut mihi quidem videtur, etiamsi omnes et viri et mulieres, ut ibi maneret, ei suasissent, non erat mansurus: adeo metu erat perculsus.

667, 45.

κέειν ἐμοί· οὕτω καταῤῥωδήκεε. ἐπαινέσας δὲ τὴν Ἀρ-
τεμισίην, ταύτην μὲν ἀποστέλλει ἄγουσαν αὐτοῦ τοὺς
παῖδας ἐς Ἔφεσον· νόθοι γάρ τινες παῖδές οἱ συνέσποντο.

Συνέπεμπε δὲ τοῖσι παισὶ Φύλακον Ἑρμότιμον, γέ- 104
νος μὲν ἐόντα Πηδασέα, Φερόμενον δὲ οὐ τὰ δεύτερα
τῶν εὐνούχων παρὰ βασιλέϊ. Οἱ δὲ Πηδασέες οἰκέουσι
ὑπὲρ Ἁλικαρνησσοῦ. ἐν δὲ τοῖσι Πηδάσοισι τουτέοισι
τοιόνδε Φέρεται πρῆγμα γίνεσθαι. ἐπεὰν τοῖσι ἀμφι-
κτίοσι πᾶσι, τοῖσι ἀμφὶ ταύτης οἰκέουσι τῆς πόλιος,
μέλλῃ τι ἐντὸς χρόνου ἔσεσθαι χαλεπὸν, τότε ἡ ἱρείη
αὐτόθι τῆς Ἀθηναίης Φύει πώγωνα μέγαν. τοῦτο δέ σφι
δὶς ἤδη ἐγένετο. Ἐκ τουτέων δὴ τῶν Πηδασέων ὁ Ἑρ- 105
μότιμος ἦν· τῷ μεγίστη τίσις ἤδη, ἀδικηθέντι, ἐγένετο
πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. ἀλόντα γὰρ αὐτὸν ὑπὸ πολε-

CIV. 9. δίς. *τρὶς alibi scripserat Noster.*

Igitur laudibus Artemisiam prosecutus est, eamque dimisit, filios ipsius Ephesum ducturam: filii enim nonnulli nothi eum erant secuti.

(104.) Cum istis pueris Xerxes custodem misit *Hermotimum*, genere Pedasensem, qui primum inter eunuchos locum apud regem tenebat. Habitant *Pedasenses* supra Halicarnassum: apud quos hoc rei fertur accidere. Quando finitimis omnibus, qui circa Pedasa oppidum habitant, grave quidpiam intra certum tempus imminet, tunc antistitae templi Minervae, quod ibi est, grandis nascitur barba: id quod iam bis apud illos accidit. (105.) Ex his igitur Pedasensibus Hermotimus erat: cui contigit gravissimam omnium, quos novimus, ultionem obtinere in hominem a quo iniuria fuerat adfectus. Etenim

μίων, καὶ πωλεόμενον, ὠνέεται Πανιώνιος, ἀνὴρ Χῖος, ὃς τὴν ζόην κατεστήσατο ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων. ὅκως γὰρ κτήσαιτο παῖδας εἴδεος ἐπαμμένους, ἐκτάμνων, ἀγινέων ἐπώλεε ἐς Σάρδις τε καὶ Ἔφεσον χρημάτων μεγάλων. παρὰ γὰρ τοῖσι βαρβάροισι τιμιώτεροί εἰσι οἱ εὐνοῦχοι, πίστιος εἵνεκα τῆς πάσης, τῶν ἐνορχίων. ἄλλους τε δὴ ὁ Πανιώνιος ἐξέταμε πολλοὺς, ἅτε ποιεύμενος ἐκ τουτέων τὴν ζόην, καὶ δὴ καὶ τοῦτον. καὶ, οὐ γὰρ τὰ πάντα ἐδυστύχεε ὁ Ἑρμότιμος, ἀπικνέεται ἐκ τῶν Σαρδίων παρὰ βασιλῆα μετ' ἄλλων δώρων· χρόνου δὲ προϊόντος, πάντων τῶν εὐνούχων ἐτιμήθη μάλιστα
106 παρὰ Ξέρξῃ. Ὡς δὲ τὸ στράτευμα τὸ Περσικὸν ὥρμα ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, ἐὼν ἐν Σάρδισι, ἐνθαῦτα καταβὰς κατὰ δή τι πρῆγμα ὁ Ἑρμότιμος ἐς γῆν τὴν

bello captum et venumdatum emit *Panionius*, civis Chius, qui opere iniquissimo vitam sustentabat. Quoties enim *pueros* nactus esset forma praestantes, hos *castrabat*, et Sardes aut Ephesum abductos ingenti pretio vendebat. Quippe apud Barbaros eunuchi pretiosiores sunt his qui non sunt castrati, et maior illis in omnibus rebus fides habetur. Quum alios igitur multos castraverat hic Panionius, utpote hoc quaestu vitam alens, tum vero etiam hunc ipsum. Nec vero usquequaque infelix *Hermotimus* fuit: nam e Sardibus cum aliis muneribus ad regem pervenit, et succedente tempore prae omnibus eunuchis maximo in honore apud Xerxem fuit. (106.) Quo tempore vero Persicum exercitum adversus Athenas ducens rex Sardibus versabatur, tunc *Hermotimus*, quum nescio cuius negotii caussa in My-

Μυσίην, τὴν Χῖοι μὲν νέμονται, Ἀταρνεὺς δὲ καλέεται, εὑρίσκει τὸν Πανιώνιον ἐνθαῦτα. ἐπιγνοὺς δὲ, ἔλεγε πρὸς αὐτὸν πολλοὺς καὶ φιλίους λόγους· πρῶτα μέν οἱ καταλέγων ὅσα αὐτὸς δι' ἐκεῖνον ἔχοι ἀγαθά· δεύτερα δέ οἱ ὑπισχνεύμενος ἀντὶ τουτέων ὅσα μιν ἀγαθὰ ποιήσει, ἢν κομισάμενος τοὺς οἰκέτας οἰκέῃ ἐκείνῃ· ὥστε ὑποδεξάμενον ἄσμενον τοὺς λόγους τὸν Πανιώνιον, κομίσαι τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα. ὡς δὲ ἄρα πανοικὴ μιν περιέλαβε, ἔλεγε ὁ Ἑρμότιμος τάδε· „Ὦ πάντων ἀνδρῶν ἤδη μάλιστα ἀπ' ἔργων ἀνοσιωτάτων τὸν „βίον κτησάμενε, τί σὲ ἐγὼ κακὸν ἢ αὐτὸς ἢ τῶν „ἐμῶν τις ἐργάσατο, ἢ σὲ, ἢ τῶν σῶν τινα, ὅτι με „ἀντ' ἀνδρὸς ἐποίησας τὸ μηδὲν εἶναι; ἐδόκεές τε θεοὺς

siam terram quae Chiorum est, cui Atarneus nomen, esset profectus, ibi Panionium invenit. Quem ubi agnovit, multis verbis benigne est adlocutus; memoraus primum, quantam prosperitatem per illum esset consecutus; deinde promittens, se rependendae gratiae caussa ingentibus beneficiis illum cumulaturum, si cum sua familia Sardes habitatum venisset. Quibus verbis persuasus Panionius, lubens accipiens conditionem, cum liberis et uxore Sardes migravit. Sed postquam eum cum tota domo in potestate *Hermotimus* habuit, tum vero his verbis eum adfatus est: *O tu omnium hominum nequissime, ex iniquissimo negotio quaestum faciens! quid tibi aut ego ipse mali feci, aut quam iniuriam aliquis meorum aut tibi aut tuorum alicui intulit, cur me ex viro feceris ut nihil essem? Et tu quidem tunc putabas fore ut deos lateant tua facinora:*

„λήσειν οἷα ἐμηχανῶ τότε· οἵ σε ποιήσαντα ἀνόσια, νό-
„μῳ δικαίῳ χρεώμενοι, ὑπήγαγον ἐς χέρας τὰς ἐμάς,
„ὥστε σε μὴ μέμψασθαι τὴν ἀπ' ἐμέο τοι ἐσομένην
„δίκην." Ὡς δὲ οἱ ταῦτα ὠνείδισε, ἀχθέντων τῶν παί- 20
δων ἐς ὄψιν, ἠναγκάζετο ὁ Πανιώνιος τῶν ἑωυτοῦ παί-
δων, τεσσέρων ἐόντων, τὰ αἰδοῖα ἀποτάμνειν· ἀναγκα-
ζόμενος δὲ, ἐποίεε ταῦτα· αὐτοῦ τε, ὡς ταῦτα ἐργά-
σατο, οἱ παῖδες ἀναγκαζόμενοι ἀπέταμνον. Πανιώνιον
μέν νυν οὕτω περιῆλθε ἡ τε τίσις καὶ ὁ Ἑρμότιμος. 25

107 Ξέρξης δὲ, ὡς τοὺς παῖδας Ἀρτεμισίῃ ἐπέτρεψε
ἀπάγειν ἐς Ἔφεσον, καλέσας Μαρδόνιον, ἐκέλευέ μιν
τῆς στρατιῆς διαλέγειν τοὺς βούλεται, καὶ ποιέειν τοῖσι
λόγοισι τὰ ἔργα πειρώμενον ὁμοῖα. Ταύτην μὲν τὴν
ἡμέρην ἐς τοσοῦτο ἐγίνετο. τῆς δὲ νυκτὸς, κελεύσαντος 5

at illi, iusta lege utentes, te qui iniqua ista patrasti, meas in manus tradidere: quare de poena, quam a te repetam, non est quod conqueraris. His postquam conviciis eum accepit, filios eius in conspectum iussit adduci, et Panionium coëgit suis ipsius filiis, qui quatuor numero erant, virilia abscindere; quod ille necessitate coactus fecit: deinde vero, hoc perfecto, filii eiusdem coacti sunt ipsum evirare. Talem de Panionio ultionem vicissim Hermotimus cepit.

(107.) *Xerxes* postquam filios suos Artemisiae commisisset Ephesum ducendos, vocatum ad se *Mardonium* iussit, quos vellet, de exercitu seligere, operamque dare ut promissis facta aequaret. Et haec quidem illo die gesta sunt. Insequente vero nocte, iussu regis *duces classis* naves ex Phalero abduxe-

βασιλῆος, τὰς νῆας οἱ στρατηγοὶ ἐκ τοῦ Φαλήρου ἀπῆγον ὀπίσω ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, ὡς τάχεος εἶχε ἕκαστος, διαφυλαξούσας τὰς σχεδίας πορευθῆναι βασιλέϊ. ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ ἔσαν Ζωστῆρος πλώοντες οἱ βάρβαροι, ἀνατείνουσι γὰρ ἄκραι λεπταὶ τῆς ἠπείρου, ταύτας ἔδοξάν τε νῆας εἶναι, καὶ ἔφευγον ἐπὶ πολλόν. χρόνῳ δὲ μαθόντες ὅτι οὐ νῆες εἶεν, ἀλλ' ἄκραι, συλλεχθέντες, ἐκομίζοντο. Ὡς δὲ ἡμέρη ἐγένετο, ὁρέοντες οἱ Ἕλληνες 108 κατὰ χώρην μένοντα τὸν στρατὸν τὸν πεζὸν, ἤλπιζον καὶ τὰς νῆας εἶναι περὶ Φάληρον· ἐδόκεόν τε ναυμαχήσειν σφέας, παραρτέοντό τε ὡς ἀλεξησόμενοι. Ἐπεὶ δὲ ἐπύθοντο τὰς νῆας οἰχωκυίας, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐδόκεε ἐπιδιώκειν. τὸν μέν νυν ναυτικὸν τὸν Ξέρξεω στρατὸν οὐκ ἐπεῖδον διώξαντες μέχρι Ἄνδρου. ἐς δὲ τὴν Ἄνδρον

runt, quanta velocitate quisque posset, *ad Hellespontum revertentes*, pontes custodituri ut regi ad transeundum essent parati. Sed Barbari hi, ut prope *Zosterem* pervenere, ubi tenuia quaedam promontoria in mare prominent, naves has esse putantes, procul aufugerunt. Interiecto vero tempore, postquam intellexere non naves esse, sed promontoria, rursus sese coniunxerunt, cursumque continuarunt. (108.) Ut illuxit, Graeci, pedestrem exercitum eodem in loco manentem conspicientes, existimabant naves etiam ad Phalerum adhuc stare: et navalem pugnam redintegraturos illos putantes, ad repugnandum sese comparabant. Postquam vero abiisse naves cognovere, tunc ocyus persequi illas decreverunt. At classem quidem Xerxis non conspexere, usque ad Andrum eam persecuti. Postquam vero Andrum per-

ἀπικόμενοι, ἐβουλεύοντο. Θεμιστοκλέης μέν νυν γνώμην ἀπεδείκνυτο „διὰ νήσων τραπομένους, καὶ ἐπιδιώξαντας τὰς νῆας, πλώειν ἰθέως ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, λύσοντας τὰς γεφύρας.“ Εὐρυβιάδης δὲ τὴν ἐναντίην ταύτῃ γνώμην ἐτίθετο, λέγων· ὡς „εἰ λύσουσι τὰς σχεδίας, τοῦτ' ἂν μέγιστον πάντων σφεῖς κακὸν τὴν Ἑλλάδα ἐργάσαιντο. εἰ γὰρ ἀναγκασθείη ἀπολαμφθεὶς ὁ Πέρσης μένειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ, πειρῷτο ἂν ἡσυχίην μὴ ἄγειν· ὡς ἄγοντι μέν οἱ ἡσυχίην, οὔτε τι προχωρέειν οἷόν τε ἔσται τῶν πρηγμάτων, οὔτε τις κομιδὴ τὸ ὀπίσω φανήσεται, λιμῷ τε οἱ ἡ στρατιὴ διαφθαρέεται. ἐπιχειρέοντι δὲ αὐτῷ καὶ ἔργου ἐχομένῳ, πάντα τὰ κατὰ τὴν Εὐρώπην οἷά τε ἔσται προσχωρῆσαι κατά τε πόλιας καὶ κατὰ ἔθνεα, ἤτοι ἁλισκομένων γε, ἢ πρὸ τού-

venere, deliberarunt. Et *Themistocles* quidem pro sententia dixit, *per insulas navigando classemque etiamnunc persequendo, rectà ad Hellespontum dirigendum esse cursum, pontesque rescindendos.* At contrariam sententiam *Eurybiades* proposuit, dicens: *si rescidissent pontes, hoc ipso longe maximam calamitatem Graecis inlaturos. Nam, si interclusus Persa cogeretur in Europa manere, operam illum esse daturum ut numquam quietem agat; quoniam, si quietem ageret, nihil suarum rerum promoveret, neque reditus ei ullus ostenderetur, et fame periturus esset illius exercitus. Molienti autem aliquid, et rebus gerendis sedulo operam danti, omnia Europae oppida omnesque populos accessuros videri, sive bello subactos, sive deditione in tempore facta; et alimento hostibus futuros*

του ὁμολογεόντων· τροφήν τε ἔξειν σφέας τὸν ἐπέτειον αἰεὶ τῶν Ἑλλήνων καρπόν. ἀλλὰ δοκέειν γὰρ, νικηθέντα τῇ ναυμαχίῃ οὐ μενέειν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τὸν Πέρσεα· ἑωυτέον ὦν εἶναι φεύγειν ἐς ὃ ἔλθοι φεύγων ἐς τὴν ἑωυτοῦ. τὸ ἐνθεῦτεν δὲ περὶ τῆς ἐκείνου ποιέεσθαι ἤδη τὸν ἀγῶνα" ἐκέλευε. Ταύτης δὲ εἴχοντο τῆς γνώμης καὶ Πελοποννησίων τῶν ἄλλων οἱ στρατηγοί.

109 Ὡς δὲ ἔμαθε ὅτι οὐ πείσει τούς γε πολλοὺς πλώειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ὁ Θεμιστοκλέης, μεταβαλὼν, πρὸς τοὺς Ἀθηναίους (οὗτοι γὰρ μάλιστα ἐκπεφευγότων περιημέκτεον, ὁρμέατό τε ἐς τὸν Ἑλλήσποντον πλώειν καὶ ἐπὶ σφέων αὐτέων βαλλόμενοι, εἰ ὦλλοι μὴ βουλοίατο) ἔλεγέ σφι τάδε· „Καὶ αὐτὸς ἤδη πολλοῖσι πα„ρεγενόμην, καὶ πολλῷ πλέω ἀκήκοα τοιάδε γενέ-

esse annuos Graecorum fructus. E contrario, quum pugna navali victus Persa non videatur in Europa mansurus, permitti ei oportere ut fugiat, donec suam in terram fugâ pervenerit; deinde vero de propria ipsius terra cum illo decertandum. Hanc ad sententiam accesserunt reliquorum etiam Peloponnesiorum duces.

(109.) Ibi tunc *Themistocles*, postquam intellexit se maiori ducum numero persuadere non posse ut in Hellespontum navigarent, mutato consilio Athenienses adiens (quippe qui effugisse barbaros aegerrime ferebant, et ipsi etiam per se, si reliqui nollent, in Hellespontum cupiebant navigare) haec apud eos verba fecit: *Equidem multis saepe huiusmodi rebus interfui, et multo plura talia accidisse audivi; nempe viros ad necessitatem reda-*

„σθαι· ἄνδρας ἐς ἀναγκαίην ἀπειληθέντας, νενικημέ-
„νους ἀναμάχεσθαί τε καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν προτέ-
„ρην κακότητα. ἡμεῖς δὲ, εὑρήμα γὰρ εὑρήκαμεν ἡμέας
„τε αὐτοὺς καὶ τὴν Ἑλλάδα, νέφος τοσοῦτο ἀνθρώπων
„ἀνωσάμενοι, μὴ διώκωμεν ἄνδρας Φεύγοντας. τάδε
„γὰρ οὐκ ἡμεῖς κατεργασάμεθα, ἀλλὰ θεοί τε καὶ
„ἥρωες, οἳ ἐφθόνησαν ἄνδρα ἕνα τῆς τε Ἀσίης καὶ τῆς
„Εὐρώπης βασιλεῦσαι, ἐόντα ἀνόσιόν τε καὶ ἀτάσθα-
„λον· ὃς τά τε ἱρὰ καὶ τὰ ἴδια ἐν ὁμοίῳ ἐποιέετο, ἐμπι-
„πράς τε καὶ καταβάλλων τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα·
„ὃς καὶ τὴν θάλασσαν ἀπεμαστίγωσε, πέδας τε κα-
„τῆκε. ἀλλ', εὖ γὰρ ἔχει ἐς τὸ παρεὸν ἡμῖν, νῦν μὲν
„ἐν τῇ Ἑλλάδι καταμείναντες, ἡμέων τε αὐτέων ἐπι-
„μεληθῆναι καὶ τῶν οἰκετέων· καί τις οἰκίην τε ἀνα-
„πλασάσθω, καὶ σπόρου ἀνακῶς ἐχέτω, παντελέως

ctos, postquam victi essent, instaurasse pugnam, et superiorem reparasse calamitatem. Nos vero, postquam ex insperato et nos ipsos et Graeciam, repulsa tanta hominum nube, servavimus, fugientes viros ne persequamur! Nec enim nos haec perfecimus, sed dii atque heroës; qui noluerunt unum virum simul Asiae et Europae imperare, impium illum et nefarium; qui sacra et profana pariter insuper habuit, et simulacra deorum evertit cremavitque, qui mare etiam flagellis cecîdit, et compedes in illud deiecit. At nunc, quum bene res nostrae habeant, maneamus in Graecia, et nostrûm ipsorum familiarumque nostrarum curam geramus; et aedes suas quisque reficiat, et sementi faciendae sedulo det operam, postquam

670, 62.

„ἀπελάσας τὸν βάρβαρον· ἅμα δὲ τῷ ἔαρι κατα-
„πλέωμεν ἐπὶ Ἑλλησπόντου καὶ Ἰωνίης.“ Ταῦτα
ἔλεγε, ἀποθήκην μέλλων ποιήσεσθαι ἐς τὸν Πέρσεα·
ἵνα, ἢν ἄρα τι μιν καταλαμβάνῃ πρὸς Ἀθηναίων πά-
θος, ἔχῃ ἀποστροφήν· τά περ ὦν καὶ ἐγένετο. Θεμι- 110
στοκλέης μὲν ταῦτα λέγων, διέβαλλε· Ἀθηναῖοι δὲ
ἐπείθοντο. ἐπειδὴ γὰρ, καὶ πρότερον δεδογμένος εἶναι σο-
φὸς, ἐφάνη ἐὼν ἀληθέως σοφός τε καὶ εὔβουλος, πάν-
των ἑτοῖμοι ἦσαν λέγοντι πείθεσθαι. Ὡς δὲ οὗτοί οἱ
ἀνεγνωσμένοι ἦσαν, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ὁ Θεμιστο-
κλέης ἄνδρας ἀπέπεμπε ἔχοντας πλοῖον, τοῖσι ἐπί-
στευσε σιγᾶν, ἐς πᾶσαν βάσανον ἀπικνεομένοισι, τὰ
αὐτὸς ἐνετείλατο βασιλέϊ Φράσαι· τῶν καὶ Σίκιννος ὁ
οἰκέτης αὖτις ἐγένετο. οἳ ἐπεί τε ἀπίκοντο πρὸς τὴν
Ἀττικὴν, οἱ μὲν κατέμενον ἐπὶ τῷ πλοίῳ, Σίκιννος δὲ

barbarum prorsus eiecerimus: ineunte autem vere in Hellespontum et in Ioniam navigemus! Haec ille locutus est hoc consilio, ut gratiam apud Persam in futurum tempus iniret; quo, si ab Atheniensibus adversi aliquid ei accidisset, perfugium haberet: quod quidem ei etiam usu venit. (110.) Haec dicens *Themistocles*, decepit Athenienses: at illi morem ei gesserunt. Quoniam enim, quum iam antea sapiens esset habitus, nuper re ipsa sapiens et plenus consilii erat repertus, facile dictis eius paruere. Postquam hi igitur ab illo persuasi fuerunt, continuo deinde viros cum navigio dimisit, quos confisus erat, etiamsi omnibus tormentis cruciarentur, tacituros mandata ad regem deferenda, quorum in numero iterum famulus ipsius *Sicinnus* erat. Hi ubi ad At-

ἀναβὰς παρὰ Ξέρξεα, ἔλεγε τάδε· „Ἔπεμψέ με „Θεμιστοκλέης ὁ Νεοκλέος, στρατηγὸς μὲν Ἀθηναίων, „ἀνὴρ δὲ τῶν συμμάχων πάντων ἄριστος καὶ σοφώτα„τος, φράσοντά τοι, ὅτι Θεμιστοκλέης ὁ Ἀθηναῖος, „σοὶ βουλόμενος ὑπουργέειν, ἔσχε τοὺς Ἕλληνας, τὰς „νῆας βουλομένους διώκειν, καὶ τὰς ἐν Ἑλλησπόντῳ „γεφύρας λύειν. καὶ νῦν κατ' ἡσυχίην πολλὴν κομί„ζεο." Οἱ μὲν, ταῦτα σημήναντες, ἀπέπλωον ὀπίσω.

111 Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεί τε σφι ἀπέδοξε μήτ' ἐπιδιώκειν ἔτι προσωτέρω τῶν βαρβάρων τὰς νῆας, μήτε ἐπιπλώειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον λύσοντας τὸν πόρον, τὴν Ἄνδρον περιπατέατο, ἐξελέειν ἐθέλοντες. πρῶτοι γὰρ Ἄνδριοι νησιωτέων αἰτηθέντες πρὸς Θεμιστοκλέος χρήματα, οὐκ ἔδοσαν· ἀλλὰ προϊσχομένου Θεμιστοκλέος λό-

ticam pervenere, reliquis in nave manentibus, *Sicinnus* exscendit, et haec apud *Xerxem* verba fecit; *Misit me Themistocles, Neoclis filius, imperator Atheniensium, sociorum omnium fortissimus et sapientissimus, qui tibi dicerem, Themistoclem Atheniensem, rebus tuis cupientem inservire, cohibuisse Graecos, naves tuas persequi volentes, et pontes in Hellesponto rescindere. Itaque nunc largum per otium revertaris licet.* His nunciatis, retro hi navigarunt.

(111.) *Graeci*, postquam displicuit consilium classem Barbarorum ulterius persequendi aut in Hellespontum navigandi ad rescindendos pontes, *Andrum* circumsederunt, expugnare eam molientes. Primi enim ex insulanis Andrii fuerunt a quibus pecuniam postulaverat Themistocles, quam illi dare

γον τόνδε, ὡς „ἥκοιεν Ἀθηναῖοι περὶ ἑαυτοὺς ἔχοντες δύο θεοὺς μεγάλους, Πειθώ τε καὶ Ἀναγκαίην, οὕτω τέ σφι κάρτα δοτέα εἶναι χρήματα.“ ὑπερίειντο πρὸς ταῦτα, λέγοντες ὡς „κατὰ λόγον ἔσαν ἄρα αἱ Ἀθῆναι μεγάλαι τε καὶ εὐδαίμονες, καὶ θεῶν χρηστῶν ἥκοιεν εὖ· ἐπεὶ Ἀνδρίους γε εἶναι γεωπείνας, ἐς τὰ μέγιστα ἀνήκοντας, καὶ θεοὺς δύο ἀχρήστους οὐκ ἐκλείπειν σφέων τὴν νῆσον, ἀλλ' αἰεὶ φιλοχωρέειν, Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην· καὶ τουτέων τῶν θεῶν ἐπηβόλους ἑόντας Ἀνδρίους, οὐ δώσειν χρήματα. οὐδέ κοτε γὰρ τῆς ἑωυτῶν ἀδυναμίης τὴν Ἀθηναίων δύναμιν εἶναι κρέσσω.“ Οὗτοι μὲν δὴ ταῦτα ὑποκρινάμενοι, καὶ οὐ δόντες τὰ χρήματα, ἐπολιορκέοντο. Θεμιστοκλέης δὲ, οὐ γὰρ 112
ἐπαύετο πλεονεκτέων, ἐσπέμπων ἐς τὰς ἄλλας νήσους

recusarunt; sed *Themistocli*, quum his verbis eos adortus esset, ut diceret, *venire Athenienses, duos magnos deos secum habentes, Persuasionem et Necessitatem, quare utique dare illos oportere pecunias;* ad haec illi responderunt, *merito magnas et opulentas fuisse Athenas, et bonis usos esse diis; caeterum Andrios tenuem incolere terram et admodum esse egenos, duosque inutiles deos non relinquere ipsorum insulam, sed constanter eam habitare, Paupertatem et Impotentiam; et, quum hosce deos Andrii possideant, non daturos eos pecuniam: numquam enim potentiam Atheniensium superiorem fore ipsorum impotentiâ.* Hi igitur, quum haec respondissent, nec postulatam dedissent pecuniam, oppugnabantur. (112.) *Themistocles* vero, numquam cessans corradere pecu-

ἀπειλητηρίους λόγους, αἴτεε χρήματα διὰ τῶν αὐτέων ἀγγέλων, χρεώμενος λόγοισι τοῖσι καὶ πρὸς Ἀνδρίους ἐχρήσατο· λέγων, ὡς „εἰ μὴ δώσουσι τὸ αἰτεόμενον, ἐπάξει τὴν στρατιὴν τῶν Ἑλλήνων, καὶ πολιορκέων ἐξαιρήσει.“ λέγων ὧν ταῦτα, συνέλεγε χρήματα μεγάλα παρὰ Καρυστίων τε καὶ Παρίων· οἳ πυνθανόμενοι τήν τε Ἄνδρον, ὡς πολιορκέοιτο διότι ἐμήδισε, καὶ Θεμιστοκλῆα, ὡς εἴη ἐν αἴνῃ μεγίστῃ τῶν στρατηγῶν, δείσαντες ταῦτα, ἔπεμπον χρήματα. Εἰ δὲ δή τινες καὶ ἄλλοι ἔδοσαν νησιωτέων, οὐκ ἔχω εἰπεῖν· δοκέω δέ τινας καὶ ἄλλους δοῦναι, καὶ οὐ τούτους μούνους. καί τοι Καρυστίοισί γε οὐδὲν, τούτου εἵνεκα, τοῦ κακοῦ ὑπερβολὴ ἐγένετο· Πάριοι δὲ Θεμιστοκλῆα χρήμασι ἱλασάμενοι, διέφυγον τὸ στράτευμα. Θεμιστοκλέης μέν νυν, ἐξ

nias, in reliquas insulas eosdem, quos ad Andrios, nuncios cum minacibus mandatis misit, pecunias ab illis postulans, dicensque, *nisi postulatis satisfacerent incolae, ducturum se adversus eos Graecorum exercitum, et obsessos perditurum.* Haec dictitando, ingentes pecunias a Carystiis et a Pariis coëgit. Hi enim, quum Andrum cognovissent oppugnari quod Medis favisset, scirentque in maxima prae caeteris ducibus existimatione Themistoclem esse, haec metuentes, pecunias miserunt. An vero et alii nonnulli ex insulanis pecunias dederint, adfirmare non possum: puto autem, et alios dedisse, nec hos solos. At Carystii quidem nihilo secius extremis malis sunt adfecti: Parii vero, Themistocle pecuniis placato, incursionem exercitus effugerunt. Ita igitur Themi-

673, 22.

Ἄνδρου ὁρμεώμενος, χρήματα παρὰ νησιωτέων ἐκτέετο λάθρη τῶν ἄλλων στρατηγῶν.

Οἱ δ' ἀμφὶ Ξέρξεα, ἐπισχόντες ὀλίγας ἡμέρας με- 113
τὰ τὴν ναυμαχίην, ἐξέλαυνον ἐς Βοιωτοὺς τὴν αὐτὴν ὁδόν. ἔδοξε γὰρ καὶ Μαρδονίῳ, ἅμα μὲν πρεπέμψαι βασιλῆα, ἅμα δὲ ἀνωρίην εἶναι τοῦ ἔτεος πολεμέειν· χειμερίσαι τε ἄμεινον εἶναι ἐν Θεσσαλίῃ, καὶ ἔπειτα ἅμα τῷ ἔαρι πειρᾶσθαι τῆς Πελοποννήσου. Ὡς δὲ ἀπίκατο ἐς τὴν Θεσσαλίην, ἐνθαῦτα Μαρδόνιος ἐξελέγετο πρώτους μὲν Πέρσας πάντας τοὺς Ἀθανάτους καλεομένους, πλὴν Ὑδάρνεος τοῦ στρατηγοῦ· οὗτος γὰρ οὐκ ἔφη λείψεσθαι βασιλῆος· μετὰ δὲ, τῶν ἄλλων Περσέων τοὺς θωρηκοφόρους, καὶ τὴν ἵππον τὴν χιλίην· καὶ Μήδους τε καὶ Σάκας, καὶ Βακτρίους τε καὶ Ἰνδοὺς, καὶ τὸν πεζὸν, καὶ τὴν ἵππον. ταῦτα μὲν ἔθνεα ὅλα εἵλετο· ἐκ

stocles, ab Andro impetum faciens, pecunias ab insulanis coëgit çlam reliquis ducibus.

(113.) *Xerxes* autem cum suis, paucos post navalem pugnam dies moratus, eâdem qua venerat viâ in Boeotiam movit. Nam Mardonio etiam visum erat comitari regem, nec vero esse opportunum anni tempus ad bellum gerendum, sed satius esse in Thessalia hybernare, et redeunte vere Peloponnesum adgredi. Ut vero *in Thessaliam* pervenere, ibi *Mardonius* primum Persas omnes, quos Immortales vocant, selegit, excepto duce eorum Hydarne; hic enim se negaverat relicturum regem. Deinde ex reliquis Persis loricatos selegit, et millenarium equitatum; tum vero Medos et Sacas et Bactrios et Indos, tam peditatum, quam equitatum. Et ex his quidem populis

δὲ τῶν ἄλλων συμμάχων ἐξελέγετο κατ' ὀλίγους, τοῖσι εἴδεά τε ὑπῆρχε διαλέγων, καὶ εἰ τέοισί τι χρηστὸν συνείδεε πεποιημένον. ἐν δὲ, πλεῖστον ἔθνος Πέρσας αἱρέετο, ἄνδρας στρεπτοφόρους τε καὶ ψελιοφόρους· ἐπὶ δὲ, Μήδους. οὗτοι δὲ πλήθος μὲν οὐκ ἐλάσσονες ἔσαν τῶν Περσέων, ῥώμῃ δὲ ἔσσονες. ὥστε σύμπαντας τριή-
114 κοντα μυριάδας γενέσθαι σὺν ἱππεῦσι. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐν τῷ Μαρδόνιός τε τὴν στρατιὴν διέκρινε, καὶ Ξέρξης ἦν περὶ Θεσσαλίην, χρηστήριον ἐληλύθεε ἐκ Δελφῶν Λακεδαιμονίοισι, Ξέρξεα αἰτέειν δίκας τοῦ Λεωνίδεω φόνου, καὶ τὸ διδόμενον ἐξ ἐκείνου δέκεσθαι. πέμπουσι δὴ κήρυκα τὴν ταχίστην Σπαρτιῆται· ὃς ἐπειδὴ κατέλαβε ἐοῦσαν ἔτι πᾶσαν τὴν στρατιὴν ἐν

omnes, qui aderant, sibi sumsit; ex reliquis vero sociis non nisi paucos passim selegit, qui aut forma essent praestantes, aut a quibus clarum aliquod facinus editum noverat. In horum autem numero plerique genere Persae fuere, torques et armillas gestantes; et post hos Medi. Erant autem Medi numero non inferiores Persis, sed robore his cedebant. Ita factum est, ut universus *exercitus a Mardonio selectus*, simul cum equitibus, numerum trecentorum millium compleret. (114.) Per idem tempus, quo Mardonius delectum instituit militum, et Xerxes adhuc in Thessalia erat, *oraculum* ex Delphis adlatum est *Lacedaemoniis*, iubens illos *satisfactionem a Xerxe repetere pro caede Leonidae; et, quidquid ille dedisset, accipere.* Itaque ocyus praeconem miserunt Spartani: qui ut universum exercitum natus est in Thessalia adhuc haerentem, in conspe-

Θεσσαλίῃ, ἐλθὼν ἐς ὄψιν τὴν Ξέρξεω, ἔλεγε τάδε· „Ὦ βασιλεῦ Μήδων, Λακεδαιμόνιοί τε σὲ, καὶ Ἡρα-
10 „κλεῖδαι οἱ ἀπὸ Σπάρτης, αἰτέουσι φόνου δίκας, „ὅτι σφέων τὸν βασιλῆα ἀπέκτεινας, ῥυόμενον τὴν Ἑλ-„λάδα.“ Ὁ δὲ, γελάσας τε, καὶ κατασχὼν πολ-λὸν χρόνον, ὡς οἱ ἐτύγχανε παρεστεὼς Μαρδόνιος, δεικνὺς ἐς τοῦτον, εἶπε· „Τοιγάρ σφι Μαρδόνιος ὅδε δί-
15 „κας δώσει τοιαύτας οἵας ἐκείνοισι πρέπει.“ Ὁ μὲν δὴ, δεξάμενος τὸ ῥηθὲν, ἀπαλλάσσετο.

Ξέρξης δὲ, Μαρδόνιον ἐν Θεσσαλίῃ καταλιπὼν, αὐ- 115
τὸς ἐπορεύετο κατὰ τάχος ἐν τὸν Ἑλλήσποντον· καὶ ἀπικνέεται ἐς τὸν πόρον τῆς διαβάσιος ἐν πέντε καὶ τεσσεράκοντα ἡμέρῃσι, ἀπάγων τῆς στρατιῆς οὐδὲν μέρος, ἐξ ὡς εἶπαι. ὅκου δὲ πορευόμενοι γινοίατο, καὶ κατ' οὓς τινας ἀνθρώπους, τὸν τουτέων καρπὸν ἁρπάζοντες ἐσιτέον-

etum *Xerxis* prodiens, haec dixit: *Rex Medorum! Lacedaemonii et Heraclidae ex Sparta satisfactionem abs te postulant quod regem ipsorum interfecisti, qui Graeciam erat servaturus.* Ad haec ridens rex, et diu nihil respondens, postremo, quum forte adstaret ei Mardonius, hunc digito monstrans ait: *Itaque Mardonius hic satisfactionem illis dabit, qualis eis digna est.* Et praeco, accipiens dictum, reversus est.

(115.) Inde *Xerxes*, Mardonio in Thessalia relicto, ipse ad Hellespontum maturavit abire: et quadragesimo quinto die ad locum, ubi traiecerat fretum, pervenit, nullam (ut ita dicam) exercitus partem in Asiam reducens. Milites in itinere, ubicumque locorum erant, et apud quoscumque homines,

το. εἰ δὲ καρπὸν μηδένα εὕροιεν, οἱ δὲ τὴν ποίην τὴν ἐκ τῆς γῆς ἀναφυομένην, καὶ τῶν δενδρέων τὸν φλοιὸν περιλέποντες, καὶ τὰ φύλλα καταδρέποντες κατήσθιον, ἐμοίως τῶν τε ἡμέρων καὶ τῶν ἀγρίων, καὶ ἔλειπον οὐδέν· ταῦτα δ' ἐποίευν ὑπὸ λιμοῦ. ἐπιλαβὼν δὲ λοιμός τε τὸν στρατὸν καὶ δυσεντερίη, κατ' ὁδὸν διέφθειρε. τοὺς δὲ καὶ νοσέοντας αὐτέων κατέλιπε, ἐπιτάσσων τῇσι πόλισι, ἵνα ἑκάστοτε γίνοιτο ἐλαύνων, μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν· ἐν Θεσσαλίῃ τέ τινας, καὶ ἐν Σίρι τῆς Παιονίης, καὶ ἐν Μακεδονίῃ. ἔνθα καὶ τὸ ἱρὸν ἅρμα καταλιπὼν τοῦ Διὸς, ὅτε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἤλαυνε, ἀπιὼν οὐκ ἀπέλαβε· ἀλλὰ δόντες οἱ Παίονες τοῖσι Θρήιξι, ἀπαιτέοντος Ξέρξεω, ἔφασαν νεμομένας ἁρπαχθῆναι ὑπὸ τῶν ἄνω Θρηίκων τῶν περὶ τὰς πηγὰς τοῦ Στρυ-
116 μόνος οἰκημένων. Ἔνθα καὶ ὁ τῶν Βισαλτέων βασι-

horum fructus rapientes comederant. Sicubi nihil fructuum invenissent, gramen e terra enatum, et decerptum arborum corticem, et ex arboribus tam cultis quam sylvestribus destricta manducaverant folia, nihilque reliquerant, fame ita cogente. Ad haec pestis et dysenteria invadens exercitum, multos in itinere interemerat. Aegrotos vero etiam in itinere reliquerat rex, dato civitatibus, ut in quaque erant, mandato, ut curarent illos alerentque: ita alios in Thessalia, alios in Siri Paeoniae, alios in Macedonia reliquerat. Ibi etiam antea, quum in Graeciam tenderet, currum Solis reliquerat: quem nunc rediens non recepit. Nam Paeones, qui illum Thracibus tradiderant, repetenti Xerxi dixere, equas e pascuo raptas esse a superioribus Thracibus circa Strymonis fontes habi-

λεὺς γῆς τε τῆς Κρηστωνικῆς, Θρήϊξ, ἔργον ὑπερφυὲς
ἐργάσατο· ὃς οὔτε αὐτὸς ἔφη τῷ Ξέρξῃ ἑκὼν εἶναι δου-
λεύσειν, ἀλλ' οἴχετο ἄνω ἐς τὸ οὖρος τὴν Ῥοδόπην,
5 τοῖσί τε παισὶ ἀπηγόρευε μὴ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλ-
λάδα. οἱ δὲ, ἀλογήσαντες, ἢ ἄλλως σφι θυμὸς ἐγέ-
νετο θεήσασθαι τὸν πόλεμον, ἐστρατεύοντο ἅμα τῷ
Πέρσῃ. ἐπεὶ δὲ ἀνεχώρησαν ἀσινέες πάντες, ἓξ ἐόντες,
ἐξώρυξε αὐτέων ὁ πατὴρ τοὺς ὀφθαλμούς, διὰ τὴν αἰ-
10 τίην ταύτην. καὶ οὗτοι μὲν τοῦτον τὸν μισθὸν ἔλαβον.

Οἱ δὲ Πέρσαι ὡς ἐκ τῆς Θρηϊκίης πορευόμενοι ἀπί- 117
κοντο ἐπὶ τὸν πόρον, ἐπειγόμενοι, τὸν Ἑλλήσποντον τῇ-
σι νηυσὶ διέβησαν ἐς Ἄβυδον· τὰς γὰρ σχεδίας οὐκ
εὗρον ἔτι ἐντεταμένας, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος διαλελυμέ-
5 νας. Ἐνθαῦτα δὲ κατεχόμενοι, σιτία τε πλέω ἢ κατ'

tantibus. (116.) Ibidem rex Bisaltarum et terrae Crestonicae, Thrax, immane patravit facinus. Dixerat ille, nec se ultro serviturum Xerxi, sed in superiora loca in montem Rhodopen se receperat, et filiis suis interdixerat ne adversus Graeciam militarent. At illi, spreto patris imperio, sive quod cupido illos incesserat belli spectandi, cum Persa militarunt. Postquam vero salvi omnes, sex numero, redierunt, oculos eis pater istam ob culpam effodit; et illi quidem hanc mercedem abstulerunt.

(117.) *Persae* vero ut peragratâ Thraciâ ad traiectum pervenere, quanta maxima celeritate poterant Hellespontum navibus traiicientes *Abydum* petierunt: etenim pontes non amplius stratos invenerant, sed tempestate dissolutos. Ibi morantes, quum copiosiora quam in itinere alimenta nacti supra mo-

ὁδὸν ἐλάσγχανον· οὐδένα τε κόσμον ἐμπιπλάμενοι, καὶ ὕδατα μεταβάλλοντες, ἀπέθνησκον τοῦ στρατοῦ τοῦ περιεόντος πολλοί. οἱ δὲ λοιποὶ ἅμα Ξέρξῃ ἀπικνέον-
118 ται ἐς Σάρδις. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος ὦδε λόγος λεγόμενος, ὡς ἐπειδὴ Ξέρξης ἀπελαύνων ἐξ Ἀθηνέων, ἀπίκετο ἐπ' Ἡιόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι, ἐνθεῦτεν οὐκέτι ὁδοιπορίῃσι διεχρέετο, ἀλλὰ τὴν μὲν στρατιὴν Ὑδάρνεϊ ἐπιτρέπει ἀπάγειν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, αὐτὸς δ' ἐπὶ νηὸς 5
Φοινίσσης ἐπιβὰς, ἐκομίζετο ἐς τὴν Ἀσίην. πλώοντα δέ μιν ἄνεμον Στρυμονίην ὑπολαβεῖν μέγαν καὶ κυματίην· καὶ δὴ, μᾶλλον γάρ τι χειμαίνεσθαι, γεμούσης τῆς νηὸς, ὥστε ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐπεόντων συχνῶν Περσέων τῶν σὺν Ξέρξῃ κομιζομένων, ἐνθαῦτα ἐς 10
δεῖμα πεσόντα τὸν βασιλῆα, εἴρεσθαι βώσαντα τὸν κυβερνήτεα, εἴ τις ἐστί σφι σωτηρίη. καὶ τὸν εἰπαι· „Δέ-

dum sese implerent, et alias, quam adhuc, biberent aquas, multi de exercitu qui supererat periere, reliqui vero cum Xerxe *Sardes* pervenere. (118.) Fertur quidem etiam alia fama, *Xerxem*, postquam Athenis profectus Eïonem ad Strymonem fluvium pervenisset, inde non amplius terrestri usum esse itinere; sed exercitum quidem Hydarni tradidisse, qui eum ad Hellespontum deduceret, ipsum vero conscensa Phoenissa nave in Asiam traiecisse; in traiectu vero a vehemente impetuosoque *vento Strymonia* fuisse exceptum. Ibi tunc, quum magis magisque fureret tempestas, et nimis onerata esset navis, quippe magno numero Persarum Xerxem comitantium in ponte navis stante, timore perculsum regem cum clamore quaesisse ex gubernatore, ecqua salutis

„σποτα, οὐκ ἔστιν οὐδεμίη, εἰ μὴ τουτέων ἀπαλλαγή „τις γένηται τῶν πολλῶν ἐπιβατέων.“ καὶ Ξέρξεα λέγεται ἀκούσαντα ταῦτα εἶπαι· „Ἄνδρες Πέρσαι, νῦν „τις διαδεξάτω ὑμέων βασιλῆος κηδόμενος· ἐν ὑμῖν γὰρ „οἶκε εἶναι ἐμοὶ ἡ σωτηρίη.“ τὸν μὲν ταῦτα λέγειν· τοὺς δὲ, προσκυνέοντας, ἐκπηδέειν ἐς τὴν θάλασσαν· καὶ τὴν νῆα ἐπικουφισθεῖσαν, οὕτω δὴ ἀποσωθῆναι ἐς τὴν Ἀσίην. Ὡς δὲ ἐκβῆναι τάχιστα ἐς γῆν τὸν Ξέρξεα, ποιῆσαι τοιόνδε· ὅτι μὲν ἔσωσε βασιλῆος τὴν ψυχὴν, δωρήσασθαι χρυσέῃ στεφάνῃ τὸν κυβερνήτεα· ὅτι δὲ Περσέων πολλοὺς ἀπώλεσε, ἀποταμεῖν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Οὗτος δὲ ἄλλως λέγεται ὁ λόγος περὶ τοῦ Ξέρξεω νό- 119
στου, οὐδαμῶς ἔμοιγε πιστὸς, οὔτε ἄλλος, οὔτε τὸ Περσέων τοῦτο πάθος. εἰ γὰρ δὴ ταῦτα οὕτω εἰρέθη ἐκ

spes esset; eique gubernatorem respondisse, *Domine! non alia spes est, nisi de numero multorum horum vectorum pars quaedam amoveatur.* Quae audientem *Xerxem*, aiunt, dixisse: *Viri Persae! nunc vestrûm aliquis ostendat curae vobis esse regem! nam in vobis mea salus posita videtur.* Quibus auditis illos adorasse regem, et in mare prosiliisse; et navem ita levatam, salvam in Asiam pervenisse. Xerxem vero, simul atque in terram exscendisset, haec fecisse: aureâ coronâ donasse gubernatorem, quod regis vitam conservasset; deinde vero, quod magnum Persarum numerum perdidisset, caput ei iussisse praecidi. (119.) Sed haec *de Xerxis reditu* temere fertur fama, mihique prorsus incredibilis est, tam quod ad caetera spectat, quam quod ad istam Persarum calamitatem. Nam si ista Xerxi guberna-

τοῦ κυβερνήτεω πρὸς Ξέρξεα, ἐν μυρίῃσι γνώμῃσι μίην οὐκ ἔχω ἀντίξοον, μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι βασιλῆα τοιόνδε· τοὺς μὲν ἐκ τοῦ καταστρώματος καταβιβάσαι ἐς κοίλην νῆα, ἐόντας Πέρσας, καὶ Περσέων τοὺς πρώτους· τῶν δ' ἐρετέων, ἐόντων Φοινίκων, ὅκως οὐκ ἂν ἴσον πλῆθος τοῖσι Πέρσῃσι ἐξέβαλε ἐς τὴν θάλασσαν. Ἀλλ' ὁ μὲν, ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται, ὁδῷ χρεώμενος ἅμα τῷ ἄλλῳ στρατῷ, ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην. Μέγα δὲ καὶ τόδε μαρτύριον· Φαίνεται γὰρ Ξέρξης ἐν τῇ ὀπίσω κομιδῇ ἀπικόμενος ἐς Ἄβδηρα, καὶ ξεινίην τε σφι συνθέμενος, καὶ δωρησάμενος αὐτοὺς ἀκινάκῃ τε χρυσέῳ καὶ τιήρῃ χρυσοπάστῳ. καὶ, ὡς αὐτοὶ λέγουσι Ἀβδηρῖται, λέγοντες ἐμοί γε οὐδαμῶς πιστὰ, πρῶτον ἐλύσατο τὴν ζώνην φεύγων ἐξ Ἀθηνέων ὀπίσω, ὡς ἐν

tor dixisset, ex decem millibus hominum, quos rogarem sententiam, ne unum quidem esse existimo, quin mihi sit adsensurus, non eiusmodi quidpiam facturum fuisse regem, sed Persas Persarumque principes, qui in ponte fuerunt, iussurum fuisse in cavitatem navis descendere, remigum vero, qui Phoenices erant, parem numerum, quot Persae fuerunt, in mare eiecturum. At ille, ut modo dixi, simul cum reliquo exercitu iter faciens in Asiam rediit. (120.) Cuius rei etiam locuples est testimonium hoc, quod satis constet, *Xerxem* in reditu *Abdera* venisse, et hospitium contraxisse cum Abderitis, eosque aureo acinace atque tiara auro intexta donasse. Et, ut soli quidem Abderitae narrant, (quod mihi parum fit probabile) primum apud illos, ex quo Athenis profugit, cingulum solvit, utpote nunc in tuto se esse

676, 42.

ἀδείη ἐών. πρὸς τοῦ Ἑλλησπόντου δὲ μᾶλλον τὰ Ἄβδηρα ἵδρυται, ἢ τοῦ Στρυμόνος καὶ τῆς Ἠιόνος, ὅθεν δή μιν φασὶ ἐπιβῆναι ἐπὶ τὴν νῆα.

Οἱ δὲ Ἕλληνες, ἐπεί τε οὐκ οἷοί τε ἐγένοντο ἐξελέειν 121
τὴν Ἄνδρον, τραπόμενοι ἐς Κάρυστον, καὶ δηιώσαντες αὐτέων τὴν χώρην, ἀπαλλάσσοντο ἐς Σαλαμῖνα. Πρῶτα μέν νυν τοῖσι θεοῖσι ἐξεῖλον ἀκροθίνια, ἄλλα τε, καὶ τριήρεας τρεῖς Φοινίσσας· τὴν μὲν, ἐς Ἰσθμὸν ἀναθεῖναι, ἥπερ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦν· τὴν δὲ, ἐπὶ Σούνιον· τὴν δὲ, τῷ Αἴαντι, αὐτοῦ ἐς Σαλαμῖνα. μετὰ δὲ τοῦτο, διεδάσαντο τὴν λείην, καὶ τὰ ἀκροθίνια ἀπέπεμψαν ἐς Δελφούς· ἐκ τῶν ἐγένετο ἀνδριὰς, ἔχων ἐν τῇ χερὶ ἀκρωτήριον νηὸς, ἐὼν μέγαθος δυωκαίδεκα πηχέων· ἑστήκεε δὲ οὗτος τῇ περ ὁ Μακεδὼν Ἀλέξανδρος ὁ χρύσεος. Πέμψαντες δὲ ἀκροθίνια οἱ Ἕλληνες ἐς Δελφοὺς, ἐπει- 122

ratus. Sunt autem *Abdera* Hellesponto propiora, quam Strymon aut Eïon, ubi illum aiunt navem conscendisse.

(121.) Graeci, quum expugnare Andrum non potuissent, *Carystum* petierunt, et evastato Carystiorum agro *Salaminem* redierunt. Ibi primum *primitias praedae* exemerunt diis, quum alia, tum tres Phoenissas triremes; quarum una in Isthmo dedicaretur, quae mea adhuc aetate superfuit; altera ad Sunium, tertia Aiaci in ipsa Salamine. Deinde praedam inter se diviserunt, et Delphos miserunt primitias; e quibus facta est statua duodecim cubitorum magnitudine, rostrum navis manu tenens; quae eodem loco posita est ubi aurea Alexandri Macedonis statua. (122.) Postquam *Delphos* primitias miserunt Graeci,

ρώτεον τὸν θεὸν κοινῇ, εἰ λελάβηκε πλήρεα καὶ ἀριστὰ τὰ ἀκροθίνια. ὁ δὲ, παρ' Ἑλλήνων μὲν τῶν ἄλλων, ἔφησε, ἔχειν· παρ' Αἰγινητέων δὲ, οὐ· ἀλλὰ ἀπαίτεε αὐτοὺς τὰ ἀριστήια τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίης. Αἰγινῆται δὲ πυθόμενοι, ἀνέθεσαν ἀστέρας χρυσέους, οἳ ἐπὶ ἱστοῦ χαλκέου ἑστᾶσι τρεῖς ἐπὶ τῆς γωνίης, ἀγχοτάτω τοῦ Κροίσεω κρητῆρος. Μετὰ δὲ τὴν διαίρεσιν τῆς λείης ἔπλωον οἱ Ἕλληνες ἐς τὸν Ἰσθμὸν, ἀριστήια δώσοντες τῷ ἀξιωτάτῳ γενομένῳ Ἑλλήνων ἀνὰ τὸν πόλεμον τοῦτον. ὡς δὲ ἀπικόμενοι οἱ στρατηγοὶ διενέμοντο τὰς ψήφους ἐπὶ τοῦ Ποσειδέωνος τῷ βωμῷ, τὸν πρῶτον καὶ τὸν δεύτερον κρίνοντες ἐκ πάντων· ἐνθαῦτα πᾶς τις αὐτέων ἑωυτῷ ἐτίθετο τὴν ψῆφον, αὐτὸς ἕκαστος δοκέων ἄριστος γενέσθαι· δευτέρα δὲ, οἱ πολλοὶ συνεξέ-

communi omnium nomine interrogarunt deum, *an sufficientes et gratas accepisset primitias.* Quibus ille respondit, *a caeteris quidem; nec vero ab Aeginetis:* sed ab his repetiit praemium quod illis ob rem ad Salamina bene gestam tributum fuisset. Quo audito, Aeginetae dedicarunt aureas stellas tres, quae super aeneo malo stant in angulo proxime Croesi craterem. (123.) Post praedae distributionem in Isthmum navigarunt Graeci, *virtutis praemium* tributuri ei e suorum numero, qui in hoc bello prae caeteris illud commeruisset. Postquam vero eo pervenerunt duces, et calculos inter se ad Neptuni aram distribuerunt, primum et secundum suo iudicio designaturi; ibi tunc eorum quisque sibi primum posuit calculum, se ipsum quisque fortissimum iudicans: quod autem ad secundas partes pertinet, ple-

πίπτον Θεμιστοκλῆα κρίνοντες. οἱ μὲν δὴ ἐμουνοῦντο· Θεμιστοκλέης δὲ δευτερείοισι ὑπερεβάλλετο πολλόν. Οὐ βουλομένων δὲ ταῦτα κρίνειν τῶν Ἑλλήνων φθόνῳ, 124 ἀλλ' ἀποπλωόντων ἑκάστων ἐς τὴν ἑωυτῶν ἀκρίτων, ὅμως Θεμιστοκλέης ἐβώσθη τε καὶ ἐδοξώθη εἶναι ἀνὴρ πολλὸν Ἑλλήνων σοφώτατος ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. Ὅτι δὲ νικῶν οὐκ ἐτιμήθη πρὸς τῶν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχησάντων, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἐς Λακεδαίμονα ἀπίκετο, θέλων τιμηθῆναι. καί μιν Λακεδαιμόνιοι καλῶς μὲν ὑπεδέξαντο, μεγάλως δὲ ἐτίμησαν. ἀριστήϊα μέν νυν ἔδοσαν Εὐρυβιάδῃ, ἐλαίης στέφανον· σοφίης δὲ καὶ δεξιότητος, Θεμιστοκλέϊ, καὶ τούτῳ στέφανον ἐλαίης. ἐδωρήσαντο δέ μιν ὄχῳ τῷ ἐν Σπάρτῃ καλλιστεύσαν-

rique calculi in *Themistoclem* consenserunt. Itaque illi singula habuere suffragia: Themistocli autem longe pleraque suffragia secundas tribuerunt partes. (124.) Id iudicium duces quidem Graeci ob invidiam ratum habere noluerunt, sed re iniudicata suam quisque in civitatem discessit: verumtamen *Themistocles* per universam Graeciam ut Graecorum longe prudentissimus praedicatus celebratusque est. Quoniam vero, licet victor, non tamen honore adfectus erat ab his qui pugnae ad Salaminem fuerant socii; protinus post haec Lacedaemonem se contulit, ibi se honoratum iri sperans. Et liberaliter eum receperunt *Lacedaemonii*, et eximio honore adfecerunt. Nam Eurybiadi quidem primum decrevere praemium, oleagineam coronam: prudentiae vero et dexteritatis praemium *Themistocli* tribuerunt, oleagineam huic pariter coronam. Praeterea curru

τι· αἰνέσαντες δὲ πολλὰ, προέπεμψαν ἀπιόντα τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες, οὗτοι οἵπερ ἱππέες καλέονται, μέχρι οὔρων τῶν Τεγεητικῶν. μοῦνον δὴ τοῦτον πάντων ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Σπαρτιῆται προέ- 15
125 πεμψαν. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Λακεδαίμονος ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας, ἐνθαῦτα Τιμόδημος Ἀφιδναῖος, τῶν ἐχθρῶν μὲν τῶν Θεμιστοκλέος ἐὼν, ἄλλως δὲ οὐ τῶν ἐπιφανέων ἀνδρῶν, φθόνῳ καταμαργέων, ἐνείκεε τὸν Θεμιστοκλῆα, τὴν ἐς Λακεδαίμονα ἄπιξιν προφέρων, ὡς 5
διὰ τὰς Ἀθήνας ἔχοι τὰ γέρεα τὰ παρὰ Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οὐ δι' ἑωυτόν. ὁ δὲ, ἐπεί τε οὐκ ἐπαύετο ταῦτα λέγων ὁ Τιμόδημος, εἶπε· „Οὕτω ἔχει τοι· οὔτ' „ἂν ἐγὼ, ἐὼν Βελβινίτης, ἐτιμήθην οὕτω πρὸς Σπαρ-

eum donarunt, pulcerrimo qui Spartae erat: et egregie collaudatum prosecuti sunt abeuntem delecti trecenti Spartanorum, hi qui equites vocantur, usque ad Tegeatarum fines. Est autem *Themistocles* unus ex omnibus quos novimus hominibus, quem Spartani ita publice sint prosequuti. (125.) Ut autem Lacedaemone Athenas venit, ibi tunc Timodemus, Aphidnensis, qui de numero inimicorum eius erat, caeterum non ex illustribus viris homo, invidia insaniens, obtrectavit Themistocli; exprobransque ei quod Lacadaemonem se contulisset, aiebat, *Atheniensium gratiâ Lacedaemonios eum honore illo esse prosecutos, non ipsius gratiâ.* Quod ubi passim dictitare non desiit Timodemus, *Themistocles* ei ait: *Ita tibi se res habet: nec ego, si Belbinita essem, ita honoratus fuissem a Lacedaemoniis;*

678, 1.

„τιητέων· οὔτ' ἂν σὺ, ὦ ἄνθρωπε, ἐὼν Ἀθηναῖος." Ταῦτα μέν νυν ἐς τοσοῦτο ἐγένετο.

126 Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος, ἀνὴρ ἐν Πέρσῃσι λόγιμος καὶ πρόσθε ἐὼν, ἐκ δὲ τῶν Πλαταιϊκῶν καὶ μᾶλλον ἔτι γενόμενος, ἔχων ἐξ μυριάδας στρατοῦ τὸν Μαρδόνιος ἐξελέξατο, προέπεμπε βασιλῆα μέχρι τοῦ πόρου. ὡς δὲ ὁ μὲν ἦν ἐν τῇ Ἀσίῃ, ὁ δὲ, ὀπίσω πορευόμενος, κατὰ τὴν Παλλήνην ἐγίνετο· ἅτε Μαρδονίου τε χειμερίζοντος περὶ Θεσσαλίην τε καὶ Μακεδονίην, καὶ οὐδὲν κω κατεπείγοντος ἥκειν ἐς τὸ ἄλλο στρατόπεδον· οὐκ ἐδικαίου, ἐντυχὼν ἀπεστεῶσι Ποτιδαιήτῃσι, μὴ οὐκ ἐξανδραποδίσασθαί σφεας. Οἱ γὰρ Ποτιδαιῆται, ὡς βασιλεὺς παρεξεληλάκεε, καὶ ὁ ναυτικὸς τοῖσι Πέρσῃσι οἰχώκεε φεύγων ἐκ Σαλαμῖνος, ἐκ τοῦ φανεροῦ

nec tu, homo! si esses genere Atheniensis. Et haec quidem hactenus.

(126.) Interim *Artabazus*, Pharnacis filius, iam ante spectatus vir inter Persas, et deinde ex Plataeensi pugna magis etiam nobilitatus, cum sexaginta militum millibus de eo exercitu quem Mardonius sibi selegerat, regem usque ad frctum deduxit. Postquam rex in Asia fuit, Artabazus vero retrogressus circa Pallenen versabatur; quum Mardonius in Thessalia et Macedonia hiemaret, nec opus esset ut ipse cum reliquo exercitu se coniungere properaret; rem sese indignam iudicavit, quum in Potidaeatas incidisset, qui a rege defecerant, si hos non in servitutem redigeret. Etenim *Potidaeatae*, postquam rex fines eorum erat praetergressus, et classis Persarum a Salamine fugâ se receperat, ex professo defecerant a Barbaris,

ἀπέστασαν ἀπὸ τῶν βαρβάρων· ὡς δὲ καὶ ὦλλοι οἱ τὴν Παλλήνην ἔχοντες. Ἐνθαῦτα δὴ ὁ Ἀρτάβαζος ἐπο-
127 λιόρκεε τὴν Ποτιδαίην. Ὑποπτεύσας δὲ καὶ τοὺς Ὀλυνθίους ἀπίστασθαι ἀπὸ βασιλῆος, καὶ ταύτην ἐπολιόρκεε. εἶχον δὲ αὐτὴν Βοττιαῖοι, οἱ ἐκ τοῦ Θερμαίου κόλπου ἐξαναστάντες ὑπὸ Μακεδόνων. ἐπεὶ δὲ σφέας εἶλε πολιορκέων, κατέσφαξε ἐξαγαγὼν ἐς λίμνην· τὴν δὲ πόλιν παραδιδοῖ Κριτοβούλῳ Τορωναίῳ ἐπιτροπεύειν, καὶ τῷ Χαλκιδικῷ γένεϊ. καὶ οὕτω Ὄλυνθον Χαλκι-
128 δέες ἔσχον. Ἐξελὼν δὲ ταύτην ὁ Ἀρτάβαζος, τῇ Ποτιδαίῃ ἐντεταμένως προσεῖχε. προσέχοντι δέ οἱ προθύμως συντίθεται προδοσίην Τιμόξεινος, ὁ τῶν Σκιωναίων στρατηγός· ὁντινα μὲν τρόπον ἀρχὴν, ἔγωγε οὐκ ἔχω εἰπαι, οὐ γάρ ὦν λέγεται· τέλος μέντοι, τοιάδε ἐγίνετο. ὁκως βυβλίον γράψειε ἡ Τιμόξεινος, ἐθέλων παρὰ

pariterque reliqui Pallenen incolentes. *Potidaeam* igitur tunc *Artabazus* oppugnavit. (127.) Suspicatus vero etiam Olynthios defectionem a rege moliri, *Olynthum* simul oppugnavit. Tenebant eam tunc Bottiaci, qui e Thermaeo sinu a Macedonibus fuerant eiecti: quos postquam vi expugnavit, ad lacum eductos iugulavit; urbem autem Chalcidicae genti tradidit, eique Critobulum Toronaeum praefecit. Atque ita Olynthum Chalcidenses habuere. (128.) Hac expugnata, curam omnem *Artabazus* in *Potidaeam* intendit. Qui dum hoc curat, ultro cum eo de proditione egit Timoxenus, dux Scionaeorum. Hic qua via initio usus sit, dicere non possum, nec enim memoratur: sed postremo res accidit huiusmodi. Quoties litteras mittere aut Timo-

Ἀρτάβαζον πέμψαι, ἢ Ἀρτάβαζος παρὰ Τιμόξεινον, τοξεύματος περὶ τὰς γλυφίδας περιειλίξαντες καὶ πτερώσαντες τὸ βυβλίον, ἐτόξευον ἐς συγκείμενον χωρίον. ἐπαίστος δὲ ἐγίνετο ὁ Τιμόξεινος προδιδοὺς τὴν Ποτίδαιαν. τοξεύων γὰρ ὁ Ἀρτάβαζος ἐς τὸ συγκείμενον, ἁμαρτὼν τοῦ χωρίου τούτου, βάλλει ἀνδρὸς Ποτιδαιήτεω τὸν ὦμον. τὸν δὲ, βληθέντα, περιέδραμε ὅμιλος, οἷα φιλέει γίνεσθαι ἐν πολέμῳ· οἳ αὐτίκα τὸ τόξευμα λαβόντες, ὡς ἔμαθον τὸ βυβλίον, ἔφερον ἐπὶ τοὺς στρατηγούς· παρῆν δὲ καὶ τῶν ἄλλων Παλληναίων συμμαχίη. τοῖσι δὲ στρατηγοῖσι ἐπιλεξαμένοισι τὸ βυβλίον, καὶ μαθοῦσι τὸν αἴτιον τῆς προδοσίης, ἔδοξε μὴ καταπλέξαι Τιμόξεινον προδοσίῃ, τῆς Σκιωναίων πόλιος εἵνεκα, μὴ νομιζοίατο εἶναι Σκιωναῖοι ἐς τὸν μετέπειτα χρό-

CXXVIII. 8. περὶ. παρὰ *vulgo.*

xenus voluit ad Artabazum, aut Artabazus ad Timoxenum, epistolam circum sagittae crenas circumvolvebant, et adaptatis alis, sagittam in locum, de quo inter eos convenerat, emittebant. Sed proditionis urbis compertus est Timoxenus. Etenim Artabazus, sagittâ versus distinatum locum emissâ, a scopo aberrans, humerum feriit civis Potidaeatae. Et adcurrens hominum turba, ut fieri in bello solet, vulneratum circumstat; qui sagittam prehendentes, ut epistolam animadverterunt, protinus ad duces deferunt: aderant enim etiam ex aliis Pallenensibus socii. Ut vero epistolam legerunt duces, auctoremque cognoverunt proditionis, visum est eis crimine proditionis non implicare Timoxenum, civitatis Scionaeorum gratiâ, ne in posterum omne aevum pro-

νον αἰεὶ προδόται. ὁ μὲν δὴ τοιούτῳ τρόπῳ ἐπαΐστος
129 ἐγεγόνεε. Ἀρταβάζῳ δὲ ἐπειδὴ πολιορκέοντι ἐγεγόνεσαν τρεῖς μῆνες, γίνεται ἄμπωτις τῆς θαλάσσης μεγάλη, καὶ χρόνον ἐπὶ πολλόν. ἰδόντες δὲ οἱ βάρβαροι τέναγος γενόμενον, παρήϊσαν ἐς τὴν Παλλήνην. ὡς δὲ τὰς δύο μὲν μοίρας διοδοιπορήκεσαν, ἔτι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι ἦσαν, τὰς διελθόντας χρὴν ἔσω εἶναι ἐν τῇ Παλλήνῃ, ἐπῆλθε πλημμυρὶς τῆς θαλάσσης μεγάλη, ὅση οὐδαμά κω, ὡς οἱ ἐπιχώριοι λέγουσι, πολλάκις γινομένη. οἱ μὲν δὴ νέειν αὐτέων οὐκ ἐπιστάμενοι διεφθείροντο· τοὺς δὲ ἐπισταμένους οἱ Ποτιδαιῆται ἐπιπλώσαντες πλοίοισι ἀπώλεσαν. Αἴτιον δὲ λέγουσι οἱ Ποτιδαιῆται τῆς τε ῥηχίης καὶ τῆς πλημμυρίδος καὶ τοῦ Περσικοῦ πάθεος γενέσθαι τόδε, ὅτι τοῦ Ποσειδέωνος

ditores esse existimarentur Scionaei. Et ille quidem hoc modo compertus est. (129.) Postquam tres menses *Artabazus* in oppugnanda *Potidaea* fuit occupatus, accidit *ingens maris recessus*, et is quidem in longum admodum tempus: et barbari, locum videntes vadosum factum, in Pallenem transire instituerunt. Ut vero duas viae emensi erant partes, et tres partes adhuc reliquae erant, quas transire oportebat priusquam in Pallenen pervenirent, supervenit *accessus maris* tantus, quantus numquam antea, ut quidem indigenae dicunt, fuerat, licet saepe magnus accidat. Itaque quicumque ex illis nandi erant imperiti, perierunt; qui vero natare poterant, hos Potidaeatae navigiis persecuti interemerunt. Caussam autem huius aestus et exundationis, calamitatisque Persarum, hanc fuisse aiunt Potidaeatae,

680, 60.

ἐς τὸν νηὸν καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ ἐν τῷ προαστείῳ ἠσέβησαν οὗτοι τῶν Περσέων τοί περ καὶ διεφθάρησαν ὑπὸ τῆς Θαλάσσης· αἴτιον δὲ τοῦτο λέγοντες, εὖ λέγειν ἔμοιγε δοκέουσι. τοὺς δὲ περιγενομένους ἀπῆγε Ἀρτάβαζος ἐς Θεσσαλίην παρὰ Μαρδόνιον. Οὗτοι μὲν οἱ προπέμψαντες βασιλῆα, οὕτω ἔπρηξαν.

Ὁ δὲ ναυτικὸς ὁ Ξέρξεω περιγενόμενος, ὡς προσέμιξε τῇ Ἀσίῃ φεύγων ἐκ Σαλαμῖνος, καὶ βασιλῆά τε καὶ τὴν στρατιὴν ἐκ Χερσονήσου διεπόρθμευσε ἐς Ἄβυδον, ἐχειμέριζε ἐν Κύμῃ. ἔαρος δὲ ἐπιλάμψαντος, πρωΐος συνελέγετο ἐς Σάμον· αἱ δὲ τῶν νηῶν καὶ ἐχειμέρισαν αὐτοῦ. Περσέων δὲ καὶ Μήδων οἱ πλεῦνες ἐπεβάτευον· στρατηγοὶ δέ σφι ἐπῆλθον, Μαρδόντης τε ὁ Βαγαίου, καὶ Ἀρταΰντης ὁ Ἀρταχαίου· συνῆρχε δὲ τούτοισι καὶ ἀδελφιδέος, αὐτοῦ Ἀρταΰντεω προσελομέ-

quod hi iidem Persae, qui mari perierunt, in Neptuni templum et simulacrum, quod in suburbio est, impia facinora admiserant: quam caussam illi ex rei veritate adlegare mihi videntur. Superstites *Artabazus* in Thessaliam ad Mardonium reduxit. Haec igitur fortuna fuit eorum, qui regem deduxerunt.

(130.) *Classis* quae supererat *Xerxis*, postquam fugâ ex Salamine in Asiam pervenit, regemque et exercitum e Chersoneso Abydum traiecit, Cumae hyemavit. Adpetente autem vere ad *Samum* maturavit convenire, ubi etiam pars navium hyemaverat. Propugnatorum maior pars Persae erant et Medi: duces autem eis advenere Mardontes Bagaei filius, et Artayntes Artachaei: quibus etiam collega adfuit Ithamitres, fratris filius Artayntae, ab ipso adsci-

νου, Ἰθαμίτρης. Ἀτε δὲ μεγάλως πληγέντες, οὐ προήϊ- 10
σαν ἀνωτέρω τὸ πρὸς ἑσπέρης, οὐδ' ἐπηνάγκαζε οὐδείς· ἀλλ' ἐν τῇ Σάμῳ κατήμενοι, ἐφύλασσον τὴν Ἰωνίην μὴ ἀποστῇ, νῆας ἔχοντες σὺν τῇσι Ἰάσι τριηκοσίας. οὐ μὴν οὐδὲ προσεδέκοντο τοὺς Ἕλληνας ἐλεύσεσθαι ἐς τὴν Ἰωνίην, ἀλλ' ἀποχρήσειν σφι τὴν ἑωυτῶν φυλάσ- 15
σειν· σταθμεύμενοι ὅτι σφέας οὐκ ἐπεδίωξαν φεύγοντας ἐκ Σαλαμῖνος, ἀλλ' ἄσμενοι ἀπαλλάσσοντο. Κατὰ μέν νυν τὴν θάλασσαν ἐσσωμένοι ἔσαν τῷ θυμῷ, πεζῇ δὲ ἐδόκεον πολλὸν κρατήσειν τὸν Μαρδόνιον. ἐόντες δὲ ἐν Σάμῳ, ἅμα μὲν ἐβουλεύοντο εἴ τι δυναίατο 20
κακὸν τοὺς πολεμίους ποιέειν, ἅμα δὲ καὶ ὠτακούστεον
131 ὁκῃ πεσέεται τὰ Μαρδονίου πρήγματα. Τοὺς δὲ Ἕλληνας τό τε ἔαρ γινόμενον ἤγειρε, καὶ Μαρδόνιος ἐν

tus. Hi vero, quoniam magnam cladem erant passi, ulterius occidentem versus non moverunt, neque eos quisquam ad ulterius progrediendum cogebat: sed ad Samum sedentes, observabant Ioniam, ne deficeret: habebant autem naves, unà cum Ionicis, trecentas. Nec vero Graecos existimarunt in Ioniam moturos, sed satis habituros suam custodire terram; quod ex eo colligebant, quod ipsos ex Salamine fugientes non essent persecuti, sed libenter discessissent. Igitur mari quidem fracti animis Barbari erant: terrâ vero longe hostibus superiorem fore Mardonium existimabant. Itaque ad Samum haerentes, partim quidem consultabant si quid mali adferre possent hostibus, partim vero adrectis auribus exspectabant quis futurus esset exitus rerum a Mardonio gerendarum. (131.) *Graecos* vero et ver adpetens excita-

681, 91.

Θεσσαλίη ἐών. ὁ μὲν δὴ πεζὸς οὔ κω συνελέγετο· ὁ δὲ ναυτικὸς ἀπίκετο ἐς Αἴγιναν, νῆες ἀριθμὸν δέκα καὶ ἑκατόν. στρατηγὸς δὲ καὶ ναύαρχος ἦν Λευτυχίδης ὁ Μενάρεος, τοῦ Ἡγησίλεω, τοῦ Ἱπποκρατίδεω, τοῦ Λευτυχίδεω, τοῦ Ἀναξίλεω, τοῦ Ἀρχιδήμου, τοῦ Ἀναξανδρίδεω, τοῦ Θεοπόμπου, τοῦ Νικάνδρου, τοῦ Χαρίλλου, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Πρυτάνιος, τοῦ Εὐρυφῶντος, τοῦ Προκλέος, τοῦ Ἀριστοδήμου, τοῦ Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέος· ἐὼν τῆς ἑτέρης οἰκίης τῶν βασιλήων. οὗτοι πάντες, πλὴν τῶν δυῶν τῶν μετὰ Λευτυχίδεα πρώτων καταλεχθέντων, οἱ ἄλλοι, βασιλῆες ἐγένοντο Σπάρτης. Ἀθηναίων δὲ ἐστρατήγεε Ξάνθιππος, ὁ Ἀρίφρονος. Ὡς δὲ παρεγένοντο ἐς τὴν Αἴγιναν πᾶσαι αἱ 132

CXXXI. 13. δυῶν. ἑπτὰ *corrigunt nonnulli.*

vit, et Mardonius in Thessalia agens. Et pedestris quidem Graecorum exercitus nondum erat coactus, classis vero *Aeginam* se contulit, naves numero centum et decem. Dux et *imperator classis* erat *Leotychides*, ex altera regum familia; cui pater fuit Menares, avus Agesilaus; reliqui maiores, Hippocratides, Leotychides, Anaxilaus, Archidamus, Anaxandrides, Theopompus, Nicander, Charillus, Eunomus, Polydectes, Prytanis, Euryphon, Procles, Aristodamus, Aristomachus, Cleodaeus, Hyllus, Hercules: qui omnes, exceptis duobus, quos proxime post Leotychidem commemoravi, reges fuerant Spartae. Atheniensium vero dux erat *Xanthippus*, Ariphronis filius. (132.) Ut naves omnes Aeginae adfuere, venerunt Graecorum in castra *legati Ionum*,

νῆες, ἀπίκοντο Ἰώνων ἄγγελοι ἐς τὸ στρατόπεδον τῶν Ἑλλήνων· οἳ καὶ ἐς τὴν Σπάρτην ὀλίγῳ πρότερον τουτέων ἀπικόμενοι, ἐδέοντο Λακεδαιμονίων ἐλευθεροῦν τὴν Ἰωνίην· τῶν καὶ Ἡρόδοτος ὁ Βασιλῆίδεω ἦν. οἳ στασιῶται σΦι γενόμενοι, ἐπεβούλευον Θάνατον Στράττι τῷ Χίου τυράννῳ, ἐόντες ἀρχὴν ἑπτά· ἐπιβουλεύοντες δὲ ὡς Φανεροὶ ἐγένοντο, ἐξενείκαντος τὴν ἐπιχείρησιν ἑνὸς τῶν μετεχόντων, οὕτω δὴ οἱ λοιποὶ, ἓξ ἐόντες, ὑπεξέσχον ἐκ τῆς Χίου, καὶ ἐς Σπάρτην τε ἀπίκοντο, καὶ δὴ καὶ τότε ἐς τὴν Αἴγιναν, τῶν Ἑλλήνων δεόμενοι καταπλῶσαι ἐς τὴν Ἰωνίην· οἳ προήγαγον αὐτοὺς μόγις μέχρι Δήλου. τὸ γὰρ προσωτέρω πᾶν δεινὸν ἦν τοῖσι Ἕλλησι, οὔτε τῶν χώρων ἐοῦσι ἐμπείροισι, στρατιῆς τε πάντα πλέα ἐδόκεε εἶναι· τὴν δὲ Σάμον ἐπιστέατο δόξῃ καὶ Ἡρακλέας στήλας ἴσον ἀπέχειν. συνέπιπτε δὲ τοιοῦτο,

qui paulo ante Spartam quoque venerant, orantes Lacedaemonios ut Ioniam liberarent; quorum in numero etiam Herodotus fuit, Basilidae filius. Hi inter se coniuraverant, omnino septem numero, de interficiendo Strattide, Chii tyranno: postquam vero patefacta conspiratio est, uno ex coniuratis consilium illorum prodente, reliqui sex ex Chio se receperunt, et Spartam primum, tunc vero etiam Aeginam venerunt, orantes Graecos ut in Ioniam navigarent: sed aegre ab his impetrarunt, ut *Delum* usque moverent. Nam ulteriora omnia metuebant *Graeci*, quum et locorum essent imperiti, et hostilium copiarum omnia esse plena existimarent. Samus autem eis aeque longe atque Herculis columnae abesse videbatur. Simul vero accidit, ut nec

682, 22.

ὥστε τοὺς μὲν βαρβάρους τὸ πρὸς ἑσπέρης ἀνωτέρω Σάμου μὴ τολμᾶν καταπλῶσαι, καταῤῥωδηκότας· τοὺς δὲ Ἕλληνας, χρηϊζόντων Χίων, τὸ πρὸς τὴν ἠῶ κατωτέρω Δήλου. οὕτω δέος τὸ μέσον ἐφύλασσέ σφεων.

Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες ἔπλωον ἐς τὴν Δῆλον· Μαρδόνιος δὲ περὶ τὴν Θεσσαλίην ἐχείμαζε. ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεώμενος, ἔπεμπε κατὰ τὰ χρηστήρια ἄνδρα Εὐρωπέα γένος, τῷ οὔνομα ἦν Μῦς· ἐντειλάμενος πανταχῇ μιν χρησόμενον ἐλθεῖν, τῶν οἷά τε ἦν σφι ἀποπειρήσασθαι. ὅ τι μὲν βουλόμενος ἐκμαθέειν πρὸς τῶν χρηστηρίων ταῦτα ἐνετέλλετο, οὐκ ἔχω φράσαι· οὐ γὰρ ὧν λέγεται· δοκέω δ' ἔγωγε περὶ τῶν παρεόντων πρηγμάτων, καὶ οὐκ ἄλλων πέρι πέμψαι. Οὗτος ὁ Μῦς ἐς τε Λεβάδειαν φαίνεται ἀπικόμενος, καὶ μισθῷ πείσας 133 134

Barbari, metu perculsi, ultra Samum versus occidentem navigare auderent; nec Graeci, quamvis sollicitati a Chiis, ultra Delum versus orientem. Ita quae in medio utrorumque erant, ob illorum metum in tuto fuerunt.

(133.) Dum Graeci Delum navigant, *Mardonius* adhuc in Thessalia in hybernis fuit. Unde quum institueret movere, ad *consulenda oracula* misit virum genere Europensem, cui nomen erat *Mys;* dato homini mandato, ut quaquaversum iret, et quorumcumque oraculorum explorare effata posset, ea consuleret. Quid igitur fuerit, quod ille cognoscere ex oraculis cupiens mandatum istud dederit, id adfirmare equidem non possum; nec enim memoratur: sed misisse eum puto, de rebus praesentibus, non de aliis, consulturum. (134.) Hunc Myn constat et Leba-

τῶν ἐπιχωρίων ἄνδρα, καταβῆναι παρὰ Τροφώνιον· καὶ ἐς Ἄβας τὰς Φωκέων ἀπικόμενος ἐπὶ τὸ χρηστήριον. καὶ δὴ καὶ ἐς Θήβας πρῶτα ὡς ἀπίκετο, τοῦτο μὲν, τῷ Ἰσμηνίῳ Ἀπόλλωνι ἐχρήσατο· ἔστι δὲ, κατά περ ἐν Ὀλυμπίῃ, ἱροῖσι αὐτόθι χρηστηριάζεσθαι· τοῦτο δὲ, ξεινόν τινα καὶ οὐ Θηβαῖον χρήμασι πείσας, κατεκοίμησε ἐς Ἀμφιάρεω. Θηβαίων δὲ οὐδενὶ ἔξεστι μαντεύεσθαι αὐτόθι, διὰ τόδε. ἐκέλευσέ σφεας ὁ Ἀμφιάρεως, διὰ χρηστηρίων ποιεύμενος, ὁκότερα βούλονται ἑλέσθαι τουτέων, ἑωυτῷ ἢ ἅτε μάντι χρέεσθαι, ἢ ἅτε συμμάχῳ, τοῦ ἑτέρου ἀπεχομένους· οἱ δὲ σύμμαχόν μιν εἵλοντο εἶναι. διὰ τοῦτο μὲν οὐκ ἔξεστι Θηβαίων οὐδενὶ
135 αὐτόθι ἐγκατακοιμηθῆναι. Τόδε δὲ θῶμά μοι μέγιστον γενέσθαι λέγεται ὑπὸ Θηβαίων. ἐλθεῖν ἄρα τὸν

CXXXIV. 7. ἱροῖσι. ἐμπύροισι *corrigunt viri docti, praeter rem.*

deam venisse, ibique mercede corrupto viro indigena, ad *Trophonium* descendisse; et *Abas* item pervenisse in Phocide. Idem, quum prius Thebas venisset, non modo *Ismenium Apollinem* consuluit; ubi, sicut Olympiae, ex victimis responsa dei petuntur; verum etiam, homine externo (non Thebano) pecuniâ corrupto, in *Amphiarai* templo pernoctavit. Thebanorum enim nulli fas est oraculum illud consulere, hanc ob caussam. Edito responso iusserat eos Amphiaraus, duorum utrum vellent eligere, ut aut pro vate uterentur ipso, aut pro armorum socio, altero autem abstinerent: et illi hoc elegerant, ut armorum ipsis esset socius. Hanc ob caussam nulli homini Thebano fas est in illius templo pernoctare. (135.) Istud vero, quod narrant Thebani, maxime

Εὐρωπέα Μῦν, περιστρωφώμενον πάντα τὰ χρηστήρια, καὶ ἐς τοῦ Πτώου Ἀπόλλωνος τὸ τέμενος. τοῦτο δὲ τὸ ἱρὸν καλέεται μὲν Πτῶον, ἔστι δὲ Θηβαίων, κέεται δὲ ὑπὲρ τῆς Κωπαΐδος λίμνης πρὸς οὔρεϊ, ἀγχοτάτω Ἀκραιφίης πόλιος. ἐς τοῦτο τὸ ἱρὸν ἐπεί τε παρελθεῖν τὸν καλεόμενον τοῦτον Μῦν, ἕπεσθαί οἱ τῶν ἀστῶν αἱρετοὺς ἄνδρας τρεῖς ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, ὡς ἀπογραψομένους τὰ θεσπιέειν ἔμελλε. καὶ πρόκα τε τὸν προμάντιν βαρβάρῳ γλώσσῃ χρᾶν· καὶ τοὺς μὲν ἑπομένους τῶν Θηβαίων ἐν θώματι ἔχεσθαι ἀκούοντας βαρβάρου γλώσσης ἀντὶ Ἑλλάδος, οὐδὲ ἔχειν ὅ τι χρήσονται τῷ παρεόντι πρήγματι· τὸν δὲ Εὐρωπέα Μῦν ἐξαρπάσαντα παρ' αὐτέων τὴν ἐφέροντο δέλτον, τὰ λεγόμενα ὑπὸ τοῦ προφήτεω γράφειν ἐς αὐτήν· Φάναι δὲ, Καρίῃ μιν

mihi mirum accidit. Eumdem quippe Europensem Myn aiunt, postquam per omnia circumvagatus esset oracula, etiam ad *Ptoi Apollinis* fanum venisse. Vocatur quidem id fanum *Ptoum*, est autem Thebanorum, situm supra Copaidem lacum ad montem, proxime Acraephiam oppidum. Ad hoc templum quum venit hic *Mys* nominatus, [latine *Mus* diceres] comitatos eum esse aiunt tres viros publice ad hoc delectos, scripto consignaturos responsum quod redditurus esset deus: prophetam vero protinus barbara locutum esse lingua, ut stuperent comites Thebani, barbarum sermonem loco graeci audientes, nescirentque quid in praesenti facerent: Europensem autem Myn, quam illi secum adtulerant tabellam, eis eripuisse, in eaque haec quae propheta pronunciaverat, conscripsisse; dixisse autem, Cario sermone

γλώσσῃ χρᾶν· συγγραψάμενον δὲ, οἴχεσθαι ἀπιόντα ἐς Θεσσαλίην.

136 Μαρδόνιος δὲ ἐπιλεξάμενος ὅ τι δὴ ἦν λέγοντα τὰ χρηστήρια, μετὰ ταῦτα ἔπεμψε ἄγγελον ἐς Ἀθήνας Ἀλέξανδρον τὸν Ἀμύντεω, ἄνδρα Μακεδόνα· ἅμα μὲν ὅτι οἱ προσκηδέες οἱ Πέρσαι ἦσαν· Ἀλεξάνδρου γὰρ ἀδελφεὴν Γυγαίην, Ἀμύντεω δὲ θυγατέρα, Βουβάρης ἀνὴρ Πέρσης ἔσχε, ἐκ τῆς οἱ ἐγεγόνεε Ἀμύντης ὁ ἐν τῇ Ἀσίῃ, ἔχων τὸ οὔνομα τοῦ μητροπάτορος· τῷ δὴ ἐκ βασιλῆος τῆς Φρυγίης ἐδόθη Ἀλάβανδα πόλις μεγάλη νέμεσθαι· ἅμα δὲ ὁ Μαρδόνιος, πυθόμενος ὅτι πρόξενός τε εἴη καὶ εὐεργέτης ὁ Ἀλέξανδρος, ἔπεμπε. τοὺς γὰρ Ἀθηναίους οὕτω ἐδόκεε μάλιστα προσκτήσεσθαι, λεών τε πολλὸν ἄρα ἀκούων εἶναι καὶ ἄλκιμον· τά τε

usum illum esse; deinde, his scripto consignatis, discessisse hunc, et in Thessaliam rediisse.

(136.) *Mardonius*, perlectis oraculorum responsis, post haec *legatum Athenas* misit *Alexandrum*, Amyntae filium, Macedonem; partim quoniam adfinitate huic iuncti erant Persae; Alexandri enim sororem Gygaeam, Amyntae filiam, Bubares Persa habuit in matrimonio, ex qua natus est Asiaticus Amyntas, de avo nomen gerens, quem rex magna urbe Phrygiae Alabandis donavit cum reditibus inde percipiendis: partim vero hac caussa Alexandrum Mardonius misit, quod audivisset, hospitem Atheniensium eum esse et bene de illis meritum. Hac enim maxime ratione se sibi adiungere posse Athenienses existimavit, quos audiverat non minus numerosum, quam fortem, esse populum; et quas mari clades

κατὰ τὴν θάλασσαν συντυχόντα σφι παθήματα κατεργασαμένους μάλιστα Ἀθηναίους ἐπίστατο. τουτέων δὲ προσγενομένων, κατήλπιζε εὐπετέως τῆς θαλάσσης κρατήσειν, τά περ ἂν καὶ ἦν· πεζῇ τε ἐδόκεε πολλὸν εἶναι κρέσσων· οὕτω τε ἐλογίζετο κατύπερθε οἱ τὰ πρήγματα ἔσεσθαι τῶν Ἑλληνικῶν. τάχα δ' ἂν καὶ τὰ χρηστήρια ταῦτά οἱ προλέγοι, συμβουλεύοντα σύμμαχον τὸ Ἀθηναῖόν οἱ ποιήσασθαι· τοῖσι δὴ πειθόμενος ἔπεμπε.

Τοῦ δὲ Ἀλεξάνδρου τούτου ἕβδομος γενέτωρ Περδίκκης ἐστὶ, ὁ κτησάμενος τῶν Μακεδόνων τὴν τυραννίδα τρόπῳ τοιῷδε. Ἐξ Ἄργεος ἔφυγον ἐς Ἰλλυριοὺς τῶν Τημενοῦ ἀπογόνων τρεῖς ἀδελφεοὶ, Γαυάνης τε καὶ Ἀέροπος καὶ Περδίκκης· ἐκ δὲ Ἰλλυριῶν ὑπερβαλόντες ἐς τὴν ἄνω Μακεδονίην, ἀπίκοντο ἐς Λεβαίην πόλιν. 137

passi Persae erant, harum auctores Athenienses potissimum fuisse noverat. His autem sibi adiunctis, facile maris imperio se potiturum speravit; id quod etiam usu venturum fuerat; terrâ autem longe sibi videbatur esse superior: atque ita res suas rebus Graecorum superiores fore secum reputavit. Fortasse vero etiam oracula hoc ei praedixerint, monuerintque eum ut Athenienses sibi socios conciliaret; hisque ille morem gerens Alexandrum miserit.

(137.) Alexandri huius septimus progenitor *Perdiccas* ille fuit, qui *Macedonum regno potitus* erat tali modo. Ex Temeni posteris tres fratres, Gauanes, Aëropus, et Perdiccas, *Argis* in Illyriorum fines profugerant: ex Illyriis vero in superiorem Macedoniam transgressi, Lebaeam oppidum pervenerant.

ἐνθαῦτα δὲ ἐθήτευον ἐπὶ μισθῷ παρὰ τῷ βασιλέϊ· ὁ μὲν, ἵππους νέμων· ὁ δὲ, βοῦς· ὁ δὲ νεώτατος αὐτέων Περδίκκης, τὰ λεπτὰ τῶν προβάτων. ἔσαν δὲ τὸ πάλαι καὶ αἱ τυραννίδες τῶν ἀνθρώπων ἀσθενέες χρήμασι, οὐ μοῦνον ὁ δῆμος· ἡ δὲ γυνὴ τοῦ βασιλῆος, αὐτὴ τὰ σιτία σφι ἔπεσσε. ὁκως δὲ ὀπτῷτο ὁ ἄρτος τοῦ παιδὸς τοῦ θητὸς Περδίκκεω, διπλήσιος ἐγίνετο αὐτὸς ἑωυτοῦ. ἐπεὶ δὲ αἰεὶ τωὐτὸ τοῦτο ἐγίνετο, εἶπε πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν ἑωυτῆς. τὸν δὲ ἀκούσαντα ἐσῆλθε αὐτίκα, ὡς εἴη τέρας, καὶ φέροι ἐς μέγα τι. καλέσας δὲ τοὺς θῆτας, προηγόρευέ σφι ἀπαλλάσσεσθαι ἐκ γῆς τῆς ἑωυτοῦ. οἱ δὲ, τὸν μισθὸν, ἔφασαν, δίκαιοι εἶναι ἀπολαβόντες, οὕτω ἐξιέναι. ἐνθαῦτα ὁ βασιλεὺς, τοῦ μισθοῦ πέρι ἀκούσας, ἦν γὰρ κατὰ τὴν καπνοδόκην ἐς τὸν οἶκον ἐσέχων ὁ ἥλιος, εἶπε, θεοβλαβὴς γενόμενος· „Μι-

Ibi apud regem mercede servierunt; unus equos pascens; alter, boves; natu minimus, *Perdiccas*, minores pecudes. Fuerunt autem olim etiam reges, inopes pecuniae, non solum populus: itaque regis uxor ipsa panem coquebat. Quoties vero coquebatur panis pueri mercenarii Perdiccae, duplo maior fiebat quam consentaneum erat. Ubi vero constanter hoc ita accidit, marito rem illa indicavit. Quo audito, statim subiit illius animum, esse hoc prodigium, quod ad magnum quidpiam spectet. Itaque vocatos ad se hos mercenarios iussit finibus suis excedere. Cui illi responderunt, *postquam promeritam accepissent mercedem, velle se excedere.* Ibi tunc rex, mercedis mentionem audiens, quum forte per caminum solis lumen in conclave incideret, divinitus mente captus,

685, 9.

„σὸν δὲ ὑμῖν ἐγὼ ὑμέων ἄξιον τόνδε ἀποδίδωμι·“ δείξας τὸν ἥλιον. ὁ μὲν δὴ Γαυάνης τε καὶ ὁ Ἀέροπος, οἱ πρεσβύτεροι, ἔστασαν ἐκπεπληγμένοι, ὡς ἤκουσαν ταῦτα. ὁ δὲ παῖς, ἐτύγχανε γὰρ ἔχων μάχαιραν, εἶπας τάδε· „Δεκόμεθα, ὦ βασιλεῦ, τὰ διδοῖς·“ περιγράφει τῇ μαχαίρῃ ἐς τὸ ἔδαφος τοῦ οἴκου τὸν ἥλιον· περιγράψας δὲ, ἐς τὸν κόλπον τρὶς ἀρυσάμενος τοῦ ἡλίου, ἀπαλλάσσετο αὐτός τε καὶ οἱ μετ' ἐκείνου. Οἱ μὲν 138
δὴ ἀπῄεσαν· τῷ δὲ βασιλεῖ σημαίνει τις τῶν παρέδρων, οἷόν τι χρῆμα ποιήσειε ὁ παῖς, καὶ ὡς σὺν νόῳ κείνων ὁ νεώτατος λάβοι τὰ διδόμενα. ὁ δὲ, ταῦτα ἀκούσας, καὶ ὀξυνθεὶς, πέμπει ἐπ' αὐτοὺς ἱππέας ἀπολέοντας. ποταμὸς δέ ἐστι ἐν τῇ χώρῃ ταύτῃ, τῷ θύουσι οἱ τουτέων τῶν ἀνδρῶν ἀπ' Ἄργεος ἀπόγονοι Σωτῆρι. οὗτος, ἐπεί τε διέβησαν οἱ Τημενίδαι, μέγας οὕτω ἐρρύη ὥστε

ait: *mercedem vobis ego dignam hanc persolvo;* solem monstrans. Et Gauanes quidem et Aëropus, natu maiores, hoc ut audivere, attoniti steterunt: at puer: *Accipimus,* ait, *Rex, quae nobis das;* et cultro, quem forte habebat, solis lumen in pavimento conclavis circumscripsit, eoque facto ter deinceps radios solis in sinum suum hausit, atque ita cum fratribus abiit. (138.) Qui postquam abierant, unus ex assessoribus monuit regem quid esset quod fecisset puer, quamque prudenter fratrum natu minimus accepisset quod rex illis dedisset. Et rex, his auditis, irâ correptus, equites nonnullos misit, qui illos insequerentur et interficerent. Est autem in hac regione fluvius, cui posteri horum Argivorum virorum sacra faciunt, tamquam Servatori. Hic fluvius,

τοὺς ἱππέας μὴ οἵους τε γενέσθαι διαβῆναι. Οἱ δὲ, ἀπικόμενοι ἐς ἄλλην γῆν τῆς Μακεδονίης, οἴκησαν πέ- 10
λας τῶν κήπων τῶν λεγομένων εἶναι Μίδεω τοῦ Γορδίεω· ἐν τοῖσι φύεται αὐτόματα ῥόδα, ἐν ἕκαστον ἔχον ἑξήκοντα φύλλα, ὀδμῇ τε ὑπερφέροντα τῶν ἄλλων. ἐν τούτοισι καὶ ὁ Σιληνὸς τοῖσι κήποισι ἥλω, ὡς λέγεται ὑπὸ Μακεδόνων. ὑπὲρ δὲ τῶν κήπων οὖρος κέεται, Βέρμιον 15
οὔνομα, ἄβατον ὑπὸ χειμῶνος. ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεώμενοι, ὡς ταύτην ἔσχον, κατεστρέφοντο καὶ τὴν ἄλλην Μα-
139 κεδονίην. Ἀπὸ τούτου δὴ τοῦ Περδίκκεω Ἀλέξανδρος ὧδε ἐγεγόνεε. Ἀμύντεω παῖς ἦν Ἀλέξανδρος· Ἀμύντης δὲ, Ἀλκέτεω· Ἀλκέτεω δὲ πατὴρ ἦν Ἀέροπος· τοῦ δὲ, Φίλιππος· Φιλίππου δὲ, Ἀργαῖος· τοῦ δὲ, Περδίκ-

postquam eum traiecerant Temenidae, ita auctus fluxit, ut transire equites non possent. Illi vero in aliam Macedoniae regionem secesserunt, habitaruntque prope *hortos* qui dicuntur *Midae*, Gordiae filii: quibus in hortis sponte nascuntur *rosae*, quarum unaquaeque sexaginta folia habet, et quae odore praestant caeteris. In eisdem hortis etiam *Silenus* captus erat, ut narrant Macedones. Supra istos hortos mons situs est, cui Bermius nomen, aditu difficilis ob aëris intemperiem. Inde impetu facto, postquam hac regione potiti sunt, reliquam etiam Macedoniam sub potestatem suam redegerunt. (139.) Ab hoc igitur Perdicca *Alexander* ortus est hisce progenitoribus. Amyntas, cuius filius Alexander fuit, patrem habuit Alcetam; Alcetae pater fuit Aëropus; Aëropi pater, Philippus; Philippi, Argaeus; Argaei pater, Perdic-

κης ὁ κτησάμενος τὴν ἀρχήν. ἐγεγόνεε μὲν δὴ ὧδε Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω.

Ὡς δὲ ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας ἀποπεμφθεὶς ὑπὸ Μαρδονίου, ἔλεγε τάδε. „Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Μαρδόνιος τάδε λέγει· Ἐμοὶ ἀγγελὴ ἥκει παρὰ βασιλῆος, λέγουσα οὕτω· Ἀθηναίοισι τὰς ἁμαρτάδας τὰς ἐς ἐμὲ ἐξ ἐκείνων γενομένας πάσας μετίημι· νῦν τε ὧδε, Μαρδόνιε, ποίεε. τοῦτο μὲν, τὴν γῆν σφι ἀπόδος· τοῦτο δὲ, ἄλλην πρὸς ταύτῃ ἐλέσθων αὐτοὶ, ἣν τινα ἂν ἐθέλωσι, ἐόντες αὐτόνομοι· ἱρά τε πάντα σφι, ἢν δὴ βούλωνταί γε ἐμοὶ ὁμολογέειν, ἀνόρθωσον, ὅσα ἐγὼ ἐνέπρησα. Τουτέων δὲ ἀπιγμένων, ἀναγκαίως ἔχει μοι ποιέειν ταῦτα, ἢν μὴ τὸ ὑμέτερον ἀντίον γένηται. Λέγω δὲ ὑμῖν τάδε. νῦν τί μαίνεσθε, πόλεμον βασιλέϊ ἀνταειρόμενοι; οὔτε γὰρ ἂν ὑπερβάλοισθε, οὔτε

cas is qui regno potitus est. Hi fuere Alexandri, Amyntae filii, progenitores.

(140.) Postquam a Mardonio missus *Alexander* Athenas venit, tali usus est oratione. (1.) *Viri Athenienses! Mardonius haec dicit. Nuncius mihi a Rege venit in haec verba: Atheniensibus iniuriam omnem mihi ab illis inlatam remitto; quare tu hoc fac, Mardonie! et terram eorum illis redde, et ipsi praeter hanc eligant aliam, quamcumque voluerint, et sui iuris sunto: et templa omnia, quae ego cremavi, tu illis instaura, si modo societatem mecum voluerint iungere. Hic quum mihi nuncius advenerit, necessario haec exsequi me oportet, nisi vos ipsi obstiteritis. Hoc autem vobis dico. Quid nunc insanientes arma fertis con-*

„οἷοί τε ἐστὲ ἀντέχειν τὸν πάντα χρόνον. εἴδετε μὲν γὰρ
„τῆς Ξέρξεω στρατηλασίης τὸ πλῆθος, καὶ τὰ ἔργα· 15
„πυνθάνεσθε δὲ καὶ τὴν νῦν παρ' ἐμὲ ἐοῦσαν δύναμιν·
„ὥστε καὶ ἢν ἡμέας ὑπερβάλησθε, καὶ νικήσητε, (τοῦ
„περ ὑμῖν οὐδεμίη ἐλπὶς, εἴπερ εὖ Φρονέετε,) ἄλλη
„παρέσται πολλαπλησίη. μὴ ὦν βούλησθε παρισεύ-
„μενοι βασιλέϊ, στέρεσθαι μὲν τῆς χώρης, Θέειν δὲ 20
„αἰεὶ περὶ ὑμέων αὐτῶν· ἀλλὰ καταλύσασθε. παρέ-
„χει δὲ ὑμῖν κάλλιστα καταλύσασθαι, βασιλῆος ταύ-
„τῃ ὡρμημένου. ἔστε ἐλεύθεροι, ἡμῖν ὁμαιχμίην συνθέ-
140 „μενοι ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης. Μαρδόνιος μὲν ταῦ-
(2) „τα, ὦ Ἀθηναῖοι, ἐνετείλατό μοι εἶπαι πρὸς ὑμέας. 25
„ἐγὼ δὲ περὶ μὲν εὐνοίης τῆς πρὸς ὑμέας ἐούσης ἐξ
„ἐμεῦ, οὐδὲν λέξω· οὐ γὰρ ἂν νῦν πρῶτον ἐκμάθοιτε.

tra Regem? neque enim superare eum poteritis, neque in omne futurum tempus ei resistere. Vidistis enim copiarum Xerxis multitudinem et res gestas; audivistis etiam quanta nunc vis sit mecum: ita quidem, ut etiamsi nos superaretis et vinceretis, (quod quidem, si bene sapitis, neutiquam speratis) alius exercitus multis partibus numerosior adfuturus esset. Nolite igitur, regi vos aequantes, terrâ privari vestrâ, et perpetuo in periculo de salute vestra versari: sed componite bellum. Potestis autem praeclarissime illud componere, quum rex in hanc partem animo feratur. Estote liberi, armorum societate sine fraude et dolo nobiscum contractâ. (140, 2.) *Haec, Athenienses! Mardonius ut vobis dicerem mihi mandavit. Ego vero de mea in vos benevolentia nihil dicam: nec enim nunc*

„προσχρήζω δὲ ὑμέων, πείθεσθαι Μαρδονίῳ. ἐνορέω „γὰρ ὑμῖν οὐκ οἵοισί τε ἐσομένοισι τὸν πάντα χρόνον „πολεμέειν Ξέρξῃ. εἰ γὰρ ἐνώρων τοῦτο ἐν ὑμῖν, οὐκ „ἄν κοτε ἐς ὑμέας ἦλθον ἔχων λόγους τούσδε. καὶ γὰρ „δύναμις ὑπὲρ ἄνθρωπον ἡ βασιλῆός ἐστι, καὶ χεὶρ „ὑπερμήκης. ἢν ὦν μὴ αὐτίκα ὁμολογήσητε, μεγάλα „προτεινόντων ἐπ' οἵσι ὁμολογέειν ἐθέλουσι, δειμαίνω „ὑπὲρ ὑμέων, ἐν τρίβῳ τε μάλιστα οἰκημένων τῶν „συμμάχων πάντων, αἰεί τε φθειρομένων μούνων, ἐξαί- „ρετόν τι μεταίχμιον τὴν γῆν κεκτημένων. ἀλλὰ πεί- „σθεσθε! πολλοῦ γὰρ ὑμῖν ἄξια ταῦτα, εἰ Βασιλεύς „γε ὁ μέγας μούνοισι ὑμῖν Ἑλλήνων τὰς ἁμαρτάδας „ἀπιεὶς, ἐθέλει φίλος γενέσθαι." Ἀλέξανδρος μὲν ταῦ-

primum, puto, experti illam fueritis. Oro autem vos et obsecro, ut morem geratis Mardonio. Perspectum enim habeo fieri non posse, ut perpetuo bellum geratis cum Xerxe: namque hoc si fieri posse intelligerem, numquam ad vos huiusmodi cum sermone venissem. Est enim Regis potentia plusquam humana, et manus supra quam dici potest longa. Quare nisi propere foedus cum eo inieritis, quando tanta vobis commoda, si pacisci cum eo volueritis, pollicetur; timeo vobis, qui prae reliquis omnibus sociis maxime in via expositi estis, semperque soli perdimini, quippe terram incolentes quae prae caeteris veluti inter duas acies media interiecta est. At morem gerite! Etenim maximi vobis momenti res est, si Rex magnus vobis solis ex omnibus Graecis peccata condonans, amicitiam vobiscum vult contrahere. Haec *Ale-*

141 τα ἔλεξε. Λακεδαιμόνιοι δὲ, πυθόμενοι ἥκειν Ἀλέξ-
ανδρον ἐς Ἀθήνας, ἐς ὁμολογίην ἄξοντα τῷ βαρβάρῳ
Ἀθηναίους, ἀναμνησθέντες τῶν λογίων, ὡς σφέας χρεὸν
ἐστὶ ἅμα τοῖσι ἄλλοισι Δωριεῦσι ἐκπίπτειν ἐκ Πελο-
ποννήσου ὑπὸ Μήδων τε καὶ Ἀθηναίων, κάρτα τε ἔδει- 5
σαν μὴ ὁμολογήσωσι τῷ Πέρσῃ Ἀθηναῖοι, αὐτίκα τέ
σφι ἔδοξε πέμπειν ἀγγέλους. καὶ δὴ συνέπιπτε ὥστε
ὁμοῦ σφέων γίνεσθαι τὴν κατάστασιν. ἐπανέμειναν γὰρ
οἱ Ἀθηναῖοι διατρίβοντες, εὖ ἐπιστάμενοι ὅτι ἔμελλον
Λακεδαιμόνιοι πεύσεσθαι ἥκοντα παρὰ τοῦ Βαρβάρου 10
ἄγγελον ἐπ' ὁμολογίῃ, πυθόμενοί τε πέμψειν κατὰ τά-
χος ἀγγέλους. ἐπίτηδες ὦν ἐποίευν ἐνδεικνύμενοι τοῖσι
142 Λακεδαιμονίοισι τὴν ἑωυτῶν γνώμην. Ὡς δὲ ἐπαύσα-
το λέγων Ἀλέξανδρος, διαδεξάμενοι ἔλεγον οἱ ἀπὸ

xandri fuit oratio. (141.) *Lacedaemonii* vero ut audivere Alexandrum Athenas venisse persuasurum Atheniensibus ut foedus cum Barbaro faciant; memores oraculorum, quae praedixerant in fatis esse ut ipsi cum caeteris Doriensibus a Medis et Atheniensibus Peloponneso eiiciantur, vehementer timuerunt ne cum Persa societatem Athenienses contraherent, et propere legatos Athenas mittere decreverunt. Atque ita contigit, ut utrique simul (in senatum) introducerentur. Exspectaverant enim Athenienses et moras traxerant, bene gnari rescituros Lacedaemonios venisse a Barbaro nuncium ad pacem conciliandam, eaque re cognita protinus legatos missuros. Quare consulto tempus duxerant, quo sententiam suam Lacedaemoniis declararent. (142.) Ubi igitur dicendi finem Alexander fecit, sermonem ex-

Σπάρτης ἄγγελοι· „Ἡμέας δὲ ἔπεμψαν Λακεδαιμό-
„νιοι δεησομένους ὑμέων, μήτε νεώτερον ποιέειν μηδὲν
„κατὰ τὴν Ἑλλάδα, μήτε λόγους ἐνδέκεσθαι παρὰ
„τοῦ Βαρβάρου. οὔτε γὰρ δίκαιον οὐδαμῶς, οὔτε κόσ-
„μον φέρον οὔτε γε ἄλλοισι Ἑλλήνων οὐδαμοῖσι, ὑμῖν
„δὲ δὴ καὶ διὰ πάντων ἥκιστα, πολλῶν εἵνεκα. ἐγεί-
„ρατε γὰρ τόνδε τὸν πόλεμον ὑμεῖς, οὐδὲν ἡμέων βου-
„λομένων, καὶ περὶ τῆς ὑμετέρης ἀρχὴν ὁ ἀγὼν ἐγέ-
„νετο· νῦν δὲ φέρει καὶ ἐς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. ἄλ-
„λως τε, τουτέων ἀπαντώντων, αἰτίους γενέσθαι δουλο-
„σύνης τοῖσι Ἕλλησι Ἀθηναίους, οὐδαμῶς ἀνασχετόν·
„οἵτινες αἰεὶ καὶ τὸ πάλαι φαίνεσθε πολλοὺς ἐλευθε-
„ρώσαντες ἀνθρώπων. Πιεζευμένοισι μέντοι ὑμῖν συναχ-

CXLII. 10. ἀρχὴν *ex coniect. pro vulgato olim* ἀρχῆς. *l.* 12. ἀπαντώντων *ex coniectura, pro vulg.* ἀπάντων.

cipientes *Spartani legati*, in hunc modum sunt locuti: *Miserunt nos Lacedaemonii petituros a vobis, ne quid novarum rerum in Graecia moveatis, neque conditiones admittatis a Barbaro vobis oblatas. Nam et iniquissimum hoc foret; et aliis quidem etiam Gracis omnibus, sed vobis maxime omnium, indignum et indecorum; idque multis de caussis. Nam bellum hoc vos, invitis nobis, concitastis: et initio de vestra solum terra certamen fuit, nunc vero ad universam etiam pertinet Graeciam. Quae quum ita sint, tanto magis foret intolerabile, si servitutis auctores Graecis fierent Athenienses; qui semper et iam a priscis temporibus palam libertatis auctores multis hominibus fuerunt. Quod autem vos prae caeteris hoc bello*

„θώμεθα, καὶ ὅτι καρπῶν ἐστερήθητε δι' ἔτεων ἤδη, καὶ „ὅτι οἰκοφθόρησθε χρόνον ἤδη πολλόν. ἀντὶ τουτέων δὲ „ὑμῖν Λακεδαιμόνιοί τε καὶ οἱ σύμμαχοι ἐπαγγέλ„λονται γυναῖκάς τε καὶ τὰ ἐς πόλεμον ἄχρηστα οἰκε„τέων ἐχόμενα πάντα ἐπιθρέψειν, ἔστ' ἂν ὁ πόλεμος „ὅδε συνεστήκῃ. Μὴ δὲ ὑμέας Ἀλέξανδρος ὁ Μακε„δὼν ἀναγνώσῃ, λῆνας τὸν Μαρδονίου λόγον. τούτῳ „μὲν γὰρ ταῦτα ποιητέα ἐστί· τύραννος γὰρ ἐὼν, τυ„ράννῳ συγκατεργάζεται. ὑμῖν δέ γε οὐ ποιητέα, εἴ „περ εὖ τυγχάνετε φρονέοντες, ἐπισταμένοισι, ὡς Βαρ„βάροισί ἐστι οὔτε πιστὸν, οὔτε ἀληθὲς οὐδέν." Ταῦ-
143 τα ἔλεξαν οἱ ἄγγελοι. Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς μὲν Ἀλέξαν-δρον ὑπεκρίναντο τάδε· „Καὶ αὐτοὶ τοῦτό γε ἐπιστά„μεθα, ὅτι πολλαπλησίη ἐστὶ τῷ Μήδῳ δύναμις ἢ περ

premimini, et duorum iam annorum fructibus estis privati, et tamdiu iam domus et fortunae vestrae eversae iacent, condolemus vobiscum: et propterea profitentur vobis recipiuntque Lacedaemonii et reliqui socii, alituros se uxores vestras et quidquid vestris in familiis ad bellum est inutile, quoad bellum hoc duraturum est. Ne vero Alexander Macedo laevigato Mardonii sermone vos commoveat! Huic enim hoc facere convenit; quippe, tyrannus quum sit, tyranno operam praestat. At vos non facietis, si quidem recte sapitis; bene gnari, in Barbaris nec fidem nec veritatem esse. Haec Spartani legati dixere. (143.) *Athenienses* vero Alexandro in hunc modum responderunt: *Ne nos quidem ignoramus, multis partibus maiorem Medo, quam nobis, esse poten-*

689, 27.

„ἡμῖν· ὥστε οὐδὲν δέει τοῦτό γε ὀνειδίζειν. ἀλλ' ὅμως,
„ἐλευθερίης γλιχόμενοι, ἀμυνεύμεθα οὕτω ὅκως ἂν καὶ
„δυνώμεθα. ὁμολογῆσαι δὲ τῷ Βαρβάρῳ μήτε σὺ ἡμέας
„πειρῶ ἀναπείθειν, οὔτε ἡμέες πεισόμεθα. Νῦν δὲ ἀπάγ-
„γελλε Μαρδονίῳ, ὡς Ἀθηναῖοι λέγουσι, ἔστ' ἂν ὁ
„ἥλιος τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἴῃ τῇ περ καὶ νῦν ἔρχεται, μή
„ποτε ὁμολογήσειν ἡμέας Ξέρξῃ· ἀλλὰ θεοῖσί τε συμ-
„μάχοισι πίσυνοί μιν ἐπεξίμεν ἀμυνόμενοι, καὶ τοῖσι
„ἥρωσι· τῶν ἐκεῖνος οὐδεμίην ὄπιν ἔχων, ἐνέπρησε τούς
„τε οἴκους καὶ τὰ ἀγάλματα. σύ τε τοῦ λοιποῦ λό-
„γους ἔχων τοιούσδε μὴ ἐπιφαίνεο Ἀθηναίοισι· μηδὲ
„δοκέων χρηστὰ ὑπουργέειν, ἀθέμιστα ἔρδειν παραίνεε.
„οὐ γάρ σε βουλόμεθα οὐδὲν ἄχαρι πρὸς Ἀθηναίων
„παθέειν, ἐόντα πρόξεινόν τε καὶ φίλον." Πρὸς μὲν 144

tiam; ut non opus sit de illa nos multa cum ostentatione admonere. Verumtamen, quum libertatis simus studiosi, resistemus ei quocumque modo poterimus. Itaque, ut societatem contrahamus cum Barbaro, desine conari ut nobis persuadeas; nec enim persuadebis. Nunc vero renuncia Mardonio, dicere Athenienses, quousque sol eâdem viâ incedet, qua nunc incedit, numquam nos societatem inituros cum Xerxe: sed adiutoribus confidentes diis et heroibus, quibus ille spretis aedes et simulacra eorum cremavit, fortiter pugnando ulcisci illum conabimur. Et tu cave, ne posthac tales adferens sermones Athenis conspiciaris; neque per speciem commodis nostris inserviendi, ut nefaria faciamus, nos horteris: nolumus enim tibi ingrati quidpiam accidere ab Atheniensibus, quum

Ἀλέξανδρον ταῦτα ὑπεκρίναντο· πρὸς δὲ τοὺς ἀπὸ Σπάρτης ἀγγέλους, τάδε· „Τὸ μὲν δεῖσαι Λακεδαι-„μονίους μὴ ὁμολογήσωμεν τῷ Βαρβάρῳ, κάρτα ἀνθρω-„πήϊον ἦν. ἀταρ αἰσχρῶς γε οἴκατε, ἐξεπιστάμενοι „τῶν Ἀθηναίων τὸ φρόνημα, ἀρρωδῆσαι· ὅτι οὔτε χρυ-„σός ἐστι γῆς οὐδαμόθι τοσοῦτος, οὔτε χώρη κάλλεϊ „καὶ ἀρετῇ μέγα ὑπερφέρουσα, τὰ ἡμεῖς δεξάμενοι, „ἐθέλοιμεν ἂν μηδίσαντες, καταδουλῶσαι τὴν Ἑλλά-„δα. Πολλά τε γὰρ καὶ μεγάλα ἐστὶ τὰ διακωλύον-„τα ταῦτα μὴ ποιέειν, μηδ' ἢν ἐθέλωμεν. πρῶτα μὲν „καὶ μέγιστα, τῶν θεῶν τὰ ἀγάλματα καὶ τὰ οἰκή-„ματα ἐμπεπρησμένα τε καὶ συγκεχωσμένα· τοῖσι „ἡμέας ἀναγκαίως ἔχει τιμωρέειν ἐς τὰ μέγιστα

sis publicus hospes noster et amicus. (144.) Haec quum Alexandro *Athenienses* respondissent, ad Lacedaemonios sermonem converterunt his verbis: *Quod verentur Lacedaemonii ne cum Barbaris nos societatem contrahamus, id vero admodum humanum est. At turpiter utique hoc videmini vereri; quum, quo pacto animati sint Athenienses, non ignoretis. Neque enim tanta auri copia usquam est, neque terra ulla pulcritudine et fertilitate ita praestans, ut eâ acceptâ vellemus cum Medis facere, et Graeciam redigere in servitutem. Etenim multa et magna sunt, quae nos, ne id faciamus, etiam si vellemus, prohibeant. Primum quidem, et maxime, deorum simulacra et templa cremata et solo aequata: quorum facinorum necessario, quibuscumque modis possumus, poenam*

„μᾶλλον, ἢ περ ὁμολογέειν τῷ ταῦτα ἐργασαμένῳ. „αὖτις δὲ, τὸ Ἑλληνικὸν ἐὸν ὅμαιμόν τε καὶ ὁμόγλωσ- „σον, καὶ θεῶν ἱδρύματά τε κοινὰ καὶ θυσίαι, ἤθεά „τε ὁμότροπα· τῶν προδότας γενέσθαι Ἀθηναίους οὐκ „ἂν εὖ ἔχοι. ἐπίστασθέ τε οὕτω, εἰ μὴ πρότερον ἐτυγ- „χάνετε ἐπισταμενοι, ἔστ' ἂν καὶ εἷς περιῇ Ἀθηναίων, „μηδαμᾶ ὁμολογήσοντας ἡμέας Ξέρξῃ. Ὑμέων μέν- „τοι ἀγάμεθα τὴν προνοίην, τὴν ἐς ἡμέας ἔχουσαν, ὅτι „προεἰδετε ἡμέων οἰκοφθορημένων οὕτω, ὥστε ἐπιβρέ- „ψαι ἐθέλειν ἡμέων τοὺς οἰκέτας. καὶ ὑμῖν μὲν ἡ χά- „ρις ἐκπεπλήρωται· ἡμέες μέντοι λιπαρήσομεν οὕτω, „ὅκως ἂν ἔχωμεν, οὐδὲν λυπέοντες ὑμέας. Νῦν δὲ, ὡς „οὕτω ἐχόντων, στρατιὴν ὡς τάχιστα ἐκπέμπετε. ὡς „γὰρ ἡμέες εἰκάζομεν, οὐκ ἐκὰς χρόνου παρέσται ὁ

repetere potius debemus, quam societatem contrahere cum eo qui haec patravit. Deinde, quum Graecum omne genus consanguineum sit, et linguam et deorum sedes et sacra communia habeamus, et mores consimiles; nefaria res foret, si horum proditores fierent Athenienses. Denique scitote, si forte adhuc nescivistis, quoad vel unus supererit Atheniensium, numquam nos cum Xerxe societatem inituros. Vestram autem providam erga nos laudamus voluntatem; quod nobis, quorum fortunae eversae sunt, ita prospicitis, ut nutrire familias nostras velitis. Atque ita vestrum quidem expletum est beneficium: at nos tamen in hoc quo sumus statu durabimus, nullam vobis molestiam exhibituri. Nunc vero, haec quum ita sint, maturate ocyus exercitum mittere. Nam, ut suspicamur, nullâ interpositâ morâ aderit Bar-

„Βάρβαροϛ ἐσβαλὼν ἐς τὴν ἡμετέρην, ἀλλ' ἐπειδὰν
„τάχιστα πύθηται τὴν ἀγγελίην, ὅτι οὐδὲν ποιήσομεν
„τῶν ἐκεῖνος ἡμέων προσεδέετο. πρὶν ὦν παρεῖναι ἐκεῖνον
„ἐς τὴν Ἀττικὴν, ἡμέας καιρός ἐστι προσβωθῆσαι ἐς
„τὴν Βοιωτίην." Οἱ μὲν, ταῦτα ὑποκριναμένων Ἀθη-
ναίων, ἀπαλλάσσοντο ἐς Σπάρτην.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ Η'.

barus et terram nostram invadet, simulatque ei fuerit renunciatum, nihil nos eorum quae a nobis petiit facturos. Itaque necesse est, ut, priusquam ille in Atticam venerit, nos ei in Boeotiam occurramus. Hoc ab Atheniensibus accepto responso, Spartam rediere legati.

FINIS LIBRI OCTAVI
HISTORIARUM HERODOTI.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΕΝΝΑΤΗ.

ΚΑΛΛΙΟΠΗ.

ΜΑΡΔΟΝΙΟΣ δὲ, ὡς οἱ ἀπονοστήσας Ἀλέξανδρος 1
τὰ παρὰ Ἀθηναίων ἐσήμηνε, ὁρμηθεὶς ἐκ Θεσσαλίης,
ἦγε τὴν στρατιὴν σπουδῇ ἐπὶ τὰς Ἀθήνας· ὅκου δὲ ἑκά-
στοτε γίνοιτο, τούτους παρελάμβανε. τοῖσι δὲ Θεσσα-
λίης ἡγεομένοισι οὔτε τὰ πρὸ τοῦ πεπρηγμένα μετέ-
μελε οὐδὲν, πολλῷ τε μᾶλλον ἐπῆγον τὸν Πέρσην·

HERODOTI HISTORIARUM

LIBER NONUS.

CALLIOPE.

(1.) MARDONIUS, ut ei Alexander, Athenis reversus, responsa renunciavit Atheniensium, movit e Thessalia, et exercitum adversus Athenas ducere maturavit: quacumque autem iter faciebat, inde semper adsumtis militibus exercitum auxit. Et Thessalos nihil eorum, quae adhuc acta erant, poenituit, multo-

καὶ συμπροέπεμψέ τε Θώρηξ ὁ Λαρισσαῖος Ξέρξεα φεύγοντα, καὶ τότε ἐκ τοῦ Φανερσοῦ παρῆκε Μαρδόνιον ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. Ἐπεὶ δὲ πορευόμενος γίνεται ὁ στρατὸς ἐν Βοιωτοῖσι, οἱ Θηβαῖοι κατελάμβανον τὸν Μαρδόνιον, καὶ συνεβούλευον αὐτῷ, λέγοντες ὡς οὐκ εἴη χῶρος ἐπιτηδεώτερος ἐνστρατοπεδεύεσθαι ἐκείνου, οὐδὲ ἕων ἰέναι ἑκαστέρω, ἀλλ' αὐτοῦ ἰζόμενον, ποιέειν ὅκως ἀμαχητὶ τὴν πᾶσαν Ἑλλάδα καταστρέψηται. „Κατὰ μὲν γὰρ τὸ ἰσχυρὸν, Ἕλληνας ὁμοφρονέοντας, „οἷπερ καὶ πάρος ταὐτὰ ἐγίνωσκον, χαλεπὰ εἶναι πε„ριγίνεσθαι καὶ ἅπασι ἀνθρώποισι. Εἰ δὲ ποιήσεις τὰ „ἡμεῖς παραινέομεν, ἕΘασαν λέγοντες, ἕξεις ἀπόνως „ἅπαντα τὰ κείνων βουλεύματα. πέμπε χρήματα ἐς „τοὺς δυναστεύοντας ἄνδρας ἐν τῇσι πόλισι. πέμπων

2

que etiam studiosius hi Persam ad hanc expeditionem incitaverant: et Thorax Larissaeus, qui Xerxem fugientem comitatus erat, nunc etiam palam *Mardonium* in Graeciam transmisit. (2.) Ubi vero progrediens exercitus *in Boeotia* fuit, ibi tunc Mardonium *Thebani* retinuerunt, consulueruntque ei, dicentes *nullum esse locum magis idoneum ubi castra poneret:* et ulterius progredi prohibuerunt, hortantes ut ibi manens operam daret quo sine pugna universam Graeciam in potestatem redigeret. *Vi enim et armis subigere Graecos, si concordes sint sicut adhuc fuerunt, cunctis etiam hominibus esse difficile. At tu,* (aiebant) *si quod nos suademus feceris, nullo negotio omnia illorum consilia in potestate tua habebis. Mitte pecunias viris qui in quibusque civitatibus principatum tenent: et in*

692, 26.

„δὲ, τὴν Ἑλλάδα διαστήσεις· ἐνθεῦτεν δὲ τοὺς μὴ τὰ
„σὰ φρονέοντας ῥηϊδίως μετὰ τῶν στασιωτέων κατα-
„στρέψεαι.“ Οἱ μὲν ταῦτα συνεβούλευον· ὁ δὲ οὐκ 3
ἐπείθετο, ἀλλά οἱ δεινός τις ἐνέστακτο ἵμερος τὰς Ἀθή-
νας δεύτερα ἑλέειν· ἅμα μὲν ὑπ' ἀγνωμοσύνης, ἅμα
δὲ πυρσοῖσι διὰ νήσων ἐδόκεε βασιλεῖ δηλώσειν ἐόντι ἐν
Σάρδισι, ὅτι ἔχοι Ἀθήνας. ὃς οὐδὲ τότε ἀπικόμενος ἐς
τὴν Ἀττικὴν εὗρε τοὺς Ἀθηναίους, ἀλλ' ἔν τε Σαλα-
μῖνι τοὺς πλείστους ἐπυνθάνετο εἶναι, ἔν τε τῇσι νηυσί·
αἱρέει τε ἐρῆμον τὸ ἄστυ. ἡ δὲ βασιλῆος αἵρεσις ἐς
τὴν ὑστεραίην τὴν Μαρδονίου ἐπιστρατηίην, δεκάμηνος
ἐγένετο.

Ἐπεὶ δὲ ἐν Ἀθήνῃσι ἐγένετο ὁ Μαρδόνιος, πέμπει ἐς 4
Σαλαμῖνα Μουρυχίδην, ἄνδρα Ἑλλησπόντιον, φέρον-
τα τοὺς αὐτοὺς λόγους τοὺς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μακε-

partes divides Graeciam; et eorum ope, qui tuas partes sequentur, hos qui tecum non facient, facile evertes. (3.) Haec illis suadentibus *Mardonius* non paruit; sed vehemens illum cupido incesserat Athenas iterum capiendi, partim stolida quadam ferocia ductum, partim quod ignium ope per insulas accensorum cogitaret regi Sardibus versanti significare, tenere sese Athenas. Ubi vero *in Atticam* pervenit, ne tunc quidem Athenienses in ea nactus est, sed plerosque in Salamine et in navibus esse audivit: itaque vacuam cepit urbem, et id quidem decimo post mense quam a Xerxe fuerat capta.

(4.) *Athenis* quum esset *Mardonius*, in Salaminem legatum misit Murychidem, virum Hellespontium; qui easdem Atheniensibus conditiones propo-

δὼν τοῖσι Ἀθηναίοισι διεπόρθμευσε. ταῦτα δὲ τὸ δεύτερον ἀπέστελλε, προέχων μὲν τῶν Ἀθηναίων οὐ Φιλίας γνώμας, ἐλπίζων δὲ σφέας ὑπήσειν τῆς ἀγνωμοσύνης, ὡς δοριαλώτου ἐούσης πάσης τῆς Ἀττικῆς χώρης, καὶ ἐούσης ἤδη ὑπ' ἑωυτῷ. τουτέων μὲν εἵνεκα ἀπέπεμψε Μουρυχίδην ἐς Σαλαμῖνα. Ὁ δὲ, ἀπικόμενος ἐπὶ τὴν βουλὴν, ἔλεγε τὰ παρὰ Μαρδονίου. τῶν δὲ βουλευτέων Λυκίδης εἶπε γνώμην, ὡς „οἱ ἐδόκεε ἄμεινον εἶναι, δεξαμένους τὸν λόγον τόν σφι Μουρυχίδης προφέρει, ἐξενεῖκαι ἐς τὸν δῆμον.“ ὁ μὲν δὴ ταύτην τὴν γνώμην ἀπεφαίνετο, εἴ τε δὴ δεδεγμένος χρήματα παρὰ Μαρδονίου, εἴ τε οἱ καὶ ταῦτα ἐάνδανε. Ἀθηναῖοι δὲ αὐτίκα, δεινὸν ποιησάμενοι, οἵ τε ἐκ τῆς βουλῆς, καὶ οἱ ἔξωθεν, ὡς ἐπύθοντο, περιστάντες Λυκίδεα κατέλευσαν βάλλοντες, τὸν δὲ Ἑλλησπόντιον Μουρυχί-

neret, quas Alexander ad illos pertulerat. Quamquam enim iam antea minime amicas Atheniensium acceperat sententias, iterum tamen nunc misit, sperans illos stolidâ superbiâ abstituros, quum bello capta esset universa Attica, et in ipsius iam esset potestate. Hac caussa Murychidem in Salaminem misit. (5.) Qui quum ad senatum venisset, exposuissetque Mardonii mandata; unus e senatoribus, Lycides, pro sententia dixit, *recte factum sibi videri, si acciperent conditionem a Murychide ipsis propositam, de eaque ad populum referrent.* Hanc ille sententiam dixit, sive quod pecunias a Mardonio accepisset, sive quod ipsi per se ita visum fuisset. Sed indignati Athenienses, quum senatores, tum qui foris stabant, ut cognoverunt, protinus circum-

δεα ἀπέπεμψαν αἰσινέα. γενομένου δὲ Θορύβου ἐν τῇ Σαλαμῖνι περὶ τὸν Λυκίδεα, πυνθάνονται τῶν Ἀθηναίων αἱ γυναῖκες τὸ γινόμενον· διακελευσαμένη δὲ γυνὴ γυναικὶ, καὶ παραλαβοῦσα, ἐπὶ τὴν Λυκίδεω οἰκίην ἦϊσαν αὐτοκελέες, καὶ κατὰ μὲν ἔλευσαν αὐτοῦ τὴν γυναῖκα, κατὰ δὲ τὰ τέκνα. Ἐς δὲ τὴν Σαλαμῖνα 6 διέβησαν οἱ Ἀθηναῖοι ὧδε. ἕως μὲν προσεδέκοντο ἐκ τῆς Πελοποννήσου στρατὸν ἥξειν τιμωρήσοντά σφι, οἱ δὲ ἔμενον ἐν τῇ Ἀττικῇ· ἐπεὶ δὲ οἱ μὲν μακρότερά τε καὶ σχολαίτερα ἐποίεον, ὁ δὲ ἐπιὼν καὶ δὴ ἐν τῇ Βοιωτίῃ ἐλέγετο εἶναι, οὕτω δὴ ὑπεξεκομίσαντό τε πάντα, καὶ αὐτοὶ διέβησαν ἐς Σαλαμῖνα· ἐς Λακεδαίμονά τε ἔπεμπον ἀγγέλους, ἅμα μὲν μεμψομένους τοῖσι Λακεδαιμονίοισι ὅτι περιεῖδον ἐμβαλόντα τὸν βάρβαρον ἐς

stantes Lycidem lapidibus obruerunt, Hellespontium vero Murychidem dimiserunt incolumem. Orto autem in Salamine propter Lycidem tumultu, quum rescivissent Atheniensium mulieres, quid rei esset, cohortatae invicem, et alia aliam prehendens, ultro aedes Lycidis petierunt, et uxorem eius et liberos lapidibus obruerunt. (6.) *Athenienses* vero hac ratione in *Salaminem* traiecerant. Quousque exspectabant exercitum ex Peloponneso sibi auxilio venturum, in Attica manserunt: quum vero magis magisque in longum rem ducerent Lacedaemonii, et Mardonius, contra ipsos movens, iam in Boeotia esse diceretur, tunc demum omnia sua exportarunt, ipsique in Salaminem transierunt. Simul vero legatos Lacedaemonem miserunt, qui et de Lacedaemoniis, quod Barbarum invadere Atticam passi essent, nec

τὴν Ἀττικὴν, ἀλλ' οὐ μετὰ σφέων ἠντίασαν ἐς τὴν Βοιω- 10
τίην· ἅμα δὲ ὑπομνήσοντας ὅσα σφι ὑπέσχετο ὁ Πέρ-
σης μεταβαλοῦσι δώσειν· προεῖπαί τε, ὅτι εἰ μὴ ἀμυ-
νεῦσι Ἀθηναίοισι, ὡς καὶ αὐτοί τινα ἀλεωρὴν εὑρήσον-
7 ται. Οἱ γὰρ δὴ Λακεδαιμόνιοι ὁρταζόν τε τοῦτον τὸν
χρόνον, καί σφι ἦν Ὑακίνθια· περὶ πλείστου δ' ἦγον
τὰ τοῦ θεοῦ πορσύνειν· ἅμα δὲ τὸ τεῖχος σφι τὸ ἐν τῷ
Ἰσθμῷ ἐτείχεον, καὶ ἤδη ἐπάλξεις ἐλάμβανε.

Ὡς δὲ ἀπίκοντο ἐς τὴν Λακεδαίμονα οἱ ἄγγελοι οἱ 5
ἀπ' Ἀθηναίων, ἅμα ἀγόμενοι ἔκ τε Μεγάρων ἀγγέ-
λους καὶ ἐκ Πλαταιέων, ἔλεγον τάδε ἐπελθόντες ἐπὶ
7 τοὺς ἐφόρους· „Ἔπεμψαν ἡμέας Ἀθηναῖοι, λέγοντες
(1) „ὅτι ἡμῖν βασιλεὺς ὁ Μήδων, τοῦτο μὲν, τὴν χώρην
„ἀποδιδοῖ· τοῦτο δὲ, συμμάχους ἐθέλει ἐπ' ἴσῃ τε καὶ 10

secum in Boeotiam obviam eï occurrissent, conquererentur, et illos admonerent quantum esset, quod ipsis Persa; si ad illius partes transissent, pollicitus esset; denique praedicerent Lacedaemoniis, nisi auxilio venirent Atheniensibus, ipsos etiam per se levamen aliquod inventuros esse malorum. (7.) Nempe festos dies tunc maxime agebant Lacedaemonii, Hyacinthia celebrantes, maximique faciebant rem divinam curare: simul vero etiam murum in Isthmo muniebant, isque iam lorica erat instructus.

Ut vero *Lacedaemonem legati Athenienses* pervenerunt, secum etiam Megarensium et Plataeensium ducentes legatos, introducti ad Ephoros, in hunc modum verba fecere: (7. 1.) *Miserunt nos Athenienses; dicentes, Medorum regem non modo terram nostram nobis reddit, verum nos aequa con-*

„ὁμοίῃ ποιήσασθαι, ἄνευ τε δόλου καὶ ἀπάτης· ἐθέλει
„δὲ καὶ ἄλλην χώρην πρὸς τῇ ἡμετέρῃ διδόναι, τὴν ἂν
„αὐτοὶ ἑλώμεθα. ἡμεῖς δὲ, Δία τε Ἑλλήνιον αἰδεσθέν-
„τες, καὶ τὴν Ἑλλάδα δεινὸν ποιεύμενοι προδοῦναι, οὐ
„καταινέσαμεν, ἀλλὰ ἀπειπάμεθα, καί περ ἀδικεό-
„μενοι ὑπ' Ἑλλήνων καὶ καταπροδιδόμενοι, ἐπιστάμε-
„νοί τε ὅτι κερδαλεώτερόν ἐστι ὁμολογέειν τῷ Πέρσῃ
„μᾶλλον ἤπερ πολεμέειν· οὐ μὲν οὐδὲ ὁμολογήσομεν
„ἑκόντες εἶναι. καὶ τὸ μὲν ἀπ' ἡμέων οὕτω, ἀκίβδηλον
„ἐὸν, νέμεται ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. Ὑμεῖς δὲ, ἐς πᾶ- 7
„σαν ἀρρωδίην τότε ἀπικόμενοι μὴ ὁμολογήσωμεν τῷ (2)
„Πέρσῃ, ἐπεί τε ἐξεμάθετε τὸ ἡμέτερον φρόνημα σα-
„φέως, ὅτι οὐδαμᾶ προδώσομεν τὴν Ἑλλάδα, καὶ

ditione sibi socios vult adiungere, sine dolo et fraude; atque etiam, praeter nostram, aliam nobis terram vult tradere, quamcumque ipsi elegerimus. At nos Graecanicum reverentes Iovem, remque indignam censentes prodere Graeciam, non sumus ei adsensi, sed repudiavimus conditionem, quamquam iniuria adfecti a Graecis proditique, et bene gnari longe nobis conducibilius esse societatem contrahere cum Persa, quam gerere bellum: nec vero umquam volentes cum eo paciscemur. Ita quidquid a nobis proficisci potest, id sincero animo tribuimus Graeciae. (7. 2.) *At vos, qui nuper vehementissime metuebatis ne cum Persa pacisceremur, nunc, postquam constitutum nobis esse numquam prodere Graeciam perspicue intellexistis, et quoniam murus vester, quem in Isth-*

„διότι τεῖχος ὑμῖν διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐλαυνόμενον ἐν τέλει
„ἐστι, καὶ δὴ λόγον οὐδένα τῶν Ἀθηναίων ποιέεσθε· 25
„συνθέμενοί τε ἡμῖν τὸν Πέρσην ἀντιώσεσθαι ἐς τὴν
„Βοιωτίην, προδεδώκατε, περιείδετέ τε ἐσβαλόντα ἐς
„τὴν Ἀττικὴν τὸν βάρβαρον. Ἐς μέν νυν τὸ παρεὸν Ἀθη-
„ναῖοι ὑμῖν μηνίουσι· οὐ γὰρ ἐποιήσατε ἐπιτηδέως. νῦν
„δὲ ὅτι τάχος στρατιὴν ἅμα ἡμῖν ἐκέλευσαν ὑμέας ἐκ- 30
„πέμπειν, ὡς ἂν τὸν βάρβαρον δεκώμεθα ἐν τῇ Ἀτ-
„τικῇ. ἐπειδὴ γὰρ ἡμάρτομεν τῆς Βοιωτίης, τῆς γε
„ἡμετέρης ἐπιτηδεώτατόν ἐστι ἐμμαχέσασθαι τὸ Θριά-
8 „σιον πεδίον.“ Ὡς δὲ ἄρα ἄκουσαν οἱ ἔφοροι ταῦτα,
ἀνεβάλλοντο ἐς τὴν ὑστεραίην ὑποκρίνασθαι· τῇ δὲ ὑστε-
ραίῃ, ἐς τὴν ἑτέρην. τοῦτο καὶ ἐπὶ δέκα ἡμέρας ἐποίεον,
ἐξ ἡμέρης ἐς ἡμέρην ἀναβαλλόμενοι. ἐν δὲ τούτῳ τῷ
χρόνῳ τὸν Ἰσθμὸν ἐτείχεον, σπουδὴν ἔχοντες πολλὴν 5

mo ducitis, prope absolutus est, ne ullam quidem rationem habetis Atheniensium: et, postquam vobis nobiscum convenit occursuros vos Persae in Boeotiam, prodidistis nos, et Barbarum in Atticam invadentem non prohibuistis. Habent igitur in praesentia Athenienses quod vobis succenseant: nec enim recte fecistis. At nunc vos hortantur, ut ocyus nobiscum emittatis exercitum, quo Barbarum excipiamus in Attica. Quoniam enim Boeotiam in tempore non occupavimus, est quidem nostra in terra opportunissimus ad praelium faciendum locus, Thriasius campus. (8.) His auditis, ephori responsum in posterum diem distulerunt, tunc postero die in sequentem, atque ita usque in decimum diem fecerunt, de die in diem moras facientes. Interea temporis Peloponnesii omnes ingenti studio Isth-

694, 15.

πάντες Πελοποννήσιοι· καί σφι ἦν πρὸς τέλει. οὐδ' ἔχω εἶπαι τὸ αἴτιον, διότι ἀπικομένου μὲν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος ἐς Ἀθήνας σπουδὴν μεγάλην ἐποιήσαντο μὴ μηδίσαι Ἀθηναίους, τότε δὲ ὥρην ἐποιήσαντο οὐδεμίην, ἄλλο γε ἢ ὅτι ὁ Ἰσθμὸς σφι ἐτετείχιστο, καὶ ἐδόκεον Ἀθηναίων ἔτι δέεσθαι οὐδέν· ὅτε δὲ ὁ Ἀλέξανδρος ἀπίκετο ἐς τὴν Ἀττικήν, οὔ κω ἀπετετείχιστο, ἐργάζοντο δὲ, μεγάλως καταῤῥωδηκότες τοὺς Πέρσας.

Τέλος δὲ, τῆς τε ὑποκρίσιος καὶ ἐξόδου τῶν Σπαρ- 9
τιητέων ἐγένετο τρόπος τοιόσδε. τῇ προτεραίῃ τῆς ὑστάτης καταστάσιος μελλούσης ἔσεσθαι, Χίλεος, ἀνὴρ Τεγεήτης, δυνάμενος ἐν Λακεδαίμονι μέγιστα ξείνων, τῶν ἐφόρων ἐπύθετο πάντα λόγον τὸν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι ἔλεγον. ἀκούσας δὲ ὁ Χίλεος, ἔλεγε ἄρα σφι τάδε·

mum munire pergebant, et opus iam proxime finem erat. Et, quod Lacedaemonii, quum Alexander Macedo Athenas venisset, tanto studio impedire conati sint quo minus Medorum partes amplecterentur Athenienses, nunc vero id prorsus non curarint, nullam aliam edere caussam possum, nisi quod nunc munitum habuerunt Isthmum, nec se amplius indigere Atheniensibus existimarunt: quando vero in Atticam venit Alexander, nondum munitus erat murus, sed opus etiam tunc faciebant, vehementer metuentes Barbaros.

(9.) Ad extremum vero, ut et responsum legatis *Lacedaemonii*, et milites *Atheniensibus auxilio* mitterent, hac ratione effectum est. Pridie eius diei quo ultimam apud ephoros audientiam habituri legati erant, Chilaus, civis Tegeates, qui in maxima prae aliis omnibus hospitibus auctoritate apud Lacedaemonios erat, ex ephoris sermonem omnem,

„Οὕτω ἔχει, ἄνδρες ἔφοροι. Ἀθηναίων ἡμῖν ἐόντων μὴ „ἀρθμίων, τῷ δὲ βαρβάρῳ συμμάχων, καί περ τεί„χεος διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ ἐληλαμένου καρτεροῦ, μεγάλαι „κλισιάδες ἀναπεπτέαται ἐς τὴν Πελοπόννησον τῷ Πέρ- 10
„ση. ἀλλ' ἐσακούσατε, πρίν τι ἄλλο Ἀθηναίοισι δό-
10 „ξαι, σφάλμα τῇ Ἑλλάδι φέρον. "Ὁ μέν σφι ταῦτα συνεβούλευε. οἱ δὲ, φρενὶ λαβόντες τὸν λόγον, αὐτίκα, φράσαντες οὐδὲν τοῖσι ἀγγέλοισι τοῖσι ἀπιγμένοισι ἀπὸ τῶν πολίων, νυκτὸς ἔτι ἐκπέμπουσι πεντακισχιλίους Σπαρτιητέων, καὶ ἑπτὰ περὶ ἕκαστον τά- 5
ξαντες τῶν εἰλώτων, Παυσανίῃ τῷ Κλεομβρότου ἐπιτρέψαντες ἐξάγειν. Ἐγένετο μέν νυν ἡγεμονίη Πλειστάρχου τοῦ Λεωνίδεω· ἀλλ' ὁ μὲν ἦν ἔτι παῖς, ὁ δὲ τούτου

quem habuerant Athenienses, audivit. Quo audito, haec illis Chilaus dixit: *Ita se res habet, Ephori! Si amici nobis non fuerint Athenienses. sed cum Barbaro contraxerint societatem; valido licet muro per Ithmum ducto, magnae tamen portae apertae sunt Persae, quibus intrare in Peloponnesum possit. At morem Atheniensibus gerite, priusquam aliud illi consilium capiant, quod exitium ferat Graeciae.* (10.) Cuius audito consilio, illi re inter ipsos deliberata, e vestigio, insciis legatis qui a civitatibus advenerant, noctu adhuc, quinque millia emiserunt *Spartanorum*, adtributis cuique septem *hilotis*, mandato dato *Pausaniae*, Cleombroti filio, ut illos educeret. Erat quidem tunc rex Lacedaemoniorum *Pleistarchus*, Leonidae filius; sed hic adhuc puer erat, ille vero tutor huius et fra-

695, 43.

ἐπίτροπός τε καὶ ἀνεψιός. Κλεόμβροτος γὰρ, ὁ Παυσανίεω μὲν πατὴρ, Ἀναξανδρίδεω δὲ παῖς, οὐκέτι περιῆν· ἀλλὰ ἀπαγαγὼν ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ τὴν στρατιὴν τὴν τὸ τεῖχος δείμασαν, μετὰ ταῦτα οὐ πολλὸν χρόνον τινὰ βιοὺς ἀπέθανε. ἀπῆγε δὲ τὴν στρατιὴν ὁ Κλεόμβροτος ἐκ τοῦ Ἰσθμοῦ διὰ τόδε· θυομένῳ οἱ ἐπὶ τῷ Πέρσῃ, ὁ ἥλιος ἀμαυρώθη ἐν τῷ οὐρανῷ. προσαιρέεται δὲ ἑωυτῷ Παυσανίης Εὐρυάνακτα, τὸν Δωριέος, ἄνδρα οἰκίης ἐόντα τῆς αὐτῆς. Οἱ μὲν δὴ σὺν Παυσανίῃ ἐξελελήλυθεσαν ἔξω Σπάρτης. Οἱ δὲ ἄγγελοι, ὡς ἡμέρη 11
ἐγεγόνεε, οὐδὲν εἰδότες περὶ τῆς ἐξόδου, ἐπῆλθον ἐπὶ τοὺς ἐφόρους, ἐν νόῳ δὴ ἔχοντες ἀπαλλάτσεσθαι καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τῆς ἑωυτοῦ ἕκαστος. ἐπελθόντες δὲ, ἔλεγον τάδε·
„Ὑμεῖς μὲν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, αὐτοῦ τῇδε μένοντες,
„Ὑακίνθιά τε ἄγετε, καὶ παίζετε, καταπροδόντες τοὺς

ter patruelis. Nec enim in vivis adhuc fuit *Cleombrotus*, Pausaniae pater, Anaxandridae filius; sed postquam exercitum, qui murum exstruebat, ab Isthmo abduxisset, brevi interiecto tempore e vita discesserat. Hac autem caussa exercitum ab Isthmo Cleombrotus abduxit, quod, dum sacra faciebat adversus Persam, sol obscuratus est in coelo. Collegam autem sibi Pausanias adscivit *Euryanactem*, Doriei filium, qui ex eadem fuit regia domo. Illi igitur cum Pausania Spartam sunt egressi. (11.) Legati vero, ubi dies illuxit, profectionis illorum prorsus ignari, constitutum inter se habentes redire quisque suam in civitatem, adierunt ephoros, et his verbis eos sunt adlocuti: *Vos igitur, Lacedaemonii, hic domi manentes, Hyacinthia celebratis*

„συμμάχους· Ἀθηναῖοι δὲ, ὡς ἀδικεόμενοι ὑπὸ ὑμέων, „χρηΐ τε συμμάχων, καταλύσονται τῷ Πέρσῃ οὕτω „ὅκως ἂν δύνωνται. καταλυσάμενοι δὲ, δῆλα γὰρ δὴ „ὅτι σύμμαχοι βασιλῆος γινόμεθα, συστρατευσόμεθα „ἐπὶ τὴν ἂν ἐκεῖνοι ἐξηγέωνται. ὑμεῖς δὲ τὸ ἐνθεῦτεν „μαθήσεσθε ἀκοῖον ἄν τι ὑμῖν ἐξ αὐτοῦ ἐκβαίνῃ." Ταῦτα λεγόντων τῶν ἀγγέλων, οἱ ἔφοροι εἶπαν ἐπ' ὅρκου, „καὶ δὴ δοκέειν εἶναι ἐν Ὀρεστείῳ στείχοντας ἐπὶ τοὺς ξείνους." ξείνους γὰρ ἐκάλεον τοὺς βαρβάρους. οἱ δὲ, ὡς οὐκ εἰδότες, ἐπειρώτεον τὸ λεγόμενον· ἐπειρόμενοι δὲ, ἐξέμαθον πᾶν τὸ ἐόν· ὥστε ἐν θώματι γενόμενοι, ἐπορεύοντο τὴν ταχίστην διώκοντες· σὺν δέ σφι, τῶν περιοίκων Λακεδαιμονίων λογάδες πεντακισχίλιοι ὁπλῖται

et ludicra agitis, prodentes socios : Athenienses vero, a vobis iniuria adfecti, et sociis destituti, cum Persa pacem component quocumque modo poterunt. Pace autem cum illo conciliata, manifestum est socios nos regis fore: et cum Persis militabimus, contra quamcumque terram nos illi ducturi sunt. Vos vero proinde experiemini quale sit, quod vobis ex ea re eventurum est. Haec quum legati dixissent, responderunt ephori, interposito iureiurando, *profectum esse exercitum, viderique iam ad Oresteum esse, proficiscentem adversus peregrinos.* Barbaros enim *peregrinos* (ξένους) vocabant. Legati autem, hoc nescientes, interrogarunt quid esset quod dicerent; et, ubi rem totam cognoverunt, demirati factum, ipsi quoque abire maturarunt, illos insequentes: et cum ipsis profecti sunt etiam ex *perioecis* Lacedaemoniorum (*circum Spar-*

696, 72.

ταὐτὸ τοῦτο ἐποίεον. Οἱ μὲν δὴ ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἠπείγοντο. Ἀργεῖοι δὲ, ἐπεί τε τάχιστα ἐπύθοντο τοὺς μετὰ Παυσανίεω ἐξεληλυθότας ἐκ Σπάρτης, πέμπουσι κήρυκα, τῶν ἡμεροδρόμων ἀνευρόντες τὸν ἄριστον, ἐς τὴν Ἀττικὴν, πρότερον αὐτοὶ Μαρδονίῳ ὑποδεξάμενοι σχήσειν τὸν Σπαρτιήτην μὴ ἐξιέναι. ὃς ἐπεί τε ἀπίκετο ἐς τὰς Ἀθήνας, ἔλεγε τάδε· „Μαρδόνιε, ἔπεμψάν „με Ἀργεῖοι, φράσοντά τοι, ὅτι ἐκ Λακεδαίμονος ἐξε„λήλυθε ἡ νεότης, καὶ ὡς οὐ δυνατοὶ αὐτὴν ἴσχειν εἰσὶ „Ἀργεῖοι μὴ οὐκ ἐξιέναι. πρὸς ταῦτα τύγχανε εὖ βου„λευόμενος.“ Ὁ μὲν δὴ, εἴπας ταῦτα, ἀπαλλάσσετο ὀπίσω. 12

Μαρδόνιος δὲ οὐδαμῶς ἔτι πρόθυμος ἦν μένειν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὡς ἤκουσε ταῦτα. πρὶν μέν νυν ἢ πυθέσθαι, ἀνεκώχευε, θέλων εἰδέναι τὸ παρ' Ἀθηναίων, ὁκοῖόν τι 13

tam habitantibus) selecta quinque militum millia. (12.) Hi dum ad Isthmum ire properant, *Argivi*, quum prius recepissent Mardonio cohibituros se esse Spartanos ne exirent, nunc simul atque resciverunt exercitum cum Pausania Spartâ egressum esse, praeconem in Atticam miserunt, optimum ex cursoribus [*hemerodromos* Graeci vocant] quem reperire potuerant. Qui ubi Athenas pervenit, haec dixit: *Mardonie! Miserunt me Argivi, qui tibi dicerem, ex Lacedaemone egressam esse iuventutem, nec Argivos cohibere illos ne exirent potuisse. Quare, ad hoc quod spectat, tu recte rebus tuis consule!* His dictis, ille reversus est.

(13.) *Mardonius*, hoc audito nuncio, non consultum duxit diutius in Attica morari. Priusquam

ποιήσουσι· καὶ οὔτε ἐπήμαινε οὔτε ἐσινέετο γῆν τὴν
Ἀττικὴν, ἐλπίζων διὰ παντὸς τοῦ χρόνου ὁμολογήσειν
σφέας. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἔπειθε, πυθόμενος τὸν πάντα λό-
γον, πρὶν ἢ τοὺς μετὰ Παυσανίεω ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἐμ-
βαλεῖν, ὑπεξεχώρεε, ἐμπρήσας τε τὰς Ἀθήνας, καὶ,
εἴ που τι ὀρθὸν ἦν τῶν τειχέων ἢ τῶν οἰκημάτων ἢ τῶν
ἱρῶν, πάντα καταβαλὼν καὶ συγχώσας. Ἐξέλαυνε δὲ
τῶνδε εἵνεκεν, ὅτι οὔτε ἱππασίμη ἡ χώρη ἦν ἡ Ἀττι-
κὴ, εἴ τε νικῷτο συμβαλὼν, ἀπάλλαξις οὐκ ἦν, ὅτι
μὴ κατὰ στεινὸν, ὥστε καὶ ὀλίγους σφέας ἀνθρώπους
ἴσχειν. ἐβουλεύετο ὦν, ἐπαναχωρήσας ἐς τὰς Θήβας,
συμβαλεῖν πρὸς πόλι τε Φιλίῃ, καὶ χώρῃ ἱππασίμῃ.
14 Μαρδόνιος μὲν δὴ ὑπεξεχώρεε. ἤδη δὲ ἐν τῇ ὁδῷ ἐόντι αὐ-

enim hunc nuncium accepisset, continuerat se ibi, cognoscere cupiens quid facturi Athenienses essent: et Atticam nec evastaverat, nec ullo malo adfecerat, sperans progressu temporis illos in conditiones propositas consensuros. Postquam vero eis id non persuasit, remque omnem cognovit, tum vero, incensis Athenis, et sicubi de muris aut de privatis aedibus aut de sacris aliquid adhuc rectum stabat, corrutis his omnibus et solo aequatis, priusquam Pausanias cum suis intra Isthmum esset progressus, Atticâ excessit. Excessit autem hac caussa, quod neque equitatui opportuna Attica erat; et, si ipse praelio victus foret, nonnisi per angusta loca se recipere posset, ubi eum pauci etiam homines possent transitu prohibere. Itaque Thebas redire constituit, et prope urbem sibi amicam acie decernere, in regione equitatui opportuna. (14.) Ita igitur *Mardonius* Atticâ

697, 1.
τῷ ἦλθε ἀγγελίη πρόδρομος, ἄλλην στρατιὴν ἥκειν ἐς Μέγαρα, Λακεδαιμονίων χιλίους. πυθόμενος δὲ ταῦτα, ἐβουλεύετο, εἴ κως τούτους πρῶτον ἕλοι. ὑποστρέψας δὲ τὴν στρατιὴν ἦγε ἐπὶ τὰ Μέγαρα· ἡ δὲ ἵππος προελθοῦσα κατιππάσατο χώρην τὴν Μεγαρίδα. ἐς ταύτην δὴ ἐκαστάτω τῆς Εὐρώπης τὸ πρὸς ἡλίου δύνοντος ἡ Περσικὴ αὕτη στρατιὴ ἀπίκετο. Μετὰ δὲ ταῦτα, Μαρδονίῳ ἦλθε ἀγγελίη, ὡς ἀλέες εἵησαν οἱ Ἕλληνες ἐν τῷ Ἰσθμῷ· οὕτω δὴ ὀπίσω ἐπορεύετο διὰ Δεκελέης. οἱ γὰρ Βοιωτάρχαι μετεπέμψαντο τοὺς προσχώρους τῶν Ἀσωπίων· οὗτοι δὲ αὐτῷ τὴν ὁδὸν ἡγέοντο ἐς Σφενδαλέας· ἐνθεῦτεν δὲ, ἐς Τανάγρην. ἐν Τανάγρῃ δὲ νύκτα ἐναυλισάμενος, καὶ τραπόμενος τῇ ὑστε-

XIV. 2. *Legendum suspicor*: ἀγγελίη, πρόδρομον ἄλλην στρατιὴν, alium exercitum praecursorem.

excessit : qui ut iam in itinere fuit, advenit ei praecursor, nuncians alium exercitum *Megara* venisse, mille Lacedaemonios. Quo audito, cogitans fieri posse ut hos primum capiat, conversum agmen versus Megara duxit: et praemissus equitatus iam Megaricam incursavit terram. Estque haec Europae regio longissime occidentem versus sita, in quam pervenerit Persicus hic exercitus. (15.) Post haec vero nunciatur Mardonio, frequentem Graecorum exercitum in Isthmo esse. Itaque retroducens per Deceleam iter fecit: Boeotarchi enim finitimos arcessiverant Asopiorum, qui ei viam monstrarunt Sphendaleas ferentem, atque inde Tanagram : ubi quum pernoctasset, postero die Scolon pergens, in finibus fuit *Thebanorum*. Ibi vero, licet partes ipsius se-

ραίη ἐς Σκῶλον, ἐν γῇ τῇ Θηβαίων ἦν. ἐνθαῦτα δὲ τῶν Θηβαίων, καί περ μηδιζόντων, ἔκειρε τοὺς χώρους, οὔ τι κατὰ ἔχθος αὐτέων, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης μεγάλης ἐχόμενος· βουλόμενος ἔρυμά τε τῷ στρατῷ ποιήσασθαι, καὶ, ἢν συμβαλόντι οἱ μὴ ἐκβαίνῃ οἰκοῖόν τι ἐθέλοι, κρησφύγετον τοῦτο ἐποιέετο. παρῆκε δὲ αὐτοῦ τὸ στρατόπεδον, ἀρξάμενον ἀπὸ Ἐρυθρέων, παρὰ Ὑσιάς· κατέτεινε δὲ ἐς τὴν Πλαταιίδα γῆν, παρὰ τὸν Ἀσωπὸν ποταμὸν τεταγμένον. οὐ μέντοι τό γε τεῖχος τοσοῦτον ἐποιέετο, ἀλλ' ὡς ἐπὶ δέκα σταδίους μάλιστά κη μέτωπον ἕκαστον.

Ἐχόντων δὲ τὸν πόνον τοῦτον τῶν βαρβάρων, Ἀττα-γῖνος ὁ Φρυνώνος, ἀνὴρ Θηβαῖος, παρασκευασάμενος μεγάλως, ἐκάλεε ἐπὶ ξείνια αὐτόν τε Μαρδόνιον καὶ πεντήκοντα Περσέων τοὺς λογιμωτάτους· κληθέντες δὲ

XV. 11. στρατῷ. *Alii* στρατοπέδῳ, castris.

querentur Thebani, nihilo minus agros eorum vastavit, non utique hostili in eos animo, sed ingente necessitate coactus: voluit enim munimentum exercitui exstruere, quod et sibi, si praelium committenti minus ex sententia res cecidisset, perfugium esset. Pertinebant autem castra illius inde ab Erythris, praeter Hysias, usque ad Plataeensium fines, secundum Asopum fluvium locata. Nec tamen munitionem eâdem magnitudine fecit, sed in decem fere stadia quodque illorum latus.

Dum in hoc opere occupati erant Barbari, *Attaginus* Phrynonis filius, civis Thebanus, facto magnifico adparatu, et *Mardonium* ipsum, et quinquaginta Persarum spectatissimos, ad *hospitale epulum*

οὗτοι ἔποντο. ἦν δὲ τὸ δεῖπνον ποιεύμενον ἐν Θήβῃσι. Τάδε δὲ ἤδη, τὰ ἐπίλοιπα, ἤκουον Θερσάνδρου, ἀνδρὸς 16
μὲν Ὀρχομενίου, λογίμου δὲ ἐς τὰ πρῶτα ἐν Ὀρχομενῷ. ἔφη δὲ ὁ Θέρσανδρος κληθῆναι καὶ αὐτὸς ὑπο Ἀτταγίνου ἐπὶ τὸ δεῖπνον τοῦτο· κληθῆναι δὲ καὶ Θηβαίων ἄνδρας πεντήκοντα· καί σφεων οὐ χωρὶς ἑκατέρους κλῖναι, ἀλλὰ Πέρσην τε καὶ Θηβαῖον ἐν κλίνῃ ἑκάστῃ. ὡς δὲ ἀπὸ δείπνου ἔσαν, διαπινόντων, τὸν Πέρσην τὸν ὁμόκλινον, Ἑλλάδα γλῶσσαν ἱέντα, εἴρεσθαι αὐτὸν ὁποδαπός ἐστι, αὐτὸς δὲ ὑποκρίνασθαι ὡς εἴη Ὀρχομένιος. τὸν δὲ εἶπαι· „Ἐπεὶ νῦν ὁμοτράπεζός τε μοι „καὶ ὁμόσπονδος ἐγένεο, μνημόσυνά τοι γνώμης τῆς „ἐμῆς καταλιπέσθαι θέλω· ἵνα καὶ προειδὼς αὐτὸς „περὶ σεωυτοῦ βουλεύεσθαι ἔχῃς τὰ συμφέροντα. Ὁρᾷς

vocavit. Et vocati accepere conditionem; celebratumque est epulum in ipsa urbe Thebana. (16.) Iam quae his adiiciam, ea ex *Thersandro* audivi, cive Orchomenio, spectato inter primos viro apud Orchomenios. Dixit autem Thersander, se quoque ab Attagino ad hanc coenam fuisse vocatum, vocatosque item fuisse quinquaginta cives Thebanos; nec vero seorsim utrisque sedes adsignasse hospitem, sed in quoque lectulo simul Persam et Thebanum collocasse. Tum, finitâ coenâ compotantibus convivis, Persam qui cum ipso in eodem lectulo cubabat, Graecâ linguâ loquentem, quaesisse ex ipso unde esset, seque respondisse, esse se Orchomenium. Dein *Persam* haec dixisse: *Quoniam igitur et mensae et libationis mihi socius es, volo tibi monumentum relinquere meae sententiae; quo etiam tu, re ante*

„τούτους τοὺς δαινυμένους Πέρσας, καὶ τὸν στρατὸν,
„τὸν ἐλίπομεν ἐπὶ τῷ ποταμῷ στρατοπεδευόμενον; του-
„τέων πάντων ὄψεαι, ὀλίγου τινὸς χρόνου διελθόντος,
„ὀλίγους τινὰς τοὺς περιγενομένους.“ Ταῦτά τε ἅμα
τὸν Πέρσην λέγειν, καὶ μετιέναι πολλὰ τῶν δακρύων.
αὐτὸς δὲ θωμάσας τὸν λόγον, εἶπαι πρὸς αὐτόν.
„Οὐκῶν Μαρδονίῳ τε ταῦτα χρεὸν ἐστι λέγειν, καὶ
„τοῖσι μετ' ἐκεῖνον ἐν αἴνῃ ἐοῦσι Περσέων.“ Τὸν δὲ με-
τὰ ταῦτα εἶπαι· „Ξεῖνε, ὅ τι δεῖ γενέσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ,
„ἀμήχανον ἀποτρέψαι ἀνθρώπῳ· οὐδὲ γὰρ πιστὰ λέ-
„γουσι ἐθέλει πείθεσθαι οὐδείς. ταῦτα δὲ Περσέων
„συχνοὶ ἐπιστάμενοι, ἑπόμεθα ἀναγκαίῃ ἐνδεδεμένοι.
„ἐχθίστη δὲ ὀδύνη ἐστὶ τῶν ἐν ἀνθρώποισι αὕτη, πολ-
„λὰ φρονέοντα, μηδενὸς κρατέειν.“ Ταῦτα μὲν τοῦ

cognita, tuis prospicere commodis possis. Vides hosce epulantes Persas, et exercitum, quem in castris iuxta fluvium reliquimus. Horum omnium, brevi tempore interiecto, non nisi paucos quosdam videbis superesse. Haec dicentem Persam largas profudisse lacrymas. Se vero, miratum illius sermonem, respondisse: *Igitur Mardonio hoc dicere oportet, et eis ex Persis qui post illum auctoritate pollent.* Ad haec illum reposuisse: *Hospes! quae Deus vult ut fiant, ea avertere in nullius hominis potestate est: nam fidelia consilia dantibus parere nemo solet. Ac novimus quidem hoc multi ex Persis: sequimur vero ducem, necessitate constricti. Est autem acerrimus, qui adficere hominem possit, dolor hic, bona multa consilia nosse, et tamen eorum nullum posse exsequi.* Haec equidem narrantem Or-

699, 59.

Ὀρχομενίου Θερσάνδρου ἤκουον· καὶ τάδε πρὸς τούτοισι, ὡς αὐτὸς αὐτίκα λέγοι ταῦτα πρὸς ἀνθρώπους πρότερον ἢ γενέσθαι ἐν Πλαταιῇσι τὴν μάχην.

Μαρδονίου δὲ ἐν τῇ Βοιωτίῃ στρατοπεδευομένου, οἱ μὲν 17
ἄλλοι παρείχοντο ἅπαντες στρατιὴν, καὶ συνεσέβαλον ἐς Ἀθήνας, ὅσοι περ ἐμήδιζον Ἑλλήνων τῶν ταύτῃ οἰκημένων. μοῦνοι δὲ Φωκέες οὐ συνεσέβαλον· ἐμήδιζον γὰρ δὴ σφόδρα καὶ οὗτοι οὐκ ἐκόντες, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης. ἡμέρῃσι δὲ οὐ πολλῇσι μετὰ τὴν ἄπιξιν τὴν ἐς Θήβας ὑστερον, ἦλθον αὐτέων ὁπλῖται χίλιοι· ἦγε δὲ αὐτοὺς Ἁρμοκύδης, ἀνὴρ τῶν ἀστῶν δοκιμώτατος. ἐπεὶ δὲ ἀπίκατο καὶ οὗτοι ἐς Θήβας, πέμψας ὁ Μαρδόνιος ἱππέας, ἐκέλευσέ σφεας ἐπ' ἑωυτῶν ἐν τῷ πεδίῳ ἵζεσθαι.

chomenium Thersandrum audivi, et praeterea hoc adfirmantem, ipsum protinus hunc sermonem ad alios homines retulisse, priusquam ad Plataeas commissum esset praelium.

(17.) Quo tempore *Mardonius* primum castra in Boeotia habuerat, reliqui omnes, quotquot ex Graecis has regiones incolentibus Medorum partes amplexi erant, exercitum illi praebuerant, cum illoque in Atticam erant ingressi. Soli *Phocenses* castra illius non erant secuti: nam et hi quidem utique Medorum partes erant amplexi, nec vero volentes, sed necessitate coacti. [*sive:* nam et hi admodum inviti cum Medis faciebant, nec nisi necessitate coacti.] Sed haud multis diebus postquam Thebas Mardonius venit, advenere ex illorum numero mille, duce Harmocyde, viro inter suos spectatissimo. Qui ubi Thebas venerunt, Mardonius missis equitibus iussit illos

ἐπεὶ δὲ ἐποίησαν ταῦτα, αὐτίκα παρῆν ἡ ἵππος ἅπασα. μετὰ δὲ ταῦτα, διεξῆλθε μὲν διὰ τοῦ στρατοπέδου τοῦ Ἑλληνικοῦ τοῦ μετὰ Μήδων ἐόντος φήμη, ὡς καταικοντιεῖ σφέας· διεξῆλθε δὲ δι' αὐτέων Φωκέων τωὐτὸ τοῦτο. Ἔνθα δή σφι ὁ στρατηγὸς Ἁρμοκύδης παραί- 15
νεε, λέγων τοιάδε· „Ὦ Φωκέες, πρόδηλα γὰρ ὅτι „ἡμέας οὗτοι οἱ ἄνθρωποι μέλλουσι προόπτῳ θανάτῳ „δώσειν, διαβεβλημένους ὑπὸ Θεσσαλῶν, ὡς ἐγὼ εἰ- „κάζω· νῦν ὦν ἄνδρα πάντα τινὰ ὑμέων χρεὸν ἐστι γε- „νέσθαι ἀγαθόν. κρέσσον γὰρ, ποιεῦντάς τι καὶ ἀμυ- 20
„νομένους τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα, ἤπερ παρέχοντας δια- „φθαρῆναι αἰσχίστῳ μόρῳ. ἀλλὰ μαθέτω τις αὐτέων „ὅτι ἐόντες βάρβαροι ἐπ' Ἕλλησι ἀνδράσι φόνον ἔῤῥα-
18 „ψαν." Ὁ μὲν ὦν ταῦτα παραίνεε. οἱ δὲ ἱππέες, ἐπεί τέ σφεας ἐκυκλώσαντο, ἐπήλαυνον ὡς ἀπολεῦν-

seorsim in campo residere. Quod ubi fecere, protinus totus adfuit equitatus: moxque per Graecanicum exercitum, qui cum Medis erat, ferebatur fama, perditum iri Phocenses equitum sagittis; eademque fama inter ipsos etiam Phocenses percrebuit. Ibi tunc eos dux Harmocydes his verbis est cohortatus: *Phocenses! Manifestum est, hosce homines certae neci nos destinasse, accusatos (ut suspicor) a Thessalis. Nunc igitur quemque vestrûm oportet fortem se virum praestare: melius est enim, ut agentes aliquid et fortiter pugnantes finiamus vitam, quam ut turpissima morte interimendos nos praebeamus. Sed intelligat illorum quisque, quale hoc sit, quod, barbari quum sint, Graecis hominibus mortem sint machinati.* (18.) Dum hic

699, 89.

τες, καὶ δὴ διετείνοντο τὰ βέλεα ὡς ἀπήσοντες· καί τις καὶ ἀπῆκε. καὶ οἱ, ἀντίοι ἔστασαν, πάντη συστρέψαντες ἑωυτοὺς καὶ πυκνώσαντες ὡς μάλιστα. ἐνθαῦτα οἱ ἱππόται ὑπέστρεψον, καὶ ἀπήλαυνον ὀπίσω. Οὐκ ἔχω δ' ἀτρεκέως εἶπαι, οὔτε εἰ ἦλθον μὲν ἀπολέοντες τοὺς Φωκέας, δεηθέντων Θεσσαλῶν· ἐπεὶ δὲ ὥρων πρὸς ἀλέξησιν τραπομένους, δείσαντες μὴ καὶ σφίσι γένηται τρώματα, οὕτω δὴ ἀπήλαυνον ὀπίσω· (ὡς γάρ σφι ἐνετείλατο Μαρδόνιος·) οὔτ' εἰ αὐτέων πειρηθῆναι ἠθέλησε εἴ τι ἀλκῆς μετέχουσι. Ὡς δὲ ὀπίσω ἀπήλασαν οἱ ἱππόται, πέμψας Μαρδόνιος κήρυκα, ἔλεγε τάδε· „Θαρσέετε, ὦ Φωκέες. ἄνδρες γὰρ ἐφάνητε ἐόντες ἀγαθοὶ, οὐκ ὡς ἐγὼ ἐπυνθανόμην. καὶ νῦν προ-

suos sic hortatur, cingunt illos equites, moxque adversus eos invehuntur tamquam perdituri, et iacula in illos torquent veluti iam emissuri, ac passim etiam nonnulli emittunt. At, quum illi densatis undique ordinibus et quam maxime poterant conglobati resisterent, conversis equis equites redierunt. Nec equidem pro certo dicere possum, utrum revera ad interficiendos rogatu Thessalorum Phocenses venerint, et deinde, postquam illos ad sese defendendum paratos viderunt, ideo retro discesserint, quod vererentur ne et ipsi vulnera acciperent: (ita enim Mardonius praeceperat:) an ad illos tentandos numquid eis fortitudinis inesset. Postquam vero discesserunt equites, praeconem *Mardonius* misit, haec dicentem: *Confidite, Phocenses! namque fortes vos esse viros demonstravistis, non quales mihi narratum erat. Et nunc alacri animo gerite hoc bel-*

„Θύμως φέρετε τὸν πόλεμον τοῦτον· εὐεργεσίῃσι γὰρ „οὐ νικήσετε οὔτε ὦν ἐμὲ, οὔτε βασιλῆα.“ Τὰ περὶ Φωκέων μὲν ἐς τοσοῦτο ἐγένετο.

19 Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὡς ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἦλθον, ἐν τούτῳ ἐστρατοπεδεύοντο. πυνθανόμενοι δὲ ταῦτα οἱ λοιποὶ Πελοποννήσιοι, τοῖσι τὰ ἀμείνω ἐάνδανε, οἱ δὲ καὶ ὀρέοντες ἐξιόντας Σπαρτιήτας, οὐκ ἐδικαίευν λείπεσθαι τῆς ἐξόδου Λακεδαιμονίων. Ἐκ δὴ ὦν τοῦ Ἰσθμοῦ, καλλιερησάντων τῶν ἱρῶν, ἐπορεύοντο πάντες, καὶ ἀπικνέονται ἐς Ἐλευσῖνα. ποιήσαντες δὲ καὶ ἐνθαῦτα ἱρὰ, ὡς σφι ἐκαλλιερέετο, πρόσω ἐπορεύοντο· Ἀθηναῖοι δὲ ἅμα αὐτοῖσι, διαβάντες μὲν ἐκ Σαλαμῖνος, συμμιγέντες δὲ ἐν Ἐλευσῖνι. Ὡς δὲ ἄρα ἀπίκοντο τῆς Βοιωτίης ἐς Ἐρυθρὰς, ἔμαθόν τε δὴ τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ

lum: nam beneficiis neque me neque Regem vincetis. Et haec quidem, ad Phocenses quod adtinet, ita gesta sunt.

(19.) *Lacedaemonii*, ut in Isthmum venerunt, castra ibi posuerant: quo cognito, reliqui *Peloponnesii*, quibus meliora placebant, nonnulli etiam quod Spartanos vidissent egredientes, aequum non censuerant, ad bellum proficiscentibus Lacedaemoniis, domi manere. Iam ex Isthmo, postquam laeta nunciarunt victimae, profecti omnes, *Eleusina* venerunt. Et, quum ibi quoque sacrificantibus laeta fuissent exta, ulterius sunt progressi, cum eisque simul *Athenienses;* hi enim, postquam e Salamine traiecerant, Eleusine sese cum illis iunxerunt. Qui ubi *Erythras*, *Boeotiae* oppidum, venerunt, resciverunt-que Barbaros ad *Asopum* habere castra, re delibe-

700, 16.

στρατοπεδευομένους, Φρασθέντες τε τοῦτο, ἀντετάσσοντο ἐπὶ τῆς ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος. Μαρδόνιος δὲ, 20 ὡς οὐ κατέβαινον οἱ Ἕλληνες ἐς τὸ πεδίον, πέμπει ἐς αὐτοὺς πᾶσαν τὴν ἵππον, τῆς ἱππάρχεε Μασίστιος, εὐδοκιμέων παρὰ Πέρσῃσι, (τὸν Ἕλληνες Μακίστιον καλέουσι,) ἵππον ἔχων Νισαίην, χρυσοχάλινόν τε καὶ ἄλλως κεκοσμημένον καλῶς. ἐνθαῦτα ὡς προσήλασαν οἱ ἱππόται πρὸς τοὺς Ἕλληνας, προσέβαλλον κατὰ τέλεα· προσβάλλοντες δὲ, κακὰ μεγάλα ἐργάζοντο, καὶ γυναῖκάς σφεας ἀπεκάλεον. Κατὰ συντυχίην δὲ 21 Μεγαρέες ἔτυχον ταχθέντες ἧ τὸ ἐπιμαχώτατον ἦν τοῦ χωρίου παντός· καὶ πρόσοδος μάλιστα ταύτῃ ἐγίνετο τῇ ἵππῳ. προσβαλούσης ὦν τῆς ἵππου, οἱ Μεγαρέες πιεζόμενοι ἔπεμπον ἐπὶ τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων κήρυκα. ἀπικόμενος δὲ ὁ κήρυξ πρὸς αὐτοὺς ἔλεγε τάδε·

rata, ex adverso illorum in Cithaeronis montis radicibus consedere. (20.) Inde quum in planitiem *Graeci* non descenderent, *Mardonius* contra eos universum equitatum misit, cui praeerat *Masistius*, (quem *Macistium* Graeci vocant) illustris vir apud Persas, Nisaeum habens equum, aureo freno et aliis ornamentis nitentem. Ibi, ut Graecis adpropinquarunt equites, turmatim in eos impetum faciebant; in eoque conflictu magna illis incommoda adferebant, mulieresque eos vocabant. (21.) Acciderat forte, ut eo loco, qui maxime omnium expositus hosti erat, *Megarenses* essent locati, et in eum locum maxime impetum facerent equites. Quum igitur ab invadente equitatu premerentur Megarenses, praeconem miserunt ad duces Graecorum; qui

„Μεγαρέες λέγουσι, Ἡμεῖς, ἄνδρες σύμμαχοι, οὐ „δυνατοί εἰμεν τὴν Περσέων ἵππον δέκεσθαι μοῦνοι, „ἔχοντες στάσιν ταύτην ἐς τὴν ἔστημεν ἀρχήν. ἀλλὰ „καὶ ἐς τόδε λιπαρίη τε καὶ ἀρετῇ ἀντέχομεν, καί περ „πιεζεύμενοι. νῦν τε, εἰ μή τινας ἄλλους πέμψετε δια- „δόχους τῆς τάξιος, ἴστε ἡμέας ἐκλείψοντας τὴν τά- „ξιν.“ ὁ μὲν δή σφι ταῦτα ἀπήγγειλε. Παυσανίης δὲ ἀπεπειρᾶτο τῶν Ἑλλήνων, εἴ τινες ἐθέλοιεν ἄλλοι ἐθε- λονταὶ ἰέναι τε ἐς τὸν χῶρον τοῦτον, καὶ τάσσεσθαι διά- δοχοι Μεγαρεῦσι. οὐ βουλομένων δὲ τῶν ἄλλων, Ἀθη- ναῖοι ὑπεδέξαντο, καὶ Ἀθηναίων οἱ τριηκόσιοι λογάδες, 22 τῶν ἐλοχήγεε Ὀλυμπιόδωρος ὁ Λάμπωνος. Οὗτοι ἔσαν οἵ τε ὑποδεξάμενοι, καὶ οἱ πρὸ τῶν ἄλλων τῶν παρεόντων Ἑλλήνων ἐς Ἐρυθρὰς ταχθέντες, τοὺς τοξό-

ubi ad illos venit, haec ait: *Dicunt Megarenses, Nos, ô socii! non possumus soli impetum sustinere equitatus Persarum, hîc stantes ubi initio locati sumus. Sed adhuc quidem perseveramus, et fortiter resistimus, quamvis graviter pressi: nunc vero, nisi alios mittitis qui nostrum in locum succedant, scitote nos ordinem esse relicturos.* Haec quum ille ducibus nunciasset, Graecos tentavit *Pausanias*, ecqui alii ultro vellent istum in locum se conferre, et succedere Megarensibus. Quumque nollent alii, acceperunt conditionem *Athenienses*, et horum quidem selecti trecenti, cui cohorti praerat Olympiodorus Lamponis filius. (22.) Hi fuerunt qui istam operam in se receperunt, et, adsumtis secum sagittariis, ante alios omnes Graecos, qui ad Erythras aderant, stationem ceperunt. Qui quum

701, 47.

τας προσελόμενοι. μαχομένων δέ σφεων ἐπὶ χρόνον, τέλος τοιόνδε ἐγένετο τῆς μάχης. Προσβαλούσης τῆς ἵππου κατὰ τέλεα, ὁ Μασιστίου προέχων τῶν ἄλλων ἵππος βάλλεται τοξεύματι τὰ πλευρά· ἀλγήσας δὲ, ἵσταταί τε ἐρθὸς, καὶ ἀποσείεται τὸν Μασίστιον. πεσόντι δὲ αὐτῷ οἱ Ἀθηναῖοι αὐτίκα ἐπεκέατο· τόν τε δὴ ἵππον αὐτοῦ λαμβάνουσι, καὶ αὐτὸν ἀμυνόμενον κτείνουσι, κατ' ἀρχὰς οὐ δυνάμενοι. ἐνεσκεύαστο γὰρ οὕτω· ἐντὸς θώρηκα εἶχε χρύσεον λεπιδωτόν· κατύπερθε δὲ τοῦ θώρηκος, κιθῶνα φοινίκεον ἐνδεδύκεε. τύπτοντες δὲ ἐς τὸν θώρηκα, ἐποίευν οὐδέν· πρίν γε δὴ μαθών τις τὸ ποιεύμενον, παίει μιν ἐς τὸν ὀφθαλμόν. οὕτω δὴ ἔπεσέ τε καὶ ἀπέθανε. Ταῦτα δέ κως γινόμενα ἐλελήθεε τοὺς ἄλλους ἱππέας· οὔτε γὰρ πεσόντα μιν εἶδον ἀπὸ τοῦ ἵππου, οὔτε ἀποθνήσκοντα· ἀναχωρήσιός τε γινομέ-

per aliquod tempus pugnassent, ad extremum huiusmodi fuit pugnae exitus. Dum turmatim impetum faciunt equites, Masistii *equus*, prae aliis eminens, sagittâ vulneratur in latere: et prae dolore in posteriores pedes erectus, *excutit Masistium*. In collapsum protinus Athenienses impetum faciunt, et equum eius capiunt, ipsumque repugnantem interficiunt. Et initio quidem interficere eum non potuerant, quum sub punicea tunica, qua erat indutus, intus aureâ loricâ squammatâ esset armatus. In thoracem igitur ferientes, nihil efficiebant; donec aliquis, intelligens quid rei esset, in oculum eius ferrum adegit: ita demum cecidit mortuusque est. Haec forte sic gerebantur nescientibus reliquis equitibus: nec enim hi illum viderant ex equo cadentem,

νης καὶ ὑποστροφῆς, οὐκ ἔμαθον τὸ γενόμενον. ἐπεί τε δὲ ἔστησαν, αὐτίκα ἐπόθεσαν, ὡς σφέας οὐδεὶς ἦν ὁ τάσσων. μαθόντες δὲ τὸ γεγονὸς, διακελευσάμενοι, ἤλαυνον τοὺς ἵππους πάντες, ὡς ἂν τόν γε νεκρὸν ἀνε-
23 λοίατο. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖον οὐκέτι κατὰ τέλεα προσελαύνοντας τοὺς ἱππέας, ἀλλ' ἅμα πάντας, τὴν ἄλλην στρατιὴν ἐπεβώσαντο. ἐν ᾧ δὲ ὁ πεζὸς ἅπας ἐβώθεε, ἐν τούτῳ μάχη ὀξεῖα περὶ τοῦ νεκροῦ γίνεται. ἕως μέν νυν μοῦνοι ἦσαν οἱ τριηκόσιοι, ἐσσοῦντό τε πολλὸν, καὶ τὸν νεκρὸν ἀπέλειπον· ὡς δέ σφι τὸ πλῆθος ἐπεβοήθησαν, οὕτω δὴ οὐκέτι οἱ ἱππόται ὑπέμενον, οὐδέ σφι ἐξεγένετο τὸν νεκρὸν ἀνελέσθαι, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνῳ ἄλλους προσαπόλεσαν τῶν ἱππέων. ἀποστήσαντες ὦν

nec morientem; sed quum per id ipsum tempus converteretur turma et paululum retro veheretur, id quod agebatur non animadverterant. Ubi vero restiterunt, continuo ducem desiderarunt, quum nemo esset qui illos ordinaret: et quid factum esset intelligentes, equos adegerunt cuncti, quo cadaver saltem auferrent. (23.) Tunc vero Athenienses, ubi viderunt iam non amplius turmatim, sed simul omnes adcurrere equites, reliquum exercitum auxilio advocarunt. Dum vero peditatus omnis auxilio venit, interim fit acris pugna circa mortui corpus: et quoad soli fuere illi trecenti, multo erant inferiores, nec auferre cadaver potuere. Ut vero eis multitudo succurrit, iam rursus horum vim equites non sustinuere, neque eis contigit mortuum auferre, sed praeter eum multos etiam alios de suis amisere. Igitur ad duo fere stadia recesserunt: ubi, quum quid

702, 77.

ὅσον τε δύο στάδια, ἐβουλεύοντο ὅ τι χρεὸν εἴη ποιέειν· ἐδόκεε δὲ σφι, ἀναρχίης ἐούσης, ἀπελαύνειν παρὰ Μαρδόνιον. Ἀπικομένης δὲ τῆς ἵππου ἐς τὸ στρατό- 24
πεδον, πένθος ἐποιήσαντο Μασιστίου πᾶσά τε ἡ στρατιὴ καὶ Μαρδόνιος μέγιστον, σφέας τε αὐτοὺς κείροντες, καὶ τοὺς ἵππους καὶ τὰ ὑποζύγια, οἰμωγῇ τε χρεώμε-
νοι ἀπλέτῳ· ἄπασαν γὰρ τὴν Βοιωτίην κατεῖχε ἠχώ· ὡς ἀνδρὸς ἀπολομένου μετά γε Μαρδόνιον λογιμωτάτου παρά τε Πέρσῃσι καὶ βασιλέϊ. οἱ μέν νυν βάρβαροι τρόπῳ τῷ σφετέρῳ ἀποθανόντα ἐτίμων Μασίστιον.

Οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς τὴν ἵππον ἐδέξαντο προσβάλ- 25
λουσαν, καὶ δεξάμενοι ὥσαντο, ἐθάρσησάν τε πολλῷ μᾶλλον, καὶ πρῶτα μὲν ἐς ἄμαξαν ἐσθέντες τὸν νεκρὸν, παρὰ τὰς τάξις ἐκόμιζον· ὁ δὲ νεκρὸς ἦν θέης
ἄξιος, μεγάθεος εἵνεκα καὶ κάλλεος. τῶν δὲ εἵνεκα καὶ

faciendum deliberassent, decreverunt, quoniam sine imperio essent, redire ad Mardonium. (24.) Qui postquam in castra venerunt, acerbissimo luctu et *Mardonius* et universus exercitus *Masistium* sunt prosecuti, se ipsos tondentes et equos et iumenta, lamentaque immensa tollentes; ut per totam Boeotiam echo resonaret; quippe mortuo viro apud Persas et apud regem post Mardonium spectatissimo. Atque ita quidem Barbari suo more mortuum Masistium honorarunt.

(25.) *Graeci* vero, postquam irruentem excepérant equitatum, exceptumque repulerant, tanto magis confirmati animis, primum quidem, currui impositum cadaver per singulos ordines deduxerunt; erat enim corpus spectatu dignum, cum ob proce-

ταῦτα ἐποίευν· ἐκλείποντες τὰς τάξις, ἐφοίτεον θηησόμενοι Μασίστιον. Μετὰ δὲ, ἔδοξέ σφι ἐπικαταβῆναι ἐς Πλαταιάς· ὁ γὰρ χῶρος ἐφαίνετο πολλῷ ἐὼν ἐπιτηδειώτερός σφι ἐνστρατοπεδεύεσθαι ὁ Πλαταιϊκὸς τοῦ Ἐρυθραίου, τά τε ἄλλα, καὶ εὐυδρότερος. ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον, καὶ ἐπὶ τὴν κρήνην τὴν Γαργαφίην, τὴν ἐν τῷ χώρῳ τούτῳ ἐοῦσαν, ἔδοξέ σφι χρεὸν εἶναι ἀπικέσθαι, καὶ διαταχθέντας στρατοπεδεύεσθαι. Ἀναλαβόντες δὲ τὰ ὅπλα, ἦισαν διὰ τῆς ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος παρὰ Ὑσιὰς ἐς τὴν Πλαταιίδα γῆν· ἀπικόμενοι δὲ, ἐτάσσοντο κατὰ ἔθνεα πλησίον τῆς τε κρήνης τῆς Γαργαφίης καὶ τοῦ τεμένεος τοῦ Ἀνδροκράτεος τοῦ ἥρωος, διὰ 26 ὄχθων τε οὐκ ὑψηλῶν καὶ ἀπέδου χωρίου. Ἐνθαῦτα

ritatem, tum ob formae praestantiam: sed et hac caussa illud ita circumduxerunt, quoniam vulgo milites relictis ordinibus ad spectandum *Masistium* frequentes adcurrerant. Deinde vero constituerunt ad Plataeas descendere, quum intellexissent *campum Plataeensem* et alias ob caussas et ob aquae copiam multo ipsis ad castra ponenda opportuniorem esse quam Erythraeus campus. In hunc igitur campum et ad fontem *Gargaphiam*, qui in illo erat, descendendum sibi, ibique rite dispositis castra locanda iudicarunt. Igitur, sumtis armis, per Cithaeronis montis radices praeter Hysias in Plataeensium agrum contenderunt. Quo quum pervenissent, prope Gargaphiam fontem et Androcratis herois fanum, partim in tumulis haud ita editis, partim in planitie, per populos dispositi consederunt. (26.) Ibi tum, dum cuique populo suus adsignatur locus, acris

702, 7.

ἐν τῇ διατάξι ἐγένετο λόγων πολλὸς ὠθισμὸς Τεγεητέων τε καὶ Ἀθηναίων. ἐδικαίευν γὰρ αὐτοὶ ἑκάτεροι ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας, καὶ καινὰ καὶ παλαιὰ παραφέροντες ἔργα. τοῦτο μὲν, οἱ Τεγεῆται ἔλεγον τάδε· „Ἡμεῖς „αἰεί κοτε ἀξιεύμεθα ταύτης τῆς τάξιος ἐκ τῶν συμ„μάχων ἁπάντων, ὅσαι ἤδη ἔξοδοι κοιναὶ ἐγένοντο Πε„λοποννησίοισι καὶ τὸ παλαιὸν, καὶ τὸ νέον, ἐξ ἐκείνου „τοῦ χρόνου ἐπεί τε Ἡρακλεῖδαι ἐπειρῶντο μετὰ τὸν Εὐ„ρυσθέος θάνατον κατιόντες ἐς Πελοπόννησον. τότε εὑρό„μεθα τοῦτο, διὰ πρῆγμα τοιόνδε. Ἐπεὶ μετὰ Ἀχαιων „καὶ Ἰώνων τῶν τότε ἐόντων ἐν Πελοποννήσῳ, ἐκβοηθή„σαντες ἐς τὸν Ἰσθμὸν, ἰζόμεθα ἀντίοι τοῖσι κατιοῦσι· „τότε ὧν λόγος Ὕλλον ἀγορεύσασθαι, ὡς χρεὸν εἴη τὸν

verborum *contentio* orta est inter *Tegeatas* et *Athenienses;* contendentibus utrisque sibi hoc deberi ut alterum obtineant cornu, et tam nova quam antiqua facta in medium proferentibus. Ab altera enim parte *Tegeatae* haec dixere: *Nobis semper hic locus, quem in acie obtineremus, ab omnibus sociis tributus est. in omnibus expeditionibus, quas iunctis copiis Peloponnesii et olim et recentiori memoria susceperunt; et id quidem ab eo inde tempore. quo Heraclidae post Eurysthei obitum, in Peloponnesum conati sunt redire. Tunc igitur honorem hunc adquisivimus facto huiusmodi. Quo tempore nos cum Achaeis, et cum Ionibus qui tunc Peloponnesum incolebant, in Isthmum egressi, castra opposita habuimus castris illorum qui redire conabantur; tunc Hyllus memoratur publice edixisse, non debere exercitum cum exer-*

„μὲν στρατὸν τῷ στρατῷ μὴ ἀναχινδυνεύειν συμβάλ- 15
„λοντα· ἐκ δὲ τοῦ Πελοποννησίου στρατοπέδου, τὸν ἂν
„σφέων αὐτέων κρίνωσι εἶναι ἄριστον, τοῦτόν οἱ μουνο-
„μαχῆσαι ἐπὶ διακειμένοισι. ἔδοξέ τε τοῖσι Πελοπον-
„νησίοισι ταῦτα εἶναι ποιητέα, καὶ ἕταμον ὅρκια ἐπὶ
„λόγῳ τοιῷδε· ἢν μὲν Ὕλλος νικήσῃ τὸν Πελοποννη- 20
„σίων ἡγεμόνα, κατιέναι Ἡρακλείδας ἐπὶ τὰ πατρώϊα·
„ἢν δὲ νικηθῇ, τὰ ἔμπαλιν Ἡρακλείδας ἀπαλλάσ-
„σεσθαι, καὶ ἀπάγειν τὴν στρατιὴν, ἑκατόν τε ἐτέων
„μὴ ζητῆσαι κάτοδον ἐς Πελοπόννησον. προεκρίθη τε δὴ
„ἐκ πάντων συμμάχων ἐθελοντὴς Ἔχεμος, ὁ Ἠρό- 25
„που, τοῦ Φηγέος, στρατηγός τε ἐὼν καὶ βασιλεὺς
„ἡμέτερος, καὶ ἐμουνομάχησέ τε καὶ ἀπέκτεινε Ὕλ-
„λον. Ἐκ τούτου τοῦ ἔργου εὑρόμεθα ἐν τοῖσι Πελο-

citu praelio commisso periclitari, sed deligendum unum esse ex castris Peloponnesiorum, quem illi suorum fortissimum iudicassent, qui cum ipso certis conditionibus singulari pugna decertaret. Placuitque Peloponnesiis ita fieri; et iusiurandum sibi mutuo utrique in haec verba dederant: „Si Hyllus ducem vicisset Peloponnesiorum, Heraclidas in paternas possessiones esse restituendos; sin vinceretur, tum vero abituros Heraclidas exercitumque abducturos, et intra centum annos non conaturos in Peloponnesum redire.“ Delectus est autem ex omnibus sociis Echemus, Aëropi filius, Phegei nepos, dux et rex noster, qui ultro sese obtulerat; isque inita singulari pugna, Hyllum interfecit. Illo igitur facto a Peloponnesiis qui tunc fuere et alia honorifica praemia,

„πουνησίοισι τοῖσι τότε καὶ ἄλλα γέρεα μεγάλα, τὰ
„διατελέομεν ἔχοντες, καὶ τοῦ κέρεος τοῦ ἑτέρου αἰεὶ
„ἡγεμονεύειν, κοινῆς ἐξόδου γινομένης. Ὑμῖν μέν νυν,
„ὦ Λακεδαιμόνιοι, οὐκ ἀντιεύμεθα· ἀλλὰ, διδόντες
„αἵρεσιν ὁκοτέρου βούλεσθε κέρεος ἄρχειν, παρίεμεν·
„τοῦ δὲ ἑτέρου Φαμὲν ἡμέας ικνέεσθαι ἡγεμονεύειν,
„κατά περ ἐν τῷ πρόσθε χρόνῳ. Χωρίς τε τούτου τοῦ
„ἀπηγημένου ἔργου, ἀξιονικότεροί εἰμεν Ἀθηναίων ταύ-
„την τὴν τάξιν ἔχειν. πολλοὶ μὲν γάρ τε καὶ εὖ ἔχον-
„τες πρὸς ὑμέας ἡμῖν, ἄνδρες Σπαρτιῆται, ἀγῶνες
„ἀγωνίδαται, πολλοὶ δὲ καὶ πρὸς ἄλλους. οὕτω ὦν
„ἡμέας δίκαιον ἔχειν τὸ ἕτερον κέρας, ἤπερ Ἀθηναίους,
„οὐ γάρ σφί ἐστι ἔργα οἷά περ ἡμῖν κατεργασμένα,
„οὔτ' ὦν καινὰ, οὔτε παλαιά." Οἱ μὲν ταῦτα ἔλεγον.

quae adhuc tenemus, et hoc consecuti sumus, ut alterum semper cornu ducamus quoties communis suscipitur expeditio. Cum vobis igitur, Lacedaemonii, non contendimus: sed optionem damus vobis utri cornu velitis praeesse, illoque vobis cedimus: sed ad nos hoc pertinere contendimus, ut, quemadmodum superiori tempore, sic et nunc alteri cornu praesimus. Praeter istud vero quod commemoravimus factum, sunt etiam alia ob quae digniores nos sumus qui hunc locum obtineamus, quam Athenienses. Etenim multa praeclara praelia adversus vos, Spartani, multaque item adversus alios fecimus. Quare aequum est, ut nos potius, quam Athenienses, alterum cornu habeamus: nam qb illis nec nuper, nec olim, tales res gestae sunt quales a nobis. Haec Tegeatae

27 Ἀθηναῖοι δὲ πρὸς ταῦτα ὑπεκρίναντο τάδε· „Ἐπιστά-
„μεθα μὲν σύνοδον τήνδε μάχης εἵνεκα συλλεγῆναι πρὸς
„τὸν βάρβαρον, ἀλλ' οὐ λόγων. ἐπεὶ δὲ ὁ Τεγεήτης
„προέθηκε παλαιὰ καὶ καινὰ λέγειν τὰ ἑκατέρωισι ἐν
„τῷ παντὶ χρόνῳ κατέργασται χρηστὰ, ἀναγκαίως
„ἡμῖν ἔχει δηλῶσαι πρὸς ὑμέας, ὅθεν ἡμῖν πατρώιόν
„ἐστι, ἐοῦσι χρηστοῖσι αἰεὶ, πρώτοισι εἶναι ἢ Ἀρκάσι.
„Ἡρακλείδας, τῶν φασὶ οὗτοι ἀποκτεῖναι τὸν ἡγεμόνα
„ἐν Ἰσθμῷ, τοῦτο μὲν τούτους πρότερον, ἐξελαυνομέ-
„νους ὑπὸ πάντων τῶν Ἑλλήνων ἐς τοὺς ἀπικοίατο Φεύ-
„γοντες δουλοσύνην πρὸς Μυκηναίων, μοῦνοι ὑποδεξά-
„μενοι, τὴν Εὐρυσθέος ὕβριν κατείλομεν, σὺν κείνοισι
„μάχῃ νικήσαντες τοὺς τότε ἔχοντας Πελοπόννησον.
„τοῦτο δὲ, Ἀργείους τοὺς μετὰ Πολυνείκεος ἐπὶ Θή-

dixere. (27.) Ad quae *Athenienses* in hunc modum responderunt. *Novimus quidem, pugnandi caussa adversus Barbarum hìc nos convenisse, non disputandi caussa. At quoniam Tegeatarum dux et vetera et nova in medium protulit, quae ab utrisque nostrûm ab omni inde memoriâ bene gesta sint, necesse est ut vobis exponamus, unde nobis, qui semper fortes fuimus, magis patrium sit, quam Arcadibus, ut primi simus. Primum Heraclidas, quorum hi ducem in Isthmo a se interfectum aiunt, hos antea, quum servitutem fugerent a Mycenaeis imminentem, repulsique fuissent a Graecis omnibus quos adierant, nos soli recepimus, et Eurysthei iniuriis finem fecimus, reportatâ cum illis victoriâ de his qui tunc Peloponnesum tenebant. Deinde, quum Argivi cum*

„βας ἐλάσαντας, τελευτήσαντας τὸν αἰῶνα, καὶ ἀτά-
„φους κειμένους, στρατευσάμενοι ἐπὶ τοὺς Καδμείους,
„ἀνελέσθαι τε τοὺς νεκροὺς φαμεν, καὶ θάψαι τῆς
„ἡμετέρης ἐν Ἐλευσῖνι. ἔστι δὲ ἡμῖν ἔργον εὖ ἔχον καὶ
„ἐς Ἀμαζονίδας, τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος ποταμοῦ ἐσ-
„βαλούσας ποτὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν. καὶ ἐν τοῖσι
„Τρωϊκοῖσι πόνοισι οὐδαμῶν ἐλειπόμεθα. Ἀλλ' οὐ γάρ
„τι προέχει τουτέων ἐπιμεμνῆσθαι· καὶ γὰρ ἂν χρη-
„στοὶ τότε ἐόντες, ὡυτοὶ νῦν ἂν εἶεν φλαυρότεροι· καὶ
„τότε ἐόντες φλαῦροι, νῦν ἂν εἶεν ἀμείνονες. Παλαιῶν
„μέν νυν ἔργων ἄλις ἔστω. ἡμῖν δὲ εἰ μηδὲν ἄλλο ἐστὶ
„ἀποδεδεγμένον, ὥσπερ ἐστὶ πολλά τε καὶ εὖ ἔχοντα,
„εἰ τέοισι καὶ ἄλλοισι Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ
„ἐν Μαραθῶνι ἔργου ἄξιοί εἰμεν τοῦτο τὸ γέρας ἔχειν,

Polynice contra Thebas profecti, ibique vita functi, insepulti iacerent, a nobis bello Cadmeis illato ablatos esse gloriamur mortuos, et in nostra terra Eleusine sepultos. Est etiam res a nobis praeclare gesta contra Amazonidas, quae olim a Thermodonte fluvio in terram Atticam incursionem fecerunt. Atque in Troiano etiam bello nullis fuimus secundi. Sed enim nil adtinet, harum rerum facere mentionem: nam, qui tum fortes fuere, fieri potest ut iidem nunc sint deteriores; et qui tunc ignavi, iidem nunc fortiores. Itaque, de rebus olim gestis, haec sufficiant. Nos autem, si nullum aliud edidissemus factum, qui tamen multa, si qui alii ex Graecis, bene praeclareque gessimus; at propter unam certe Marathoniam victoriam digni sumus hoc honore, atque aliis

„καὶ ἄλλα πρὸς τούτῳ· οἵτινες μοῦνοι Ἑλλήνων δὴ μου-
„νομαχήσαντες τῷ Πέρσῃ, καὶ ἔργῳ τοσούτῳ ἐπιχει-
„ρήσαντες, περιεγενόμεθα, καὶ ἐνικήσαμεν ἔθνεα ἓξ τε
„καὶ τεσσεράκοντα. ἆρ' οὐ δίκαιοί εἰμεν ἔχειν ταύτην
„τὴν τάξιν ἀπὸ τούτου μούνου τοῦ ἔργου; Ἀλλ', οὐ γὰρ
„ἐν τῷ τοιῷδε τάξιος εἵνεκα στασιάζειν πρέπει, ἀρτιοί
„εἰμεν πείθεσθαι ὑμῖν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκέει ἐπι-
„τηδεώτατον ἡμέας εἶναι ἑστάναι, καὶ κατ' οὐστινας.
„πάντη γὰρ τεταγμένοι, πειρησόμεθα εἶναι χρηστοί.
28 „ἐξηγέεσθε δὲ ὡς πεισομένων." Οἱ μὲν ταῦτα ἀμεί-
βοντο. Λακεδαιμονίων δὲ ἀνέβωσε ἅπαν τὸ στρατόπε-
δον Ἀθηναίους ἀξιονικοτέρους εἶναι ἔχειν τὸ κέρας ἤπερ
Ἀρκάδας. οὕτω δὴ ἔσχον οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ ὑπερεβάλοντο τοὺς Τεγεήτας.

etiam insuper honoribus: qui ex omnibus Graecis soli cum Persa pugnavimus, tantamque rem adgressi superiores discessimus, et de sex et quadraginta populis victoriam reportavimus. Nonne hac una re gesta commeruimus, ut hic nobis locus in acie tribuatur? At, quum in hoc temporis momento non deceat de loco quo quisque in acie locetur altercari, parati nos sumus vobis parere, Lacedaemonii, et ibi stare ubi et contra quos ut locemur opportunissimum vobis fuerit visum. Nam ubicumque fuerimus locati, operam dabimus ut fortes nos viros praestemus. Imperate igitur, et nos obsequemur. (28.) Hoc quum illi respondissent, universus Lacedaemoniorum exercitus adclamavit Atheniensibus, digniores illos esse qui cornu praeessent, quam Arcades. Atque ita Athenienses, victis Tegeatis, honorem illum sunt consecuti.

705, 98.

Μετὰ δὲ ταῦτα, ἐτάσσοντο ὧδε οἱ ἐπιφοιτῶντές τε καὶ οἱ ἀρχὴν ἐλθόντες Ἑλλήνων. τὸ μὲν δεξιὸν κέρας εἶχον Λακεδαιμονίων μύριοι· τουτέων δὲ τοὺς πεντακισχιλίους, ἐόντας Σπαρτιήτας, ἐφύλασσον ψιλοὶ τῶν εἰλωτέων πεντακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι, περὶ ἄνδρα ἕκαστον ἑπτὰ τεταγμένοι. προσεχέας δέ σφι εἵλοντο ἑστάναι οἱ Σπαρτιῆται τοὺς Τεγεήτας, καὶ τιμῆς εἵνεκα καὶ ἀρετῆς. τουτέων δ' ἦσαν ὁπλῖται χίλιοι καὶ πεντηκόσιοι. μετὰ δὲ τούτους ἵσταντο Κορινθίων πεντακισχίλιοι· παρὰ δέ σφι εὕροντο παρὰ Παυσανίεω ἑστάναι Ποτιδαιητέων τῶν ἐκ Παλλήνης τοὺς παρεόντας τριηκοσίους. τουτέων δὲ ἐχόμενοι ἵσταντο Ἀρκάδες Ὀρχομένιοι ἑξακόσιοι· τουτέων δὲ, Σικυώνιοι τρισχίλιοι. τουτέων δὲ εἵχοντο Ἐπιδαυρίων ὀκτακόσιοι. παρὰ δὲ τούτους, Τροιζηνίων ἐτάσσοντο χίλιοι· Τροιζηνίων δὲ ἐχό-

Post haec, *Graecorum acies* (*ad Plataeas*,) quum eorum qui initio convenerant, tum qui paulatim supervenerant, in hunc modum ordinata est. Dextrum cornu *Lacedaemonii* tenuere, numero decies mille, quorum quinque millia *Spartani* fuere, quos custodiebant *Hilotae* tricies quinquies mille, septem hilotae cuique viro adtributi. Proximum locum Spartani *Tegeatis* tribuerunt, et honoris caussa, et virtutis: erantque hi mille et quingenti graviter armati. Post hos locati *Corinthiorum* quinque millia: qui a *Pausania* impetrarunt, ut iuxta ipsos starent *Potidaeatae* qui aderant ex Pallene, numero trecenti. His proximi locati Arcades *Orchomenii* sexcenti; tum *Sicyonii* ter mille; iuxtaque hos *Epidaurii* octingenti; quibus proximi *Troezenii* mille; tum

μενοι, Λεπρεητέων διηκόσιοι· τουτέων δὲ, Μυκηναίων καὶ Τιρυνθίων τετρακόσιοι· τουτέων δὲ ἐχόμενοι, Φλιάσιοι χίλιοι. παρὰ δὲ τούτους ἔστασαν Ἑρμιονέες τριηκόσιοι. Ἑρμιονέων δὲ ἐχόμενοι ἵσταντο Ἐρετριέων τε καὶ Στυρέων ἑξακόσιοι· τουτέων δὲ Χαλκιδέες τετρακόσιοι· τουτέων δὲ, Ἀμπρακιητέων πεντηκόσιοι. μετὰ δὲ τούτους, Λευκαδίων καὶ Ἀνακτορίων ὀκτακόσιοι ἔστασαν· τουτέων δὲ ἐχόμενοι, Παλέες οἱ ἐκ Κεφαλληνίης διηκόσιοι. μετὰ δὲ τούτους, Αἰγινητέων πεντηκόσιοι ἐτάχθησαν. παρὰ δὲ τούτους ἐτάσσοντο Μεγαρέων τρισχίλιοι. εἴχοντο δὲ τουτέων, Πλαταιέες ἑξακόσιοι. τελευταῖοι δὲ καὶ πρῶτοι Ἀθηναῖοι ἐτάσσοντο, κέρας ἔχοντες τὸ εὐώνυμον, ὀκτακισχίλιοι· ἐστρατήγεε δ' αὐτέων
29 Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου. Οὗτοι, πλὴν τῶν ἑπτὰ περὶ ἕκαστον τεταγμένων Σπαρτιήτησι, ἔσαν ὁπλῖται· συνάπαντες ἐόντες ἀριθμὸν τρεῖς τε μυριάδες, καὶ ὀκτὼ

iuxta Troezenios *Lepreatae* ducenti; tum *Mycenaei* et *Tirynthii* quadringenti; quibus proximi, *Phliasii* mille; ac dein *Hermionenses* trecenti. Proximi Hermionensibus locati *Eretrienses* et *Styrenses* sexcenti: post quos *Chalcidenses* quadringenti, et *Ampraciatae* quingenti; deinde *Leucadii* locati erant et Anactorii, numero octingenti: hisque proximi *Palenses* ex Cephallenia ducenti. Post hos *Aeginetae* stabant quingenti; et iuxta illos *Megarenses* locati ter mille; tum *Plataeenses* sexcenti. Postremi vero et primi *Athenienses* stabant, laevum cornu tenentes, numero octies mille; quibus *Aristides* praeerat, Lysimachi filius. (29.) Hi cuncti, exceptis septem illis cuique Spartanorum adtributis, graviter fuere armati; numero, simul omnes, tricies octies mille et septin-

χιλιάδες, καὶ ἑκτοντάδες ἑπτά. ὁπλῖται μὲν οἱ πάντες συλλεγέντες ἐπὶ τὸν βάρβαρον, ἔσαν τοσοῦτοι. Ψιλῶν δὲ πλῆθος ἦν τόδε. τῆς μὲν Σπαρτιητικῆς τάξιος, πενταχισχίλιοι καὶ τρισμύριοι ἄνδρες, ὡς ἐόντων ἑπτὰ περὶ ἕκαστον ἄνδρα· καὶ τουτέων πᾶς τις παρήρτητο ὡς ἐς πόλεμον. οἱ δὲ τῶν λοιπῶν Λακεδαιμονίων καὶ Ἑλλήνων ψιλοὶ, ὡς εἷς περὶ ἕκαστον ἐὼν ἄνδρα, πεντακόσιοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ τρισμύριοι ἔσαν. ψιλῶν μὲν δὴ τῶν ἀπάντων μαχίμων ἦν τὸ πλῆθος ἓξ τε μυριάδες, καὶ ἐννέα χιλιάδες, καὶ ἑκατοντάδες πέντε. Τοῦ δὲ σύμπαντος Ἑλληνικοῦ τοῦ συνελθόντος ἐς Πλαταιὰς σύν τε ὁπλίτῃσι καὶ ψιλοῖσι τοῖσι μαχίμοισι, ἑνδεκα μυριάδες ἔσαν, μιῆς χιλιάδος, πρὸς δὲ, ὀκτακοσίων ἀνδρῶν καταδέουσαι. σὺν δὲ Θεσπιέων τοῖσι παρεοῦσι ἐξεπληροῦντο αἱ ἕνδεκα μυριάδες. παρῆσαν γὰρ

genti. Iste igitur fuit *numerus graviter armatorum*, qui ad pugnandum contra Persam convenerant. *Leviter* vero *armatorum numerus* hic fuit. In Spartanorum ordinibus tricies quinquies mille viri, quippe septem circa quemque virum; eratque horum quisque ad bellum instructus. Reliquorum vero Lacedaemoniorum et Graecorum leviter armati, unus fere circa quemque virum, fuere tricies quater mille et quingenti. Itaque leviter armatorum numerus universus fuit sexaginta novem millium et quingentorum. (30.) Itaque *universus numerus Graecarum copiarum ad Plataeas*, simul sumta et gravi et levi armatura, fuit centum et decem millium, minus mille et octingentis. Adiunctis vero Thespiensibus qui aderant, completus est numerus centum et decem millium. Adfuerunt enim etiam in castris

καὶ Θεσπιέων ἐν τῷ στρατοπέδῳ οἱ περιεόντες, ἀριθμὸν ἐς ὀκτακοσίους καὶ χιλίους· ὅπλα δὲ οὐδ' οὗτοι εἶχον. Οὗτοι μέν νυν ταχθέντες ἐπὶ τῷ Ἀσωπῷ ἐστρατοπεδεύοντο.

31 Οἱ δὲ ἀμφὶ Μαρδόνιον βάρβαροι, ὡς ἀπεκήδευσαν Μασίστιον, παρῆσαν, πυθόμενοι τοὺς Ἕλληνας εἶναι ἐν Πλαταιῇσι, καὶ αὐτοὶ ἐπὶ τὸν Ἀσωπὸν τὸν ταύτῃ ῥέοντα. ἀπικόμενοι δὲ, ἀντετάσσοντο ὧδε ὑπὸ Μαρδονίου. Κατὰ μὲν Λακεδαιμονίους ἔστησε Πέρσας· καὶ δὴ, πολλὸν γὰρ περιέασαν πλήθεϊ οἱ Πέρσαι, ἐπί τε τάξις πλεῦνας ἐκεκοσμέατο, καὶ ἐπεῖχον τοὺς Τεγεή-

XXXI. *In editt. Iungerm. Gal. et Gron. h. l. pro Cap.* XXXI. *per errorem repetitur numerus* XXX. *ac deinde pro Cap.* XXXII. *adponitur numerus* XXXI. *et sic porro. Qui error quum correctus sit a Wesselingio, eo factum est, ut inde ab hoc loco, per reliquum librum nonum, numerus Capitum sive Sectionum in editt. Wess. Schaef. et Borh. et in nostra hac editione, unitate superet numerum quem praeferunt superiores editiones. Larcherus caput* XXX. *et* XXXI. *pro uno numerans, in sequentium capitum numero cum ed. Gron. consentit.*

quotquot supererant Thespiensium, ad mille octingenti: sed illi quidem nonnisi leviter armati. Graeci igitur, ita ordinati, ad Asopum castra habuere.

(31.) *Barbari* cum *Mardonio*, postquam finem fecerunt parentandi Masistio, quum cognovissent Graecos *ad Plataeas* esse, ipsi quoque ad *Asopum*, qui illac fluit, se contulerunt. Quo ubi venere, Graecis in hunc modum oppositi sunt a Mardonio. Contra Lacedaemonios locavit *Persas*; qui quidem, quum illos multitudine longe superarent, non solum plures in ordines locati, sed Tegeatis etiam oppositi

707, 57.

τας. ἔταξε δὲ οὕτω· ὅ τι μὲν ἦν αὐτοῦ δυνατώτατον πᾶν ἀπολέξας, ἔστησε ἀντίον Λακεδαιμονίων· τὸ δὲ ἀσθενέστερον παρέταξε κατὰ τοὺς Τεγεήτας. ταῦτα δ' ἐποίεε, Φραζόντων τε καὶ διδασκόντων Θηβαίων. Περσέων δὲ ἐχομένους ἔταξε Μήδους· οὗτοι δὲ ἐπέσχον Κορινθίους τε καὶ Ποτιδαιήτας, καὶ Ὀρχομενίους τε καὶ Σικυωνίους. Μήδων δὲ ἐχομένους ἔταξε Βακτρίους· οὗτοι δὲ ἐπέσχον Ἐπιδαυρίους τε καὶ Τροιζηνίους, καὶ Λεπρεήτας τε καὶ Τιρυνθίους, καὶ Μυκηναίους τε καὶ Φλιασίους. μετὰ δὲ Βακτρίους ἔστησε Ἰνδούς· οὗτοι δὲ ἐπέσχον Ἑρμιονέας τε καὶ Ἐρετριέας, καὶ Στυρέας τε καὶ Χαλκιδέας. Ἰνδῶν δὲ ἐχομένους Σάκας ἔταξε· οἳ ἐπέσχον Ἀμπρακιήτας τε καὶ Ἀνακτορίους, καὶ Λευκαδίους, καὶ Παλέας, καὶ Αἰγινήτας. Σακέων δὲ ἐχομένους ἔταξε ἀντία Ἀθηναίων τε καὶ Πλαταιέων καὶ

stabant. Ordinavit eos autem Mardonius ita, ut selectos suorum validissimos quosque opponeret Lacedaemoniis, infirmiores vero contra Tegeatas locaret: idque fecit a Thebanis monitus. Persis proximos *Medos* locavit; qui ex adverso Corinthios habebant et Potidaeatas et Orchomenios et Sicyonios. A latere Medorum *Bactrios* locavit, Epidauriis oppositos et Troezeniis, item Lepreatis, Tyrinthiis, Mycenaeis et Phliasiis. Post Bactrios, *Indos* locavit, quibus ex adverso Hermionenses stabant et Eretrienses et Styrenses et Chalcidenses. Proxime Indis *Sacas* locavit, Ampraciatis oppositos et Anactoriis et Leucadiis et Palensibus et Aeginetis. Proximos Sacis, ex adverso Atheniensium et Plataeensium et Megarensium, *Boeotos* locavit et *Locros* et *Malienses* et

Μεγαρέων, Βοιωτούς τε καὶ Λοκρούς, καὶ Μηλιέας τε καὶ Θεσσαλούς, καὶ Φωκέων τοὺς χιλίους. οὐ γὰρ ὧν ἅπαντες οἱ Φωκέες ἐμήδισαν· ἀλλά τινες αὐτέων καὶ τὰ Ἑλλήνων ἠύξον, περὶ τὸν Παρνησσὸν κατειλημένοι· καὶ ἐνθεῦτεν ὁρμεώμενοι, ἔφερόν τε καὶ ἦγον τήν τε Μαρδονίου στρατιὴν καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ ἐόντας Ἕλληνας. ἔταξε δὲ καὶ Μακεδόνας τε καὶ τοὺς περὶ Θεσσα-
32 λίην οἰκημένους κατὰ τοὺς Ἀθηναίους. Ταῦτα μὲν τῶν ἐθνέων τὰ μέγιστα ὀνόμασται τῶν ὑπὸ Μαρδονίου ταχθέντων, τά περ ἐπιφανέστατά τε ἦν καὶ λόγου πλείστου. ἐνῆσαν δὲ καὶ ἄλλων ἐθνέων ἄνδρες ἀναμεμιγμένοι, Φρυγῶν τε καὶ Θρηϊκων, καὶ Μυσῶν τε καὶ Παιόνων, καὶ τῶν ἄλλων· ἐν δὲ, καὶ Αἰθιόπων τε, καὶ Αἰγυπτίων οἵ τε Ἑρμοτύβιες καὶ οἱ Καλασίριες καλεόμενοι, μαχαιροφόροι· οἵπερ εἰσὶ Αἰγυπτίων μοῦνοι μάχιμοι.

Thessalos et mille illos, quos memoravi, *Phocenses*. Nec enim omnes Phocenses a partibus Medorum stabant; sed eorum nonnulli etiam cum Graecis faciebant, circa Parnassum conglobati, indeque impetu facto exercitum Mardonii, et Graecos qui cum eo erant, vexabant praedamque ex illis agebant. Insuper vero etiam *Macedonas*, et populos Thessaliae finitimos, Atheniensibus Mardonius opposuit. (32.) Quos adhuc nominavi populos a Mardonio in acie locatos, hi numerosiores sunt maiorisque momenti. *Mixti his* autem fuere *ex aliis populis* viri, Phryges, Thraces, Mysi, Paeones, aliique. Adfuere etiam ex Aethiopibus selecti, et Aegyptiorum *Hermotybies* et *Calasyries* (qui vocantur) gladiis armati; qui soli sunt Aegyptiorum milites. Hos autem Mardo-

707, 89.

τούτους δὲ ἔτι ἐὼν ἐν Φαλήρῳ, ἀπὸ τῶν νηῶν ἀπεβι-
βάσατο, ἐόντας ἐπιβάτας· οὐ γὰρ ἐτάχθησαν ἐς τὸν
πεζὸν τὸν ἅμα Ξέρξῃ ἀπικόμενον ἐς Ἀθήνας Αἰγύπτιοι.
Τῶν μὲν δὴ βαρβάρων ἦσαν τριήκοντα μυριάδες, ὡς
καὶ πρότερον δεδήλωται· τῶν δὲ Ἑλλήνων τῶν Μαρδο-
νίου συμμάχων οἶδε μὲν οὐδεὶς ἀριθμόν· οὐ γὰρ ὧν ἠριθ-
μήθησαν· ὡς δὲ ἐπεικάσαι, ἐς πέντε μυριάδας συλ-
λεγῆναι εἰκάζω. Οὗτοι οἱ παραταχθέντες πεζοὶ ἦσαν·
ἡ δὲ ἵππος χωρὶς ἐτέτακτο.

Ὡς δὲ ἄρα πάντες οἱ ἐτετάχατο κατά τε ἔθνεα καὶ 33
κατὰ τέλεα, ἐνθαῦτα τῇ δευτέρῃ ἡμέρῃ ἐθύοντο καὶ ἀμ-
φότεροι. Ἕλλησι μὲν Τισαμενὸς Ἀντιόχου ἦν ὁ θυό-
μενος· οὗτος γὰρ δὴ εἵπετο τῷ στρατεύματι τούτῳ μάν-
τις· τὸν, ἐόντα Ἠλεῖον καὶ γένεος τοῦ Ἰαμιδέων Κλυ-

nius, quum adhuc Phaleri esset, e navibus adsciverat quarum propugnatores erant: nec enim Aegyptii in peditatu fuerant, qui cum Xerxe Athenas venit. Iam Barbarorum quidem numerus qui cum Mardonio erant, ut iam supra dixi, trecenta millia fuere: Graecorum vero numerum, qui ei socii aderant, nemo novit, nec enim initus illorum numerus est; sed, si coniectura licet uti, ad quinquaginta millia coacta fuisse coniicio. Hic igitur peditatus fuit, eo quo dixi modo in acie locatus: equitatus autem seorsim instructus stabat.

(33.) Cunctis ita per populos et per manipulos dispositis, dein postridie utrique sacra fecerunt. Graecis *Tisamenus*, Antiochi filius, sacrificator erat: hic enim exercitum hunc ut vates sequebatur. Eleus is fuit, Clytiades [*id est*, ex Clytii familia] de

τιάδην, Λακεδαιμόνιοι ἐποιήσαντο λεωσφέτερον. Τισαμενῷ γὰρ μαντευομένῳ ἐν Δελφοῖσι περὶ γόνου, ἀνεῖλε ἡ Πυθίη, ἀγῶνας τοὺς μεγίστους ἀναιρήσεσθαι πέντε. ὁ μὲν δὴ ἁμαρτὼν τοῦ χρηστηρίου, προσεῖχε γυμνασίοισι, ὡς ἀναιρησόμενος γυμνικοὺς ἀγῶνας. ἀσκέων δὲ πενταέθλου, παρὰ ἓν πάλαισμα ἔδραμε νικᾶν ὀλυμπιάδα, Ἱερωνύμῳ τῷ Ἀνδρίῳ ἐλθὼν ἐς ἔριν. Λακεδαιμόνιοι δὲ, μαθόντες οὐκ ἐς γυμνικοὺς, ἀλλ' ἐς ἀρηίους ἀγῶνας φέρον τὸ Τισαμενοῦ μαντήϊον, μισθῷ ἐπειρῶντο πείσαντες Τισαμενὸν ποιέεσθαι ἅμα Ἡρακλειδέων τοῖσι βασιλεῦσι ἡγεμόνα τῶν πολέμων. ὁ δὲ, ὁρέων περὶ πολλοῦ ποιευμένους Σπαρτιήτας Φίλον αὐτὸν προσθέσθαι, μαθὼν τοῦτο, ἀνετίμα, σημαίνων σφι, ὡς „ἢν μιν πολιήτην σφέτερον ποιήσωνται, τῶν πάντων μεταδι-

gente Iamidarum: quem Lacedaemonii civem adoptaverant. Scilicet quum Delphicum oraculum *Tisamenus* de prole consuluisset, responderat ei Pythia, *quinque maximis certaminibus victoriam illum reportaturum.* Itaque gymnicis certaminibus dedit operam, tamquam in his victoriam reportaturus: et quinquertium exercens, Olympiae certamine inito cum Hieronymo, genere Andrio, in eo erat ut victoria potiretur, sed uno luctae certamine victus est. Tunc Lacedaemonii, intelligentes ad bellica certamina, non ad gymnica, spectare responsum Tisameno editum, conati sunt Tisamenum proposita mercede sibi conciliare, eique persuadere ut unà cum regibus de Heraclidarum genere dux ipsis esset bellorum. At ille, ubi vidit multum interesse Lacedaemoniorum, amicum se illis et socium adiungi, auxit pretium, dixitque, *si se in civium numerum vellent cooptare; omniumque*

708, 18.

δόντες, ποιήσει ταῦτα; ἐπ' ἄλλῳ μισθῷ δ' οὔ." Σπαρτιῆται δὲ, πρῶτα μὲν, ἀκούσαντες, δεινὰ ἐποιεῦντο καὶ μετίεσαν τῆς χρησμοσύνης τὸ παράπαν. τέλος δὲ, δείματος μεγάλου ἐπικρεμαμένου τοῦ Περσικοῦ τούτου στρατεύματος, καταίνεον μετιόντες. ὁ δὲ, γνοὺς τετραμμένους σφέας, οὐδ' οὕτω ἔφη ἔτι ἀρκέεσθαι τούτοισι μούνοισι, ἀλλὰ δεῖν ἔτι καὶ τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ Ἡγίην γίνεσθαι Σπαρτιήτην ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι τοῖσι καὶ αὐτὸς γίνεται. Ταῦτα δὲ λέγων οὗτος ἐμιμέετο Με- 34
λάμποδα, ὡς εἰκάσαι βασιληίην τε καὶ πολιτηίην, αἰτεόμενος. καὶ γὰρ δὴ καὶ Μελάμπους, τῶν ἐν Ἄργεϊ γυναικῶν μανεισέων, ὡς μιν οἱ Ἀργεῖοι ἐμισθοῦντο ἐκ Πύλου παῦσαι τὰς σφετέρας γυναῖκας τῆς νούσου, μισθὸν προετείνατο τῆς βασιληίης τὸ ἥμισυ. οὐκ ἀνα-

iurium participem reddere, tunc se id facturum, alio autem pretio minime. Quo audito, primum indignati Spartani, missam fecerunt illius artem divinandi. Ad extremum vero, quum ingens eis metus impenderet a Persico hoc exercitu, consentientes in conditionem, arcessiverunt virum. At ille, ubi mutatam vidit eorum sententiam, *ne sic quidem*, ait, *sufficere sibi hoc unum, sed oportere etiam fratrem suum Hagian eâdem conditione, qua ipse, fieri Spartanum.* (34.) Haec ille dicens, postulatis suis imitatus est *Melampodem*, si regiam dignitatem cum iure civitatis licet conferre. Melampus enim, quum *Argis mulieres furore* essent *correptae*, et Argivi illum proposita mercede Pylo vellent arcessere, ut morbo liberaret mulieres, mercedem postulaverat dimidium regni. Qua repudiata condi-

σχομένων δὲ τῶν Ἀργείων, ἀλλ' ἀπιόντων, ὡς ἐμαίνοντο πολλῷ πλεῦνες τῶν γυναικῶν, οὕτω δὴ ὑποστάντες τὰ ὁ Μελάμπους προετείνετο, ἤϊσαν ὀώσοντές οἱ ταῦτα. ὁ δὲ ἐνθαῦτα δὴ ἐπορέγεται, ὁρέων αὐτοὺς τετραμμένους, φὰς, „ἢν μὴ καὶ τῷ ἀδελφεῷ Βίαντι μεταδῶσι τὸ τριτημόριον τῆς βασιληΐης, οὐ ποιήσειν τὰ βούλονται.“ οἱ δὲ Ἀργεῖοι, ἀπειληθέντες ἐς στεινὸν, καταινέουσι καὶ ταῦτα. Ὡς δὲ καὶ Σπαρτιῆται, ἐδέοντο γὰρ δεινῶς τοῦ Τισαμενοῦ, πάντως συνεχώρεόν οἱ. συγχωρησάντων δὲ καὶ ταῦτα τῶν Σπαρτιητέων, οὕτω δὴ πέντε σφι μαντευόμενος ἀγῶνας τοὺς μεγίστους Τισαμενὸς ὁ Ἠλεῖος, γενόμενος Σπαρτιήτης, συγκαταιρέει. μοῦνοι δὲ δὴ πάντων ἀνθρώπων ἐγένοντο οὗτοι Σπαρ-

XXXV. 2. πάντως. πάντων suspicatus sum opportuisse.

tione postquam digressi sunt Argivi, quum multo etiam plures mulieres in insaniam incidissent, ita demum in conditionem a Melampode propositam consentientes, adierunt eum, id quod ille postulaverat daturi. At tunc ille, mutatam videns horum sententiam, auctâ cupiditate, ait, *nisi fratri ipsius Bianti tertiam regni partem traderent, non esse se illis morem gesturum.* Et Argivi, in angustias adducti, in hanc etiam conditionem consenserunt. (35.) Pari modo etiam *Spartani*, quum *Tisamenum* sibi adiungere vehementer cuperent, omnibus eius postulatis concesserunt. Quae postquam ei Spartani indulserunt, ad quinque maximas reportandas victorias Tisamenus Eleus, nunc Spartanus factus, operam suam illis arte suâ divinandi contulit. Sunt autem isti duo ex omnibus hominibus soli, quos Spar-

709. 45.

τιήτησι πολιῆται. οἱ δὲ πέντε ἀγῶνες, οἵδε ἐγένοντο· εἷς μὲν καὶ πρῶτος, οὗτος ὁ ἐν Πλαταιῇσι· ἐπὶ δὲ, ὁ ἐν Τεγέῃ πρὸς Τεγεήτας τε καὶ Ἀργείους γενόμενος· μετὰ δὲ, ὁ ἐν Διπαιεῦσι πρὸς Ἀρκάδας πάντας, πλὴν Μαντινέων· ἐπὶ δὲ, ὁ Μεσσηνίων ὁ πρὸς Ἰσθμῷ· ὕστατος δὲ, ὁ ἐν Τανάγρῃ πρὸς Ἀθηναίους τε καὶ Ἀργείους γενόμενος. οὗτος δὲ ὕστατος κατεργάσθη τῶν πέντε ἀγώνων. Οὗτος δὴ τότε τοῖσι Ἕλλησι ὁ Τισαμενὸς, 36
ἀγόντων τῶν Σπαρτιητέων, ἐμαντεύετο ἐν τῇ Πλαταιΐδι. τοῖσι μέν νυν Ἕλλησι καλὰ ἐγίνετο τὰ ἱρὰ, ἀμυνομένοισι· διαβᾶσι δὲ τὸν Ἀσωπὸν καὶ μάχης ἄρχουσι, οὔ.

Μαρδονίῳ δὲ, προθυμεομένῳ μάχης ἄρχειν, οὐκ ἐπι- 37

XXXV. 11. Ἰσθμῷ. Ἰθώμῃ *corrigunt viri docti, et sic ed. Borh.*

tani in civium numerum cooptarunt. Quinque vero certamina, in quibus ope Tisameni victoriam Spartani reportarunt, haec sunt: primum hoc, ad Plataeas; deinde illud ad Tegeam, contra Tegeatas et Argivos; tertium, in Dipaeensibus adversus universos Arcadas, exceptis Mantinensibus; quartum, adversus Messenios ad Isthmum; [*sive rectius*, ad Ithomam;] quintum, ad Tanagram contra Athenienses et Argivos: hoc postremum peractum est certamen ex illis quinque. (36.) Hic igitur tunc Tisamenus, Spartanos comitatus, interpres sacrorum ad Plataeas fuit Graecis. Et felicem rei exitum Graecis portendebant sacra, si sese defenderent; parum prosperum autem, si Asopum transirent, et pugnae facerent initium.

(37.) *Mardonius* vero, quum cuperet initium

τήθεα ἐγίνετο τὰ ἱρά· ἀμυνομένῳ δὲ καὶ τούτῳ καλά. καὶ γὰρ οὗτος Ἑλληνικοῖσι ἱροῖσι ἐχρέετο, μάντιν ἔχων Ἡγησίστρατον, ἄνδρα Ἠλεῖόν τε καὶ τῶν Τελλιαδέων ἐόντα λογιμώτατον. τὸν δὴ πρότερον τούτων Σπαρτιῆται λαβόντες, ἔδησαν ἐπὶ θανάτῳ, ὡς πεπονθότες πολλά τε καὶ ἀνάρσια ὑπ' αὐτοῦ. ὁ δὲ, ἐν τούτῳ τῷ κακῷ ἐχόμενος, ὥστε τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς, πρό τε τοῦ θανάτου πεισόμενος πολλά τε καὶ λυγρὰ, ἔργον ἐργάσατο μέζον λόγου. ὡς γὰρ δὴ ἐδέδετο ἐν ξύλῳ σιδηροδέτῳ, ἐσενειχθέντος κως σιδηρίου ἐκράτησε· αὐτίκα δὲ ἐμηχανᾶτο ἀνδρειότατον ἔργον πάντων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν. σταθμησάμενος γὰρ ὅκως ἐξελεύσεταί οἱ τὸ λοιπὸν τοῦ ποδὸς, ἀπέταμε τὸν ταρσὸν ἑωυτοῦ. ταῦτα δὲ ποιήσας, ὥστε φυλασσόμενος ὑπὸ φυλάκων, διορύξας

facere pugnandi, non opportuna habuit sacra; sed huic quoque, si sese defenderet, fausta omnia portendebantur. Usus est enim etiam ille Graecanicis sacris; eratque illi *vates Hegesistratus*, civis Eleus, et Telliadarum nobilissimus. Eumdem virum antea Spartani, a se captum, in vincula coniecerant, et supplicio destinaverant, quippe multa indigna ab eo perpessi. Ille vero, hac calamitate circumventus, utpote cui non modo capitis imminebat poena, sed ante mortem etiam multa tristia patienda, facinus commisit dictu incredibile. Quum enim ligno illigatus esset ferro revincto, illatum forte ferreum instrumentum nactus, continuo facinus molitus est omnium quae novimus fortissimum. Postquam enim perpendit quo pacto reliquum pedem e compede educeret, anteriorem pedis partem sibi praecidit. Quo

710, 73.

τὸν τοῖχον, ἀπέδρη ἐς Τεγέην, τὰς μὲν νύκτας πορευόμενος, τὰς δὲ ἡμέρας καταδύνων ἐς ὕλην καὶ αὐλιζόμενος· οὕτω ὥστε, Λακεδαιμονίων πανδημεὶ διζημένων, τρίτῃ εὐφρόνῃ γενέσθαι ἐν Τεγέῃ· τοὺς δὲ ἐν Θώματι μεγάλῳ ἐνέχεσθαι τῆς τε τόλμης, ὁρέοντας τὸ ἡμίτομον τοῦ ποδὸς κείμενον, καὶ κεῖνον οὐ δυναμένους εὑρεῖν. Τότε μὲν οὕτω διαφυγὼν Λακεδαιμονίους, καταφεύγει ἐς Τεγέην, ἐοῦσαν οὐκ ἀρθμίην Λακεδαιμονίοισι τοῦτον τὸν χρόνον. ὑγιὴς δὲ γενόμενος, καὶ προποιησάμενος ξύλινον πόδα, κατεστήκεε ἐκ τῆς ἰθείης Λακεδαιμονίοισι πολέμιος. οὐ μέντοι ἔς γε τέλος οἱ συνήνεικε τὸ ἔχθος τὸ ἐς Λακεδαιμονίους συγκεκυρημένον· ἦλθε γὰρ μαντευόμενος ἐν Ζακύνθῳ ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἀπέθανε. Ὁ μέν νυν θάνατος ὁ Ἡγησιστράτου,

facto, quum custodiretur a custodibus, perfosso pariete Tegeam profugit, noctu iter faciens, interdiu vero inter fruticeta latens et in statione manens: atque ita, Lacedaemoniis ubique eum quaerentibus, tertia nocte Tegeae fuit: et audaciâ hominis obstupefacti erant Lacedaemonii, quum abscissum dimidiatum pedem viderent humi iacentem, hominem autem non possent reperire. Postquam igitur hoc modo tunc Lacedaemonios evasit, Tegeam profugit, quae per id tempus non pacata erat Lacedaemoniis. Dein persanato vulnere, ligneum sibi pedem adscivit; et ab illo tempore ex professo hostis fuit Lacedaemoniorum. Nec tamen usque ad finem ei profuit odium in Lacedaemonios conceptum: captus est enim ab illis quum vaticinaretur in Zacyntho, et interfectus. Sed hic interitus *Hegesistrati* post pugnam

ὕστερον ἐγένετο τῶν Πλαταϊκῶν· τότε δ' ἐπὶ τῷ Ἀσω- 3σ
πῷ Μαρδονίῳ μεμισθωμένος οὐκ ὀλίγου, ἐθύετό τε, καὶ προεθυμέετο κατά τε τὸ ἔχθος τὸ Λακεδαιμονίων, καὶ κατὰ τὸ κέρδος.

38 Ὡς δὲ οὐκ ἐκαλλιέρεε ὥστε μάχεσθαι, οὔτε αὐτοῖσι Πέρσῃσι, οὔτε τοῖσι μετ' ἐκείνων ἐοῦσι Ἑλλήνων· (εἶχον γὰρ καὶ οὗτοι ἐπ' ἑωυτῶν μάντιν Ἱππόμαχον, Λευκάδιον ἄνδρα·) ἐπιρρεόντων δὲ τῶν Ἑλλήνων, καὶ γινομένων πλεύνων, Τιμηγενίδης ὁ Ἕρπυος, ἀνὴρ Θη- 5
βαῖος, συνεβούλευσε Μαρδονίῳ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Κι-
θαιρῶνος Φυλάξαι· λέγων ὡς ἐπιρρέουσι οἱ Ἕλληνες αἰεὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην, καὶ ὡς ἀπολάμψοιτο συχνούς.

39 Ἡμέραι δὲ σφι ἀντικατημένοισι ἤδη ἐγεγόνεσαν ὀκτώ, ὅτε ταῦτα ἐκεῖνος συνεβούλευε Μαρδονίῳ. ὁ δὲ, μαθὼν

accidit Plataeensem: tunc vero ad Asopum fluvium, haud exiguo pretio a Mardonio conductus, sacra faciebat, libenter suscepto eo munere, tam ob odium Lacedaemoniorum, quam quaestus cupidine.

(38.) Quum igitur et ipsi Persae, et qui cum eis erant Graeci, (nam et hi seorsim suum aruspicem habebant, Hippomachum Leucadium) victimarum iudicio prohiberentur committere praelium, continenter autem novae sociorum copiae in castra confluerent Graecorum, numerusque illorum in dies augeretur; tum vero *Timagenides* Herpyis filius, Thebanus, *Mardonio* suasit, ut exitum faucium Cithaeronis occuparet; dicens, *continenter Graecos quotidie adfluere, quorum ingentem numerum ibi esset intercepturus.* (39.) Iam octo diebus castra castris opposita habuerant, quum ille hoc consilium Mar-

τὴν παραίνεσιν εὖ ἔχουσαν, ὡς εὐφρόνη ἐγένετο, πέμπει τὴν ἵππον ἐς τὰς ἐκβολὰς τὰς Κιθαιρωνίδας, αἳ ἐπὶ Πλαταιέων φέρουσι· τὰς Βοιωτοὶ μὲν Τρεῖς Κεφαλὰς καλέουσι, Ἀθηναῖοι δὲ Δρυὸς Κεφαλάς. πεμφθέντες δὲ οἱ ἱππόται, οὐ μάτην ἀπίκοντο. ἐσβάλλοντα γὰρ ἐς τὸ πεδίον λαμβάνουσι ὑποζύγιά τε πεντακόσια, σιτία ἄγοντα ἀπὸ Πελοποννήσου ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ ἀνθρώπους, οἳ εἵποντο τοῖσι ζεύγεσι. ἐλόντες δὲ ταύτην τὴν ἄγρην οἱ Πέρσαι, ἀφειδέως ἐφόνευον, οὐ φειδόμενοι οὔτε ὑποζυγίου οὐδενός, οὔτε ἀνθρώπου. ὡς δὲ ἄδην εἶχον κτείνοντες, τὰ λοιπὰ αὐτέων ἤλαυνον περιβαλλόμενοι παρά τε Μαρδόνιον καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον. Μετὰ δὲ τοῦτο τὸ ἔργον ἑτέρας δύο ἡμέρας διέτριψαν, οὐδέτεροι βουλόμενοι μάχης ἄρξαι. μέχρι μὲν γὰρ τοῦ Ἀσωποῦ ἐπῆισαν οἱ βάρβαροι, πειρώμενοι τῶν Ἑλλή-

donio dedit. Et intelligens Persa bonum esse consilium, noctu equitatum ad *faucium Cithaeronis exitum*, versus Plataeas ferentem, misit; quem locum Boeoti *Tria capita* vocant, Athenienses vero *Quercus capita*. Nec frustra venerunt equites, eo loci missi: ceperunt enim ingredientia planitiem iumenta quingenta, quae ex Peloponneso cibaria in castra vehebant, cum hominibus iumenta sequentibus. Qua praeda capta Persae immanem caedem ediderunt, nec iumentis parcentes nec hominibus: donec caede satiati, reliqua circumventa ad *Mardonium* in castra abegerunt. (40.) Post hoc factum, biduum adhuc morati sunt utrique, quum neutri vellent initium facere pugnae. Et Barbari quidem usque ad *Asopum* progrediebantur, lacessentes Graecos: sed neutri flu-

νων, διέβαινον δὲ οὐδέτεροι. ἡ μέντοι ἵππος ἡ Μαρδονίου αἰεὶ προσέκειτό τε καὶ ἐλύπεε τοὺς Ἕλληνας. οἱ γὰρ Θηβαῖοι, ἅτε μηδίζοντες μεγάλως, προθύμως ἔφερον τὸν πόλεμον, καὶ αἰεὶ κατηγέοντο μέχρι μάχης· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου παραδεκόμενοι Πέρσαι τε καὶ Μῆδοι, μάλα ἔσκον οἳ ἀπεδείκνυντο ἀρετάς.

41 Μέχρι μέν νυν τῶν δέκα ἡμερέων οὐδὲν ἐπὶ πλεῦν ἐγίνετο τουτέων. ὡς δὲ ἑνδεκάτη ἐγεγόνεε ἡμέρη ἀντικατημένοισι ἐν Πλαταιῇσι, οἵ τε δὴ Ἕλληνες πολλῷ πλεῦνες ἐγεγόνεσαν, καὶ Μαρδόνιος περιημέκτεε τῇ ἕδρῃ, ἐνθαῦτα ἐς λόγους ἦλθον Μαρδόνιός τε ὁ Γωβρύεω καὶ Ἀρτάβαζος ὁ Φαρνάκεος, ὃς ἐν ὀλίγοισι Περσέων ἦν ἀνὴρ δόκιμος παρὰ Ξέρξῃ. Βουλευομένων δὲ αἵδε ἔσαν αἱ γνῶμαι. ἡ μὲν Ἀρταβάζου, ὡς „χρεὸν

vium traiiciebant. Attamen equitatus Mardonii continuo instabat Graecis, eosque infestabat. Thebani enim, magnopere Medis faventes, studiose gerebant bellum, et continuo illis usque ad pugnae discrimen praeibant; deinde vero in eorum locum succedentes Persae et Medi, haud spernenda virtutis specimina edebant.

(41.) Usque ad decimum igitur diem nihil his amplius gestum est. Ut vero undecimus adfuit dies quo *castra castris ad Plataeas opposita* habuere, numerusque Graecorum multum erat auctus, et moram aegerrime ferebat Mardonius; tunc in colloquium convenere Mardonius Gobryae filius, et Artabazus Pharnacis, vir in paucis Persarum Xerxi probatus. Ibi consultantium duae hae erant sententiae. Altera *Artabazi*, censentis *quam primum mo-*

711, 29.

εἴη ἀναζεύξαντας τὴν ταχίστην πάντα τὸν στρατὸν, ἰέναι ἐς τὸ τεῖχος τὸ Θηβαίων, ἔνθα σῖτόν τέ σφι ἐσενηνεῖχθαι πολλὸν, καὶ χόρτον τοῖσι ὑποζυγίοισι· κατ' ἡσυχίην τε ἰζομένους διαπρήσσεσθαι, ποιεῦντας τάδε· ἔχειν γὰρ χρυσὸν πολλὸν μὲν ἐπίσημον, πολλὸν δὲ καὶ ἄσημον, πολλὸν δὲ καὶ ἀργυρόν τε καὶ ἐκπώματα· τουτέων φειδομένους μηδενὸς, διαπέμπειν ἐς τοὺς Ἕλληνας, Ἑλλήνων δὲ μάλιστα ἐς τοὺς προεστεῶτας ἐν τῇσι πόλισι· καὶ ταχέως σφέας παραδώσειν τὴν ἐλευθερίην, μηδὲ ἀνακινδυνεύειν συμβάλλοντας." Τούτου μέν νυν ἡ αὐτὴ ἐγίνετο καὶ Θηβαίων γνώμη, ὡς προειδότος πλεῦν τι καὶ τούτου. Μαρδονίου δὲ, ἰσχυροτέρη τε καὶ ἀγνωμονεστέρη, καὶ οὐδαμῶς συγγινωσκομένη. „Δοκέειν τε γὰρ πολλῷ κρέσσονα εἶναι τὴν σφετέρην στρατιὴν τῆς Ἑλληνικῆς, συμβάλλειν τε τὴν ταχίστην, μηδὲ

venda esse castra, et ad murum Thebanorum eundum, ubi et frumentum multum convectum haberent, et pabulum iumentis. Ibi tranquille sedentes conficere bellum posse, hac inita ratione: multum se habere aurum, quum signatum, tum factum, multumque argentum et pocula; his ne parcerent, sed ad Graecos haec dimitterent, et praesertim ad Graecarum civitatum praesides; ita hos haud cunctanter prodituros libertatem, neque iterum discrimen pugnae adituros. Huius igitur eadem fuit sententia atque Thebanorum: melius enim hic quoque, [quam Mardonius] quid futurum esset, prospexerat. At *Mardonii* fortior erat et pertinacior sententia, nec ullo modo cedens. *Existimare enim se,* aiebat, *suum exercitum Graecanico longe prae-*

περιορᾶν συλλεγομένους ἔτι πλεῦνας τῶν συλλελεγμένων· τά τε σφάγια τὰ Ἡγησιστράτου ἐᾶν χαίρειν, μηδὲ βιάζεσθαι, ἀλλὰ νόμῳ τῷ Περσέων χρεωμένους συμ-
42 βάλλειν." Τούτου δὲ οὕτω δικαιεύντος, ἀντέλεγε οὐδείς, ὥστε ἐκράτεε τῇ γνώμῃ· τὸ γὰρ κράτος εἶχε τῆς στρατιῆς οὗτος ἐκ βασιλῆος, ἀλλ' οὐκ Ἀρτάβαζος. Μεταπεμψάμενος ὧν τοὺς ταξιάρχους τῶν τελέων, καὶ τῶν μετ' ἑωυτοῦ ἐόντων Ἑλλήνων τοὺς στρατηγοὺς, εἰρώτα εἴ τι εἰδείη λόγιον περὶ Περσέων, ὡς διαφθερέονται ἐν τῇ Ἑλλάδι. σιγώντων δὲ τῶν ἐπικλήτων, τῶν μὲν οὐκ εἰδότων τοὺς χρησμοὺς, τῶν δὲ, εἰδότων μὲν, ἐν ἀδείῃ δὲ οὐ ποιευμένων τὸ λέγειν, αὐτὸς Μαρδόνιος ἔλεγε· „Ἐπεὶ τοίνυν ὑμεῖς ἢ ἴστε οὐδὲν, ἢ οὐ τολμᾶτε λέγειν,

stare: itaque quamprimum praelio esse decernendum, nec committendum ut plures etiam conveniant quam iam nunc convenissent: missa autem facienda Hegesistrati sacra, nec instituta violanda Persarum; sed patrium institutum sequendo arma ferenda in hostem. (42.) Haec quum facienda *Mardonius* censuisset, nemo contra dixit; et vicit illius sententia. Illi enim summa imperii a Xerxe commissa erat, non Artabazo. Tum convocatis ordinum ductoribus, atque etiam Graecorum sociorum ducibus, quaesivit an oraculum aliquod cognitum haberent de Persis, tamquam in Graecia perituris. Tacentibus autem cunctis qui advocati erant, quippe aliis ignorantibus oracula, aliis cognita quidem habentibus, sed non tutum sibi iudicantibus ea proferre; ipse *Mardonius* ait: *Quoniam vos igitur aut nihil nostis, aut non audetis dicere; dicam ego, bene*

7118, 59.

„ἀλλ' ἐγὼ ἐρέω, ὡς εὖ ἐπισταμενος. ἔστι λόγιον ὡς „χρεὸν ἔστι Πέρσας ἀπικομένους ἐς τὴν Ἑλλάδα, „διαρπάσαι τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Δελφοῖσι, μετὰ δὲ τὴν διαρ„παγὴν ἀπολέσθαι πάντας. ἡμεῖς τοίνυν, αὐτὸ τοῦτο „ἐπισταμένοι, οὔτε ἴμεν ἐπὶ τὸ ἱρὸν τοῦτο, οὔτε ἐπιχει„ρήσομεν διαρπάζειν· ταύτης τε εἵνεκα τῆς αἰτίης οὐκ „ἀπολεόμεθα. ὥστε ὑμέων ὅσοι τυγχάνουσι εὖνοοι ἐόν„τες Πέρσῃσι, ἤδεσθε τοῦδε εἵνεκα, ὡς περισωμένους „ἡμέας Ἑλλήνων." Ταῦτά σφι εἴπας, δεύτερα ἐσή- μαινε παραρτέεσθαί τε πάντα καὶ εὐκρινέα ποιέεσθαι, ὡς ἅμα ἠμέρῃ τῇ ἐπιούσῃ συμβολῆς ἐσομένης. Τοῦ- 43
τον δ' ἔγωγε τὸν χρησμὸν τὸν Μαρδόνιος εἶπε ἐς Πέρσας ἔχειν, ἐς Ἰλλυριούς τε καὶ τὸν Ἐγχέλεων στρατὸν εἶδα πεποιημένον, ἀλλ' οὐκ ἐς Πέρσας. Ἀλλὰ τὰ μὲν Βάκιδι ἐς ταύτην τὴν μάχην πεποιημένα·

gnarus. Est oraculum, dicens in fatis esse ut Persae, postquam in Graeciam venerint, templum spolient Delphicum, eoque facto pereant omnes. Itaque nos, quoniam hoc ipsum novimus, non adibimus id templum, nec spoliare adgrediemur: neque hanc ob culpam peribimus. Proinde quotquot vestrûm bene cupitis Persis, gaudeant hoc nomine, confidantque nos superaturos Graecos. His dictis, continuo imperavit ut omnia pararent recteque disponerent, quippe postridie prima luce praelio futuro. (43.) Iam istud quidem oraculum, quod in Persas valere Mardonius dixit, novi equidem in Illyrios editum esse et in Echelensium exercitum, non in Persas. Sed *Bacidis* quod exstat effatum hanc pugnam spectans, huiusmodi:

Τὴν δ' ἐπὶ Θερμώδοντι καὶ Ἀσωπῷ λεχεποίῃ
Ἑλλήνων σύνοδον, καὶ βαρβαρόφωνον ἰυγήν·
τῇ πολλοὶ πεσέονται ὑπὲρ Λάχεσίν τε μόρον τε
τοξοφόρων Μήδων, ὅταν αἴσιμον ἦμαρ ἐπέλθῃ.

ταῦτα μὲν, καὶ παραπλήσια τούτοισι ἄλλα Μουσαίῳ, ἔχοντα οἶδα ἐς Πέρσας. ὁ δὲ Θερμώδων ποταμὸς ῥέει μεταξὺ Τανάγρης τε καὶ Γλίσαντος.

44 Μετὰ δὲ τὴν ἐπειρώτησιν τῶν χρησμῶν καὶ παραίνεσιν τὴν ἐκ Μαρδονίου, νύξ τε ἐγίνετο, καὶ ἐς φυλακὰς ἐτάσσοντο. Ὡς δὲ πρόσω τῆς νυκτὸς προελήλατο, καὶ ἡσυχίη ἐδόκεε εἶναι ἀνὰ τὰ στρατόπεδα, καὶ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι εἶναι ἐν ὕπνῳ, τηνικαῦτα προσελάσας ἵππῳ πρὸς τὰς φυλακὰς τὰς Ἀθηναίων Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντεω, στρατηγός τε ἐὼν καὶ βασιλεὺς Μακεδόνων, ἐδί-

Gramineis ripis Asopi ac Thermodontis
barbaricae Graiis acies clamore coibunt.
Hic multi occumbent defuncti munere vitae,
quando sagittiferis aderit lux ultima Medis.

hoc igitur, et alia his similia *Musaei*, equidem novi in Persas valentia. *Thermodon* autem fluvius inter Tanagram fluit et Glisantem.

(44.) Postquam ita Mardonius de oraculis interrogavit duces, eosque cohortatus est, ingruit nox, et excubiae sunt dispositae. Quum autem iam multum nox processisset, viderenturque omnia tranquilla esse in castris, maximeque homines somno sepulti; tunc *Alexander* Amyntae filius, dux et rex Macedonum, equo ad Graecorum custodias advectus, se cum illorum ducibus velle colloqui dixit. Et custodum qui-

713, 90.

ζητο τοῖσι στρατηγοῖσι ἐς λόγους ἐλθεῖν. τῶν δὲ Φυλάκων οἱ μὲν πλεῦνες παρέμενον, οἱ δ' ἔθεον ἐπὶ τοὺς στρατηγούς· ἐλθόντες δὲ ἔλεγον, ὡς „ἄνθρωπος ἥκοι ἐπ' ἵππου ἐκ τοῦ στρατοπέδου τοῦ Μήδων, ὃς ἄλλο μὲν οὐδὲν παραγυμνοῖ ἔπος, στρατηγοὺς δὲ ὀνομάζων, ἐθέλειν φησὶ ἐς λόγους ἐλθεῖν." Οἱ δὲ ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσαν, αὐτίκα ἔποντο ἐς τὰς Φυλακάς. ἀπικομένοισι δὲ ἔλεγε Ἀλέξανδρος τάδε· „Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παραθήκην ὑμῖν „τὰ ἔπεα τάδε τίθεμαι, ἀπόῤῥητα ποιεύμενος πρὸς μη„δένα λέγειν ὑμέας ἄλλον ἢ Παυσανίην, μή με καὶ „διαφθείρητε. οὐ γὰρ ἂν ἔλεγον, εἰ μὴ μεγάλως ἐκη„δόμην συναπάσης τῆς Ἑλλάδος. αὐτός τε γὰρ Ἕλ„λην γένος εἰμὶ τὠρχαῖον, καὶ ἀντ' ἐλευθέρης δεδουλω„μένην οὐκ ἂν ἐθέλοιμι ὁρᾶν τὴν Ἑλλάδα. Λέγω δὲ „ὦν, ὅτι Μαρδονίῳ τε καὶ τῇ στρατιῇ τὰ σφάγια οὐ

45

dem maior pars in statione mansit, nonnulli vero ad duces cucurrerunt, nunciantes, *venisse hominem equo vectum e castris Medorum, qui, nullum aliud verbum promens, duces nominatim designasset, cum quibus colloqui se velle dixisset.* (45.) His auditis, duces protinus ad custodias illos secuti sunt. Quo ubi venere, haec illis *Alexander* dixit: *Viri Athenienses! Verba haec ego in vestram fidem depono, rogans ut arcana habeatis, nec ulli alii, nisi Pausaniae, edicatis; ne mihi extremam adferatis perniciem. Nec enim dicturus haec eram, nisi de universa Graecia vehementer essem sollicitus. Sum enim et ego antiquitus Graecus genere, et nolim Graeciam ex libertate in servitutem redactam videre. Dico igitur vobis, non po-*

„δύναται καταθύμια γενέσθαι· πάλαι γὰρ ἂν ἐμά-
„χεσθε. νῦν δέ οἱ δέδοκται, τὰ μὲν σφάγια ἐᾶν χαί-
„ρειν, ἅμα ἠμέρῃ δὲ διαφαυσκούσῃ συμβολὴν ποιέε-
„σθαι. καταῤῥώδηκε γὰρ μὴ πλεῦνες συλλεχθῆτε, ὡς
„ἐγὼ εἰκάζω. πρὸς ταῦτα ἑτοιμάζεσθε. ἢν δὲ ἄρα ὑπερ- 15
„βάληται τὴν συμβολὴν Μαρδόνιος, καὶ μὴ ποιῆται,
„λιπαρέετε μένοντες· ὀλίγων γάρ σφι ἡμερέων λείπε-
„ται σιτία. Ἢν δὲ ὑμῖν ὁ πόλεμος ὅδε κατὰ νόον τε-
„λευτήσῃ, μνησθῆναί τινα χρὴ καὶ ἐμεῦ ἐλευθερώσιος
„πέρι, ὡς Ἑλλήνων εἵνεκα οὕτω ἔργον παράβολον ἔρ- 20
„γασμαι ὑπὸ προθυμίης, ἐθέλων ὑμῖν δηλῶσαι τὴν
„διάνοιαν τὴν Μαρδονίου, ἵνα μὴ ἐπιπέσωσι ὑμῖν οἱ
„βάρβαροι μὴ προσδεκομένοισί κω. εἰμὶ δὲ Ἀλέξαν-

tuisse Mardonio eiusque exercitui sacra ex sententia fieri: alioqui iam pridem praelio decertassetis. Nunc vero eis decretum est, valere iussis sacrificiis, prima luce praelium committere: timet enim Mardonius, ut ego suspicor, ne maior vestrûm numerus conveniat. Ad hoc ergo vos comparate. Sin differt ille pugnam, et nunc vos non adgreditur; durate porro, et manete: etenim non nisi paucorum adhuc dierum cibaria exercitui supersunt. Quod si vero huius belli exitus ex vestra evenerit sententia, etiam mei oportebit vos memores esse, et de me liberando cogitare, qui Graecorum caussa tam periculosum facinus pro meo in vos studio suscepi, cupiens consilium vobis aperire Mardonii, ne Barbari ex improviso vos nondum exspectantes adoriantur. Sum autem

714, 19.

„δρος ὁ Μακεδών.“ Ὁ μέν, ταῦτα εἴπας, ἀπήλαυνε
25 ἐπίσω ἐς τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν ἑωυτοῦ τάξιν.

Οἱ δὲ στρατηγοὶ τῶν Ἀθηναίων, ἐλθόντες ἐπὶ τὸ δε- 46
ξιὸν κέρας, ἔλεγον Παυσανίῃ τά περ ἤκουσαν Ἀλέξαν-
δρου. ὁ δὲ, τούτῳ τῷ λόγῳ καταῤῥωδήσας τοὺς Πέρ-
σας, ἔλεγε τάδε· „Ἐπεὶ τοίνυν ἐς ἠῶ ἡ συμβολὴ γίνε-
5 „ται, ὑμέας μὲν χρεὸν ἐστὶ τοὺς Ἀθηναίους στῆναι
„κατὰ τοὺς Πέρσας, ἡμέας δὲ κατὰ τοὺς Βοιωτούς τε
„καὶ τοὺς κατ' ὑμέας τεταγμένους Ἑλλήνων, τῶνδε
„εἵνεκα. ὑμεῖς ἐπίστασθε τοὺς Μήδους καὶ τὴν μάχην
„αὐτέων, ἐν Μαραθῶνι μαχεσάμενοι· ἡμεῖς δὲ ἄπει-
10 „ροί τέ εἰμεν καὶ ἀδαέες τουτέων τῶν ἀνδρῶν. Σπαρ-
„τιητέων γὰρ οὐδεὶς πεπείρηται Μήδων· ἡμεῖς δὲ Βοιω-
„τῶν καὶ Θεσσαλῶν ἔμπειροί εἰμεν. ἀλλ' ἀναλαβόν-

Alexander Macedo. His dictis ille retro egit equum, et in castra suamque ad stationem est reversus.

(46.) Moxque *Atheniensium* duces ad dextrum cornu se contulerunt, et *Pausaniae*, quae ex Alexandro audiverant, renunciarunt. Quo nuncio ille territus, Persasque metuens, haec ait: *Quoniam igitur primo mane praelium committetur, oportet ut vos Athenienses adversus Persas stetis, nos autem contra Boeotos et Graecos, qui adversus vos locati sunt; idque hac caussa. Vos nostis Medos et illorum pugnandi genus, qui ad Marathonem cum eis congressi estis: nos vero horum hominum nullam experientiam neque notitiam habemus; nemo enim Spartanorum cum Medis periculum fecit: sed Boeotos atque Thessalos usu cognitos habemus. Quare omnino necesse est, ut vos*

„τας τὰ ὅπλα χρεὸν ἐστι ἐέναι ὑμέας μὲν ἐς τόδε τὸ κέρας, ἡμέας δὲ ἐς τὸ εὐώνυμον.“ Πρὸς δὲ ταῦτα εἶπαν οἱ Ἀθηναῖοι τάδε· „Καὶ αὐτοῖσι ἡμῖν πάλαι ἀπ' ἀρ- „χῆς, ἐπεί τε εἴδομεν κατ' ὑμέας τασσομένους τοὺς „Πέρσας, ἐν νόῳ ἐγένετο εἶπαι ταῦτα τά περ ὑμεῖς „φθάντες προφέρετε· ἀλλὰ γὰρ ἀρρωδέομεν μὴ ὑμῖν „οὐκ ἡδέες γένωνται οἱ λόγοι. ἐπεὶ δ' ὦν αὐτοὶ ἐμπή- „σθητε, καὶ ἡδομένοισι ἡμῖν οἱ λόγοι γεγόνασι, καὶ 47 „ἑτοῖμοί εἰμεν ποιέειν ταῦτα.“ Ὡς δ' ἤρεσκε ἀμφο- τέροισι ταῦτα, ἠώς τε διέφαινε, καὶ διαλλάσσοντο τὰς τάξις. γνόντες δὲ οἱ Βοιωτοὶ τὸ ποιεύμενον, ἐξαγο- ρεύουσι Μαρδονίῳ. ὁ δ' ἐπεί τε ἤκουσε, αὐτίκα μετι- στάναι καὶ αὐτὸς ἐπειρᾶτο, παράγων τοὺς Πέρσας κα- τὰ τοὺς Λακεδαιμονίους. Ὡς δὲ ἔμαθε τοῦτο τοιοῦτο γι- νόμενον ὁ Παυσανίης, γνούς ὅτι οὐ λανθάνει, ὀπίσω ἦγε

sumtis armis in hoc cornu transeatis, nos autem in sinistrum cornu. Ad haec *Athenienses* responderunt: *Nos quoque ipsi pridem ab initio, ubi vos vidimus contra Persas locatos, in animo habebamus haec dicere, quae nunc vos nobis proponere occupastis; sed metuebamus, ne ingrata vobis esset oratio. Nunc quoniam vos ipsi huius rationis fecistis mentionem, grata nobis haec oratio est, et parati sumus morem vobis gerere.* (47.) Ut igitur utrisque hoc placuit, illucescente tunc aurora stationes inter se permutarunt. Quod ubi animadverterunt Boeoti, renunciarunt *Mardonio:* et ille, hoc audito, protinus ipse quoque aciei suae rationem coepit immutare, Persasque adversus Lacedaemonios ducere. Quod ubi *Pausanias* intellexit,

715, 49.

τοὺς Σπαρτιήτας ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας· ὡς δ' αὖτως καὶ ὁ Μαρδόνιος ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου.

Ἐπεὶ δὲ κατέστησαν ἐς τὰς ἀρχαίας τάξις, πέμ- 48
ψας ὁ Μαρδόνιος κήρυκα ἐς τοὺς Σπαρτιήτας, ἔλεγε τάδε· „Ὦ Λακεδαιμόνιοι, ὑμεῖς δὴ λέγεσθε εἶναι ἄν-
„δρες ἄριστοι ὑπὸ τῶν τῇδε ἀνθρώπων, ἐκπαγλεομένων.
„ὡς οὔτε φεύγετε ἐκ πολέμου, οὔτε τάξιν ἐκλείπετε,
„μένοντές τε ἢ ἀπόλλυτε τοὺς ἐναντίους, ἢ αὐτοὶ ἀπόλ-
„λυσθε. τῶν δ' ἄρ' ἦν οὐδὲν ἀληθές. πρὶν γὰρ ἢ συμ-
„μίξαι ἡμέας, ἐς χειρῶν τε νόμον ἀπικέσθαι, καὶ δὴ
„φεύγοντας καὶ στάσιν ἐκλείποντας ὑμέας εἴδομεν, ἐν
„Ἀθηναίοισί τε τὴν πρόπειραν ποιευμένους, αὐτούς τε
„ἀντία δούλων τῶν ἡμετέρων τασσομένους. ταῦτα οὐ-

suumque consilium non latere vidit hostem, retro Spartanos duxit in dextrum cornu: perinde vero item Mardonius suos laevum in cornu reduxit.

(48.) Postquam utraque acies pristinum locum ceperat, praeconem *Mardonius* ad Spartanos misit, haec illis ipsius nomine dicentem: *Vos igitur, Lacedaemonii, ut fortissimi viri praedicamini ab hominibus has regiones incolentibus, qui magnopere vos admirantur, quod numquam ex bello fugiatis, numquam deseratis stationem, sed duretis donec aut adversarios perdideritis aut perieritis ipsi! Atqui horum nihil verum erat. Nam, priusquam nos congrederemur et ad manus veniremus, palam fugientes vos vidimus et stationem deserentes, nempe in Atheniensibus primum periculum facturos, vos ipsos vero contra servos nostros locantes. Haec neutiquam sunt fortium virorum*

„δαμῶς ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἔργα· ἀλλὰ πλεῖστον δὴ ἐν
„ὑμῖν ἐψεύσθημεν. προσδεκόμενοι γὰρ κατὰ κλέος, ὡς
„δὴ πέμψετε ἐς ἡμέας κήρυκα προκαλεύμενοι, καὶ
„βουλόμενοι μούνοισι Πέρσῃσι μάχεσθαι· ἄρτιοι ἐόντες
„ποιέειν ταῦτα, οὐδὲν τοιοῦτο λέγοντας ὑμέας εὑρομεν,
„ἀλλὰ πτώσσοντας μᾶλλον. Νῦν ὦν ἐπειδὴ οὐκ ὑμεῖς
„ἤρξατε τούτου τοῦ λόγου, ἀλλ' ἡμεῖς ἄρχομεν. τί δὴ
„οὐ πρὸ μὲν τῶν Ἑλλήνων ὑμεῖς, ἐπεί τε δεδόξωσθε
„εἶναι ἄριστοι, πρὸ δὲ τῶν βαρβάρων ἡμεῖς, ἴσοι πρὸς
„ἴσους ἀριθμὸν μαχεσόμεθα; καὶ ἢν μὲν δοκέῃ καὶ
„τοὺς ἄλλους μάχεσθαι, οἱ δ' ὦν μετέπειτα μαχέσθων
„ὕστεροι. εἰ δὲ καὶ μὴ δοκέοι, ἀλλ' ἡμέας μούνους ἀπο-
„χρᾶν, ἡμεῖς δὲ διαμαχεσόμεθα· ὁκότεροι δ' ἂν ἡμέων
„νικήσωσι, τούτους τῷ ἅπαντι στρατοπέδῳ νικᾶν."

facta: sed nimirum plurimum de vobis nos fefellit opinio. Nam quum propter virtutis vestrae famam existimassemus, vos nobis praeconem, qui nos provocaret, missuros esse, et cum solis Persis velle dimicare; nos ad hoc ipsum parati, nihil tale vos vidimus facientes, sed metu terroreque refugientes. Nunc igitur, quoniam vos non priores hanc nobis proposuistis conditionem, nos eam vobis ultro proponimus. Quidni pro Graecis vos, qui fortissimi esse existimamini, pro Barbaris autem nos, pari utrimque numero pugnemus? Et siquidem placuerit ut caeteri etiam pugnent, pugnent illi deinde post nos! Sin hoc non placet, sed satis esse iudicaritis ut nos soli pugnemus, decernamus igitur! et, utri nostrûm vicerint, hi pro universo exercitu vicisse censeantur. (49.)

715, 76.

Ὁ μὲν, ταῦτα εἴπας τε καὶ ἐπισχὼν χρόνον, ὡς οἱ 49
οὐδεὶς οὐδὲν ὑπεκρίνετο, ἀπαλλάσσετο ὀπίσω· ἀπελθὼν
δὲ ἐσήμαινε Μαρδονίῳ τὰ καταλαβόντα. Ὁ δὲ, περι-
χαρὴς γενόμενος καὶ ἐπαρθεὶς ψυχρῇ νίκῃ, ἐπῆκε τὴν
ἵππον ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας. ὡς δὲ ἐπήλασαν οἱ ἱππόται,
ἐσινέοντο πᾶσαν τὴν στρατιὴν τὴν Ἑλληνικὴν, ἐσακον-
τίζοντές τε καὶ τοξεύοντες, ὥστε ἱπποτοξόται τε ἐόντες,
καὶ προσφέρεσθαι ἄπορoι· τήν τε κρήνην τὴν Γαργα-
φίην, ἀπ' ἧς ὑδρεύετο πᾶν τὸ στράτευμα τὸ Ἑλληνι-
κὸν, συνετάραξαν καὶ συνέχωσαν. ἔσαν μὲν ὦν κατὰ
τὴν κρήνην Λακεδαιμόνιοι τεταγμένοι μοῦνοι· τοῖσι δὲ
ἄλλοισι Ἕλλησι ἡ μὲν κρήνη πρόσω ἐγίνετο, ὡς ἕκα-
στοι ἔτυχον τεταγμένοι, ὁ δὲ Ἀσωπὸς ἀγχοῦ. ἐρυκό-
μενοι δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ, οὕτω δὴ ἐπὶ τὴν κρήνην

His dictis praeco aliquantisper substitit: ut vero nemo ei respondit, reversus est, et *Mardonio* quid acciderit renunciavit. Tum ille, vehementer gavisus, et frigidâ elatus victoriâ, *equitatum adversus Graecos* misit. Et adcurrentes equites universum Graecorum exercitum incommodabant, et iacula in eos torquentes, et sagittas ex arcibus emittentes: quippe sagittarii erant equites, nec cum eis comminus congredi poterant Graeci. Iidem etiam fontem *Gargaphiam*, unde aquabatur universus Graecorum exercitus, turbabant et obstruebant. Et erant quidem prope illum fontem soli Lacedaemonii locati; reliqui vero Graeci, prout quique locati erant, longius aberant a fonte, *Asopum* autem in propinquo habebant. Sed quoniam ab Asopo arcebantur, ad eumdem fontem

ἐΦοίτεον· ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ γάρ σΦι οὐκ ἐξῆν ὕδωρ Φο- 15
ρέεσθαι, ὑπό τε τῶν ἱππέων καὶ τοξευμάτων.

50 Τούτου δὲ τοιούτου γινομένου, οἱ τῶν Ἑλλήνων στρα-
τηγοὶ, ἅτε τοῦ τε ὕδατος στερηθείσης τῆς στρατιῆς, καὶ
ὑπὸ τῆς ἵππου ταρασσομένης, συνελέχθησαν περὶ αὐ-
τέων τε τουτέων καὶ ἄλλων, ἐλθόντες παρὰ Παυσανίην
ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας. ἄλλα γὰρ, τουτέων τοιούτων ἐόν- 5
των, μᾶλλόν σΦεας ἐπελύπεε. οὔτε γὰρ σιτία εἶχον
ἔτι, οἵ τέ σΦεων ὀπέωνες, ἀποπεμΦθέντες ἐς Πελοπόν-
νησον ὡς ἐπισιτιεύμενοι, ἀποκεκλέατο ὑπὸ τῆς ἵππου,
51 οὐ δυνάμενοι ἀπικέσθαι ἐς τὸ στρατόπεδον. Βουλευο-
μένοισι δὲ τοῖσι στρατηγοῖσι ἔδοξε, ἢν ὑπερβάλωνται
κείνην τὴν ἡμέρην οἱ Πέρσαι συμβολὴν μὴ ποιεύμενοι,
ἐς τὴν νῆσον ἰέναι. ἡ δὲ ἐστι ἀπὸ τοῦ Ἀσωποῦ καὶ τῆς
κρήνης τῆς ΓαργαΦίης, ἐπ' ἧ ἐστρατοπεδεύοντο τότε, 5

aquatum iverant; ex fluvio enim aquari prohibebantur ab equitum missilibus.

(50.) In hoc rerum statu, quum aquâ careret exercitus, et ab equitatu hostium incommodaretur, Graecorum duces convocavit *Pausanias*, ut ad se in dextrum cornu convenirent, et de his ipsis rebus itemque de aliis deliberarent. Nam, praeter haec, aliis etiam incommodis premebantur: cibaria enim illos defecerant; famulique eorum, ad subvehendum commeatum in Peloponnesum missi, interclusi erant ab equitatu, ut in castra pervenire non possent. (51.) Deliberantibus ducibus placuit, ut, si eo die Persae supersederent praelium committere, ipsi in insulam se conferrent. Abest haec decem stadia a fonte Gargaphia, ad quem tunc castra habe-

716, 6.

δέκα σταδίους ἀπέχουσα, πρὸ τῆς Πλαταιέων πόλιος. νῆσος δὲ οὕτω ἂν εἴη ἐν ἠπείρῳ· σχιζόμενος ὁ ποταμὸς ἄνωθεν ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος ῥέει κάτω ἐς τὸ πεδίον, διέχων ἀπ' ἀλλήλων τὰ ῥέεθρα ὅσονπερ τρία στάδια· καὶ ἔπειτα συμμίσγει ἐς τωὐτό· οὔνομα δέ οἱ Ὡρόη. θυγατέρα δὲ ταύτην λέγουσι εἶναι Ἀσωποῦ οἱ ἐπιχώριοι. Ἐς τοῦτον δὴ τὸν χῶρον ἐβουλεύσαντο μεταναστῆναι, ἵνα καὶ ὕδατι ἔχωσι χρᾶσθαι ἀφθόνῳ, καὶ οἱ ἱππέες σφέας μὴ σινοίατο, ὥσπερ κατ' ἰθὺ ἑόντων. μετακινέεσθαί τε ἐδόκεε τότε ἐπεὰν τῆς νυκτὸς ᾖ δευτέρη Φυλακή, ὡς ἂν μὴ ἰδοίατο οἱ Πέρσαι ἐξορμεωμένους, καί σφεας ἑπόμενοι ταράσσοιεν οἱ ἱππόται. ἀπικομένων δὲ ἐς τὸν χῶρον τοῦτον, τὸν δὴ ἡ Ἀσωπὶς Ὡρόη περισχίζεται, ῥέουσα ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος, ὑπὸ τὴν νύκτα ταύτην ἐδόκεε τοὺς ἡμίσεας ἀποστέλλειν τοῦ στρατοπέδου πρὸς

bant, estque ante urbem Plataeensium. Ita insula fuerit in continente: nempe fluvius a Cithaerone monte in planitiem decurrit in duos alveos divisus, tria fere stadia a se invicem distantes, et deinde in unum confluit: nomen ei est *Oëroë*, *filiam*que hanc esse *Asopi* aiunt huius regionis incolae. Hunc in locum transferre castra constituerunt, quo et aquae haberent copiam, nec ab equitibus, sicut dum ex adverso stabant, infestarentur. Movere autem placuit castra sub secundam noctis vigiliam, ne Persae illos viderent abeuntes, nec equites illos sequerentur et incommodarent. Deinde constituerant, quando in hunc locum pervenissent, quem Asopi filia Oëroë e Cithaerone decurrens circumfluit, eadem nocte dimidiam copiarum partem ad Cithaeronem mittere,

τὸν Κιθαιρῶνα, ὡς ἀναλαβοιεν τοὺς ὀπέωνας τοὺς ἐπὶ τὰ σιτία οἰχομένους· ἔσαν γὰρ ἐν τῷ Κιθαιρῶνι ἀπολε-
52 λαμμένοι. Ταῦτα βουλευσάμενοι, κείνην μὲν τὴν ἡμέρην πᾶσαν, προσκειμένης τῆς ἵππου, ἔχον πόνον ἄτρυτον. ὡς δὲ ἡ τε ἡμέρη ἔληγε, καὶ οἱ ἱππέες ἐπέπαυντο, νυκτὸς δὴ γενομένης, καὶ ἐούσης τῆς ὥρης ἐς τὴν συνέκειτό σφι ἀπαλλάσσεσθαι, ἐνθαῦτα ἀερθέντες οἱ πολλοὶ ἀπαλλάσσοντο· ἐς μὲν τὸν χῶρον ἐς τὸν συνέκειτο, οὐκ ἐν νόῳ ἔχοντες· οἱ δὲ, ὡς ἐκινήθησαν, ἔφευγον ἄσμενοι τὴν ἵππον πρὸς τὴν Πλαταιέων πόλιν· φεύγοντες δὲ, ἀπικνέονται ἐπὶ τὸ Ἡραῖον. τὸ δὲ πρὸ τῆς πόλιός ἐστι τῆς Πλαταιέων, εἴκοσι σταδίους ἀπὸ τῆς κρήνης τῆς Γαργαφίης ἀπέχον. ἀπικόμενοι δὲ, ἔθεντο
53 πρὸ τοῦ ἱροῦ τὰ ὅπλα. Καὶ οἱ μὲν περὶ τὸ Ἡραῖον ἐστρατοπεδεύοντο· Παυσανίης δὲ, ὁρέων σφέας ἀπαλ-

ad recipiendos famulos, qui commeatum advecturi abierant: erant enim in Cithaerone interclusi. (52.) Haec quum ita decrevissent, toto illo die ab equitatu pressi, immensum sustinuerunt laborem. Ut vero dies defecit, destiteruntque equites, facta nocte et adpropinquante hora qua ut discederent erat constitutum, tum vero plerique collectis vasis discesserunt; non illi locum, de quo convenerat, petere in animo habentes; sed, simulac moveri coeperunt, laeti effugisse equitatum, versus Plataeensium urbem fugientes, ad *Heraeum* [Iunonis templum] perveneruntque, quod est ante Plataeensium urbem, viginti stadia a Gargaphia distans; ibique ante templum consederunt. (53.) Hi igitur circa Heraeum castra habuere. *Pausanias* vero, postquam illos vidit ca-

717, 36.

λασσομένους ἐκ τοῦ στρατοπέδου, παρήγγελλε καὶ τοῖσι Λακεδαιμονίοισι, ἀναλαβόντας τὰ ὅπλα, ἰέναι κατὰ τοὺς ἄλλους τοὺς προϊόντας· νομίσας αὐτοὺς ἐς τὸν χῶρον ἰέναι, ἐς τὸν συνεθήκαντο. Ἐνθαῦτα οἱ μὲν ἄλλοι ἄρτιοι ἔσαν τῶν ταξιαρχέων πείθεσθαι Παυσανίῃ· Ἀμομφάρετος δὲ ὁ Πολιάδεω, λοχηγέων τοῦ Πιτανητέων λόχου „οὐκ, ἔφη, τοὺς ξείνους φεύξεσθαι, οὐδὲ ἐκὼν εἶναι αἰσχυνέειν τὴν Σπάρτην·“ ἐθώμαζέ τε ὁρέων τὸ ποιεύμενον, ἅτε οὐ παραγενόμενος τῷ προτέρῳ λόγῳ. ὁ δὲ Παυσανίης τε καὶ ὁ Εὐρυάναξ δεινὸν μὲν ἐποιεῦντο τὸ μὴ πείθεσθαι ἐκεῖνον σφίσι, δεινότερον δὲ ἔτι, κείνου ταῦτα νενωμένου, ἀπολιπεῖν τὸν λόχον τὸν Πιτανήτην, μὴ, ἢν ἀπολίπωσι ποιεῦντες τὰ συνεθήκαντο τοῖσι ἄλλοισι Ἕλλησι, ἀπόληται ὑπολειφθεὶς αὐτός τε Ἀμομφάρετος καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ. ταῦτα λογιζόμενοι, ἀτρε-

stris egredientes, ratus eum locum illos, de quo convenerat, petere, Lacedaemonios etiam arma iussit capere, et eadem viâ, qua caeteri praecessissent, progredi. Ibi tunc, quum alii omnes ordinum ductores parati essent Pausaniae obsequi, unus *Amompharetus*, Poliadae filius, manipulum ducens Pitanetarum, ait *se non fugiturum peregrinos, neque ultro ignominiam adspersurum Spartanis*; miratusque est, ubi quid ageretur vidit: nec enim superiori colloquio interfuerat. Pausaniae vero et Euryanacti indigna res visa est, imperio non obtemperare centurionem, adhuc vero indignior, deserere manipulum Pitanetarum, quoniam ita dux illorum animatus esset; quippe veriti, ne, si illo relicto facerent quae cum caeteris Graecis constituissent, desertus periret

μας εἶχον τὸ στρατόπεδον τὸ Λακωνικὸν, καὶ ἐπειρῶντο πείθοντές μιν ὡς οὐ χρεὸν εἴη ταῦτα ποιέειν.

54 Καὶ οἱ μὲν παρηγόρεον Ἀμομφάρετον, μοῦνον Λακεδαιμονίων τε καὶ Τεγεητέων λελειμμένον. Ἀθηναῖοι δὲ ἐποίευν τοιάδε. εἶχον ἀτρέμας σφέας αὐτοὺς ἵνα ἐτάχθησαν, ἐπισταμένοι τὰ Λακεδαιμονίων φρονήματα, ὡς ἄλλα φρονεόντων καὶ ἄλλα λεγόντων. ὡς δὲ ἐκι- 5
νήθη τὸ στρατόπεδον, ἔπεμπον σφέων ἱππέα, ὀψόμενόν τε εἰ πορεύεσθαι ἐπιχειρέοιεν οἱ Σπαρτιῆται, εἴ τε καὶ τὸ παράπαν μὴ διανοεῦνται ἀπαλλάσσεσθαι· ἐπεί-
55 ρεσθαί τε Παυσανίην τὸ χρεὸν εἴη ποιέειν. Ὡς δὲ ἀπίκετο ὁ κήρυξ ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους, ὥρα τέ σφεας κατὰ χώρην τεταγμένους, καὶ ἐς νείκεα ἀπιγμένους αὐτέων τοὺς πρώτους. ὡς γὰρ δὴ παρηγορέοντο τὸν

Amompharetus cum suis. Id secum reputantes, gradum sistere iusserunt Laconicas copias, et persuadere homini conati sunt, non recte eum facere.

(54.) Dum illi Amompharetum adhortantur, unum ex omnibus Lacedaemoniis et Tegeatis pone manentem; interim *Athenienses* haec fecerant. Quieti steterant in vestigio ubi locati erant, bene gnari moris Lacedaemoniorum, alia saepe cogitantium, alia dicentium. Ut autem movere se coepit exercitus, equitem de suis miserunt, qui spectaret utrum Lacedaemonii discedere adgrederentur, an omnino de profectione non cogitarent; tum qui ex Pausania quaereret, quid ipsis esset faciendum. (55.) Ubi ad Lacedaemonios pervenit praeco, vidit illos eo loci instructos stantes, et primores illorum inter se altercantes. Quum enim *Amompharetum* hortati essent

718, 65.

Ἀμομφάρετον ὅ τε Εὐρυάναξ καὶ ὁ Παυσανίης, μὴ κινδυνεύειν μένοντας μούνους Λακεδαιμονίων, οὔ κως ἔπειθον· ἐς ὃ ἐς νείκεά τε συμπεσόντες ἀπικέατο, καὶ ὁ κήρυξ τῶν Ἀθηναίων παρίστατό σφι ἀπιγμένος. νεικέων δὲ ὁ Ἀμομφάρετος, λαμβάνει πέτρον ἀμφοτέρῃσι τῇσι χερσὶ, καὶ τιθεὶς πρὸ ποδῶν τῶν Παυσανίεω „ταύτῃ τῇ ψήφῳ ψηφίζεσθαι, ἔφη, μὴ φεύγειν τοὺς ξείνους.“ ξείνους λέγων τοὺς βαρβάρους. ὁ δὲ, μαινόμενον καὶ οὐ φρενήρεα καλέων ἐκεῖνον, πρός τε τὸν Ἀθηναίων κήρυκα ἐπειρωτῶντα τὰ ἐντεταλμένα, λέγειν ὁ Παυσανίης ἐκέλευε τὰ παρεόντα σφι πρήγματα, ἐχρήιζέ τε τῶν Ἀθηναίων προσχωρῆσαί τε πρὸς ἑωυτοὺς, καὶ ποιέειν περὶ τῆς ἀπόδου τά περ ἂν καὶ σφεῖς. Καὶ ὁ 56
μὲν ἀπαλλάσσετο ἐς τοὺς Ἀθηναίους. τοὺς δὲ ἐπεὶ ἀνα-

Euryanax et *Pausanias*, ne solus Lacedaemoniorum ibi manens se suosque in periculum adduceret, minime ei persuaserunt; et ad extremum eo ventum est, ut ad mutua convicia descenderent, quo tempore adveniens praeco Atheniensis coram eis stetit. Et maledictis illos incessens *Amompharetus*, ambabus manibus sublato saxo, eoque ante pedes posito Pausaniae, *Hoc calculo*, ait, *suffragium ego fero, non debere nos fugere peregrinos:* nempe *peregrinos* Barbaros dicens. Quem *furiosum* et *male sanum* adpellans *Pausanias*, mox ad praeconem Atheniensium conversus, interrogantem quod ei mandatum erat, iussit hunc, *illis quid hic ageretur nunciare, suoque nomine rogare Athenienses, ut ad se venirent, et de discessu facerent quod ipsos vidissent facere.* (56.) Et ille quidem ad

κρινομένους πρὸς ἑωυτοὺς ἠὼς κατελάμβανε, ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ κατήμενος ὁ Παυσανίης, οὐ δοκέων τὸν Ἀμομφάρετον λείψεσθαι τῶν ἄλλων Λακεδαιμονίων ἀποστειχόντων, (τὰ δὴ καὶ ἐγένετο,) σημήνας ἀπῆγε διὰ τῶν κολωνῶν τοὺς λοιποὺς πάντας· εἵποντο δὲ καὶ Τεγεῆται. Ἀθηναῖοι δὲ ταχθέντες ἦισαν τὰ ἔμπαλιν ἢ Λακεδαιμόνιοι. οἱ μὲν γὰρ τῶν τε ὀχθων ἀντείχοντο καὶ τῆς ὑπωρείης τοῦ Κιθαιρῶνος, φοβεόμενοι τὴν ἵππον· 57 Ἀθηναῖοι δὲ, κάτω τραφθέντες ἐς τὸ πεδίον. Ἀμομφάρετος δὲ, ἀρχήν τε οὐδαμᾶ δοκέων Παυσανίην τολμήσειν σφέας ἀπολιπεῖν, περιείχετο αὐτοῦ μένοντας μὴ ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν· προτερεόντων δὲ τῶν σὺν Παυσανίῃ, καταδόξας αὐτοὺς ἰθείῃ τέχνῃ ἀπολιπεῖν αὐτὸν, ἀναλαβόντα τὸν λόχον τὰ ὅπλα ἦγε βάδην πρὸς τὸ ἄλλο

Athenienses rediit. Hos vero ut inter se disceptantes aurora deprehendit, *Pausanias*, quum adhuc ibidem mansisset, existimans Amompharetum, si reliqui Lacedaemonii discessissent, non ibi solum mansurum, (id quod etiam accidit) dato imperio caeteros omnes abduxit per clivos; et Tegeatae quoque sequebantur. *Athenienses* vero, ordine instructi, contrariâ quam *Lacedaemonii* viâ incedebant: hi enim metu equitatus clivos sequebantur et radices Githaeronis; Athenienses vero infra per planitiem progrediebantur. (57.) *Amompharetus* autem, prorsus persuasus nequaquam ausurum *Pausaniam* se suosque deserere, etiam nunc institit ut ibi manerent, nec desererent stationem: at, ubi iam longius progressum Pausaniam cum suis vidit, tunc ratus revera illos sese deseruisse, manipulum suum arma

719, 94.

στῖφος. τὸ δὲ, ἀπελθὸν ὅσον τε δέκα στάδια, ἀνέμενε τὸν Ἀμομφαρέτου λόχον, περὶ ποταμὸν Μολόεντα ἱδρυμένον Ἀργιόπιόν τε χῶρον καλεόμενον, τῇ καὶ Δήμητρος Ἐλευσινίης ἱρὸν ἕσται. ἀνέμενε δὲ τοῦδε εἵνεκα, ἵνα, ἢν μὴ ἀπολίπῃ τὸν χῶρον ἐν τῷ ἐτετάχατο ὁ Ἀμομφάρετός τε καὶ ὁ λόχος, ἀλλ' αὐτοῦ μένωσι, βοηθέοι ὀπίσω παρ' ἐκείνους. Καὶ οἵ τε ἀμφὶ τὸν Ἀμομφάρετον παρεγίνοντό σφι, καὶ ἡ ἵππος ἡ τῶν βαρβάρων προσέκειτο πᾶσα. οἱ γὰρ ἱππόται ἐποίευν οἷον καὶ ἐώθεσαν ποιέειν αἰεί· ἰδόντες δὲ τὸν χῶρον κεινὸν, ἐν τῷ ἐτετάχατο οἱ Ἕλληνες τῇσι προτέρῃσι ἡμέρῃσι, ἤλαυνον τοὺς ἵππους αἰεὶ τὸ πρόσω· καὶ ἅμα καταλαβόντες, προσεκέατό σφι.

capere iussit, eumque militari gradu ad reliquum agmen adduxit. At illi, postquam decem fere stadia progressi erant, exspectaverunt Amompharetі manipulum, circa fluvium Moloëntem resistentes et circa locum cui Argiopio nomen, ubi templum est Cereris Eleusiniae. Manserunt autem ibi hoc consilio, quo, si stationem qua locatus erat non relinqueret Amompharetus eiusque manipulus, sed ibi manerent, redirent ipsi eisque succurrerent. Vixdum ad illos pervenerat Amompharetus, quum universus Barbarorum equitatus eis instabat. Etenim equites pro suo more castris Graecorum adequitantes, quum vacuum vidissent locum, quo illi superioribus diebus steterant, ulterius continuo equos adegerunt: et simulatque Graecos adsecuti sunt, protinus eis institerunt.

58 Μαρδόνιος δὲ, ὡς ἐπύθετο τοὺς Ἕλληνας ἀποιχομένους ὑπὸ νύκτα, εἰδέ τε τὸν χῶρον ἐρῆμον, καλέσας τὸν Λαρισσαῖον Θώρηκα, καὶ τοὺς ἀδελφεοὺς αὐτοῦ Εὐρύπυλον καὶ Θρασυδήϊον, ἔλεγε· „Ὦ παῖδες Ἀλεύεω, „ἔτι τί λέξετε, τάδε ὁρέοντες ἐρῆμα; ὑμεῖς γὰρ οἱ „πλησιόχωροι ἐλέγετε Λακεδαιμονίους οὐ Φεύγειν ἐκ „μάχης, ἀλλὰ ἄνδρας εἶναι τὰ πολέμια πρώτους· „τοὺς πρότερόν τε μετισταμένους ἐκ τῆς τάξιος εἴδετε, „νῦν τε ὑπὸ τὴν παροιχομένην νύκτα καὶ οἱ πάντες ὁρέο„μεν διαδράντας. διέδεξάν τε, ἐπεί σΦεας ἔδεε πρὸς „τοὺς ἀψευδέως ἀρίστους ἀνθρώπων μάχῃ διακριθῆναι, „ὅτι οὐδένες ἄρα ἐόντες, ἐν οὐδαμοῖσι ἐοῦσι Ἕλλησι „ἐναπεδείκνυατο. Καὶ ὑμῖν μὲν, ἐοῦσι Περσέων ἀπεί„ροισι, πολλὴ ἔκ γε ἐμεῦ ἐγίνετο συγγνώμη, ἐπαι-

(58.) *Mardonius*, ut Graecos noctu discessisse cognovit, locumque vacuum vidit, Larissaeum Thoracem vocavit eiusque fratres Eurypylum et Thrasydeium, eosque his verbis est adlocutus: *Nunc quid porro dicetis, filii Aleuae, loca haec vacua videntes? Nam vos, horum hominum finitimi, dicebatis non fugere Lacedaemonios ex pugna, sed bellica virtute primarios esse viros: quos et paulo ante vidistis stationem deserere, et nunc cuncti videmus proxima nocte prorsus profugisse. Nempe, ubi acie illis decernendum fuit cum eis qui revera fortissimi sunt hominum, ostenderunt, se, quum sint nihili homines, inter Graecos, qui nec ipsi ullius frugis sunt, eminuisse. Ac vobis quidem, quibus Persarum virtus minus comperta est, facile ignovi, laudantibus hos homines,*

719, 22.

„νεόντων τούτους, τοῖσί τι καὶ συνηδέατε· Ἀρταβάζου „δὲ θῶμα καὶ μᾶλλον ἐποιεύμην, τὸ καὶ καταῤῥω„δῆσαι Λακεδαιμονίους, καταῤῥωδήσαντά τε, ἀποδέ„ξασθαι γνώμην δειλοτάτην, ὡς χρεὸν εἴη ἀναζεύξαν„τας τὸ στρατόπεδον, ἰέναι ἐς τὸ Θηβαίων ἄστυ πο„λιορκησομένους· τὴν ἔτι πρὸς ἐμεῦ βασιλεὺς πεύσε„ται. Καὶ τουτέων μὲν ἑτέρωθι ἔσται λόγος· νῦν δὲ „ἐκείνοισι ταῦτα ποιεῦσι οὐκ ἐπιτρεπτέα ἐστὶ, ἀλλὰ „διωκτέοι εἰσὶ, ἐς ὃ καταλαμφθέντες δώσουσι ἡμῖν „τῶν δὴ ἐποίησαν Πέρσας πάντων δίκας.“ Ταῦτα 59
εἴπας, ἦγε τοὺς Πέρσας δρόμῳ, διαβάντας τὸν Ἀσωπὸν, κατὰ στίβον τῶν Ἑλλήνων, ὡς δὴ ἀποδιδρησκόντων· ἐπεῖχέ τε ἐπὶ Λακεδαιμονίους τε καὶ Τεγεήτας μούνους· Ἀθηναίους γὰρ τραπομένους ἐς τὸ πεδίον, ὑπὸ

quorum res quaedam bene gestae vobis innotuerunt: sed tanto magis Artabazum miratus sum, Lacedaemonios pertimescentem, et timore perculsum ignavissimam dicentem sententiam, movenda nobis esse castra, et in Thebanorum urbem secedendum, nempe ibi obsidendis: quam sententiam etiam Rex ex me cognoscet. Sed de his quidem aliàs disserendi locus erit: nunc vero illis, ut nos effugiant, non est permittendum; sed persequi eos oportet, donec deprehensi poenas nobis dederint omnium quae adversus Persas patrarunt. (59.) Haec locutus *Mardonius*, Persas Asopo superato cursim duxit, vestigia secutus Graecorum, tamquam fugientium: duxit autem adversus solos Lacedaemonios et Tegeatas; nam Athenienses, per planitiem euntes, obstantibus clivis non conspexerat. Et reli-

τῶν ὄχθων οὐ κατώρυα. Πέρσας δὲ ὁρέοντες ὡρμημένους διώκειν τοὺς Ἕλληνας οἱ λοιποὶ τῶν βαρβαρικῶν τελέων ἄρχοντες, αὐτίκα πάντες ἦραν τὰ σημήϊα, καὶ ἐδίωκον ὡς ποδῶν ἕκαστος εἶχον, οὔτε κόσμῳ οὐδενὶ κοσμηθέντες, οὔτε τάξι. καὶ οὗτοι μὲν βοῇ τε καὶ ὁμίλῳ ἐπήϊσαν, ὡς ἀναρπασόμενοι τοὺς Ἕλληνας.

60 Παυσανίης δὲ, ὡς προσέκειτο ἡ ἵππος, πέμψας πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἱππέα, λέγει τάδε· „Ἄνδρες „Ἀθηναῖοι, ἀγῶνος μεγίστου προκειμένου, ἐλευθέρην „εἶναι ἢ δεδουλωμένην τὴν Ἑλλάδα, προδεδόμεθα ὑπὸ „τῶν συμμάχων, ἡμεῖς τε οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ „ὑμεῖς οἱ Ἀθηναῖοι, ὑπὸ τὴν παροιχομένην νύκτα διαδράντων. νῦν ὦν δέδοκται τὸ ἐνθεῦτεν τὸ πειητέον ἡμῖν· „ἀμυνομένους γὰρ τῇ δυνάμεθα ἄριστα περιστέλλειν

quarum barbaricarum duces copiarum, ut Persas viderunt ad persequendos Graecos egressos, protinus et ipsi omnes sublatis signis raptim secuti sunt, ut quique pedibus valebant, nullo ordine, non instructa acie. Ita igitur hi cum clamore et tumultu adcurrerunt, tamquam primo impetu Graecos oppressuri.

(60.) *Pausanias*, quum instaret equitatus, equitem ad Athenienses misit, qui ipsius verbis haec illis diceret: *Cives Athenienses! quum maximum nobis propositum sit certamen, quo id agitur, libera-ne maneat Graecia, an servitutem sit servitura, proditi sumus tam nos Lacedaemonii, quam vos Athenienses, a sociis, qui proxima nocte fugâ se proripuerunt. Nunc igitur deceretum est quid sit nobis faciendum: nempe pugnare opor-*

720, 51.

„ἀλλήλους. εἰ μέν νυν ἐς ὑμέας ὥρμησε ἀρχὴν ἡ ἵπ-
„πος, χρῆν δὴ ἡμέας τε, καὶ τοὺς μετ' ἡμέων τὴν
„Ἑλλάδα οὐ προδιδόντας Τεγεήτας, βοηθέειν ὑμῖν· νῦν
„δὲ, ἐς ἡμέας γὰρ ἅπασα κεχώρηκε, δίκαιοί ἐστε
„ὑμεῖς πρὸς τὴν πιεζομένην μάλιστα τῶν μοιρέων ἀμυ-
„νέοντες ἰέναι. Εἰ δ' ἄρα αὐτοὺς ὑμέας καταλελάβηκε
„ἀδύνατόν τι βοηθέειν, ὑμεῖς δ' ἡμῖν τοὺς τοξότας ἀπο-
„πέμψαντες χάριν θέσθε. συνοίδαμεν δὲ ὑμῖν ὑπὸ τὸν
„παρεόντα τόνδε πόλεμον ἐοῦσι πολλὸν προθυμοτάτοισι,
„ὥστε καὶ ταῦτα ἐσακούειν." Ταῦτα οἱ Ἀθηναῖοι ὡς 61
ἐπύθοντο, ὥρμέατο βοηθέειν, καὶ τὰ μάλιστα ἐπαμύ-
νειν. καί σφι ἤδη στείχουσι ἐπιτίθενται οἱ ἀντιταχθέντες
Ἑλλήνων τῶν μετὰ βασιλῆος γενομένων, ὥστε μηκέτι

tet quam fortissime possumus, et mutuo nobis succurrere. Igitur si in vos primos irruisset equitatus, oporteret nos et Tegeatas, qui nobiscum sunt neque Graeciam prodiderunt, vobis succurrere. Nunc vero quum in nos universus ingruit, aequum est ut vos laborantibus maxime partibus exercitus suppetias veniatis. Sin vos ipsi occupati estis ut succurrere nobis non possitis, hoc saltem nobis gratificamini ut sagittarios vestros ad nos dimittatis. Quum compertum sit nobis, quam singulare studium ad hoc exsequendum bellum adhibeatis, non dubitamus vos gratum hoc nobis facturos. (61.) His auditis, *Athenienses* parati erant illis succurrere, et quantam maximam possent opem ferre. Iamque iter erant ingressi, quum subito in illos impetum fecerunt Graeci a Barbarorum partibus stantes, qui illis in acie fuerant oppositi: quo facto,

δύνασθαι βοηθῆσαι· τὸ γὰρ προσκείμενόν σφεας ἐλύ- 5
πεε. Οὕτω δὴ μουνωθέντες Λακεδαιμόνιοι καὶ Τεγεῆται, ἐόντες σὺν ψιλοῖσι, ἀριθμὸν, οἱ μὲν, πεντακισμύριοι, Τεγεῆται δὲ, τρισχίλιοι· (οὗτοι γὰρ οὐδαμᾶ ἀπεσχίζοντο ἀπὸ Λακεδαιμονίων·) ἐσφαγιάζοντο, ὡς συμβαλέοντες Μαρδονίῳ καὶ τῇ στρατιῇ τῇ παρεούσῃ. καὶ, 10
οὐ γάρ σφι ἐγίνετο τὰ σφάγια χρηστὰ, ἔπιπτόν τε αὐτῶν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ πολλοὶ, καὶ πολλῷ πλεῦνες ἐτρωματίζοντο. Φράξαντες γὰρ τὰ γέρρα οἱ Πέρσαι, ἀπίεσαν τῶν τοξευμάτων πολλὰ ἀφειδέως οὕτω, ὥστε πιεζομένων τῶν Σπαρτιητέων, καὶ τῶν σφαγίων οὐ γι- 15
νομένων, ἀποβλέψαντα τὸν Παυσανίην πρὸς τὸ Ἡραῖον τὸ Πλαταιέων, ἐπικαλέσασθαι τὴν θεὸν, χρηίζοντα μηδαμῶς σφέας ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος.

62 Ταῦτα δ' ἔτι τούτου ἐπικαλευμένου, προεξαναστάν-

iam succurrere istis non potuere, ipsi ab adgredientibus infestati. Itaque soli relicti *Lacedaemonii* et *Tegeatae*, (simul cum levi armatura, quinquagies mille Lacedaemonii, et ter mille Tegeatae: nam hi numquam ab illis discesserunt:) sacra fecerunt, quippe cum *Mardonio* et exercitu qui cum eo erat conflicturi. Quumque nihil laeti portenderent victimae, multi interim eorum ceciderunt, et multo plures vulnerabantur. Etenim Persae, vallo e cratibus facto, adeo immensam in illos vim sagittarum emiserunt, ut *Pausanias*, quum perlitare non posset, et valde premerentur Lacedaemonii, Iunonis templum respiciens, quod ad *Plataeas* est, deam invocaret, orans ne spem ipsorum frustraretur.

(62.) Dum ille adhuc deam invocat, priores sur-

τες πρότεροι οἱ Τεγεῆται ἐχώρεον ἐς τοὺς βαρβάρους. καὶ τοῖσι Λακεδαιμονίοισι αὐτίκα μετὰ τὴν εὐχὴν τὴν Παυσανίεω, ἐγίνετο θυομένοισι τὰ σφάγια χρηστά. ὡς δὲ χρόνῳ κοτὲ ἐγένετο, ἐχώρεον καὶ οὗτοι ἐπὶ τοὺς Πέρσας, καὶ οἱ Πέρσαι αὐτίοι, τὰ τόξα μετέντες. Ἐγίνετο δὲ πρῶτον περὶ τὰ γέρρα μάχη. ὡς δὲ ταῦτα ἐπεπτώκεε, ἤδη ἐγίνετο μάχη ἰσχυρὴ παρ' αὐτὸ τὸ Δημήτριον, καὶ χρόνον ἐπὶ πολλὸν, ἐς ὃ ἀπίκοντο ἐς ὠθισμόν· τὰ γὰρ δόρατα ἐπιλαμβανόμενοι κατέκλων οἱ βάρβαροι. λήματι μέν νυν καὶ ῥώμῃ οὐκ ἐσσονες ἔσαν οἱ Πέρσαι· ἄνοπλοι δὲ ἐόντες, καὶ πρὸς ἀνεπιστήμονες ἔσαν, καὶ οὐκ ὁμοῖοι τοῖσι ἐναντίοισι σοφίην. προεξαίσσοντες δὲ κατ' ἕνα, καὶ δέκα, καὶ πλεῦνές τε καὶ ἐλάσσονες συστρεφόμενοι, ἐσέπιπτον ἐς τοὺς Σπαρτιήτας, καὶ διεφθείροντο. Τῇ δὲ ἐτύγχανε αὐτὸς ἐὼν 63

gunt *Tegeatae*, et in hostem tendunt. Mox vero etiam *Lacedaemoniis* post preces a *Pausania* peractas, laetae fuerunt victimae. Qui ut tandem perlitarunt, ipsi quoque adversus *Persas* pergunt; et illis Persae, relictis arcubus, obviam ire instituunt. Primum igitur fit praelium apud crates: quae ubi corruerunt, atrox iam fit pugna apud ipsum Cereris templum, eaque diuturna, donec eo ventum est ut velut in turba vir virum premeret: nam hastas Graecorum prehendentes barbari frangebant. Et studio quidem ac robore non inferiores erant Persae: sed praeterquam quod leviter erant armati, ignari etiam fuere pugnae Graecorum, et solertiâ cedebant adversariis. Procurrentes singuli, aut deni, et modo plures, modo pauciores, globo facto irruebant in

Μαρδόνιος, ἀπ' ἵππου τε μαχόμενος λευκοῦ, ἔχων τε περὶ ἑωυτὸν λογάδας Περσέων τοὺς ἀρίστους χιλίους, ταύτῃ δὴ καὶ μάλιστα τοὺς ἐναντίους ἐπίεσαν. ὅσον μέν νυν χρόνον Μαρδόνιος περιῆν, οἱ δὲ ἀντεῖχον, καὶ ἀμυνόμενοι κατέβαλλον πολλοὺς τῶν Λακεδαιμονίων· ὡς δὲ Μαρδόνιος ἀπέθανε, καὶ τὸ περὶ ἐκεῖνον τεταγμένον, ἐὸν ἰσχυρότατον, ἔπεσε, οὕτω δὴ καὶ οἱ ἄλλοι ἐτράποντο, καὶ εἶξαν τοῖσι Λακεδαιμονίοισι. πλεῖστον γὰρ σφέας ἐδηλέετο ἡ ἐσθὴς, ἐρῆμός ἐοῦσα ὅπλων· πρὸς γὰρ ὁπλίτας ἐόντες γυμνῆτες ἀγῶνα ἐποιεῦντο. Ἐνθαῦτα ἥ τε δίκη τοῦ Φόνου τοῦ Λεωνίδεω, κατὰ τὸ χρηστήριον, τοῖσι Σπαρτιήτῃσι ἐκ Μαρδονίου ἐπιτελέετο· καὶ νίκην ἀναιρέεται καλλίστην ἁπασέων τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Παυσανίης ὁ Κλεομβρότου τοῦ Ἀναξανδρίδεω.

Spartanos; et ab his interficiebantur. (63.) Qua parte quidem ipse *Mardonius* erat, ex candido equo pugnans, secumque selectos habens mille fortissimos Persarum, ibi vehementer hi premebant adversarios. Quoad igitur Mardonius vixit, etiam reliqui restiterunt, et fortiter pugnando multos straverunt Lacedaemonios: ut vero *interfectus Mardonius* est, et quod circa eum steterat robur virorum cecidit, tunc nimirum et reliqui terga verterunt, cesseruntque Lacedaemoniis. Maxime enim illis nocebat vestitus, scuto et loricâ carens: etenim cum gravi armatura leviter armati pugnabant. (64.) Ibi tunc poenam caedis Leonidae, secundum oraculi responsum, Spartanis Mardonius solvit: et nobilissimam omnium, quas novimus, *victoriam Pausanias retulit*, Cleombroti filius, Anaxandridae ne-

721, 10.

(τῶν δὲ κατύπερθέ οἱ προγόνων τὰ οὐνόματα εἴρηται ἐς Λεωνίδην· αὐτοὶ γὰρ σφι τυγχάνουσι ἐόντες.) Ἀποθνήσκει δὲ Μαρδόνιος ὑπὸ Ἀειμνήστου, ἀνδρὸς ἐν Σπάρτῃ λογίμου· ὃς χρόνῳ ὑστερον μετὰ τὰ Μηδικὰ, ἔχων ἄνδρας τριηκοσίους, συνέβαλε ἐν Στενυκλήρῳ, πολέμου ἐόντος, Μεσσηνίοισι πᾶσι· καὶ αὐτός τε ἀπέθανε καὶ οἱ τριηκόσιοι. Ἐν δὲ Πλαταιῇσι οἱ Πέρσαι ὡς ἐτράποντο ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, ἔφευγον οὐδένα κόσμον ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ ἑωυτῶν, καὶ ἐς τὸ τεῖχος τὸ ξύλινον, τὸ ἐποιήσαντο ἐν μοίρῃ τῇ Θηβαΐδι. Θῶμα δέ μοι, ὅκως παρὰ τῆς Δήμητρος τὸ ἄλσος μαχομένων, οὐδὲ εἷς ἐφάνη τῶν Περσέων οὔτε ἐσελθὼν ἐς τὸ τέμενος, οὔτε ἐναποθανὼν, περί τε τὸ ἱρὸν οἱ πλεῖστοι ἐν τὸ βεβήλῳ ἔπεσον. δοκέω δὲ, εἴ τι περὶ τῶν θείων πρηγμά- 65

pos. (Superiorum huius viri progenitorum nomina recensui, ubi de Leonida agebatur: sunt enim prorsus iidem.) Interfectus est autem Mardonius ab Aeimnesto, spectato inter Spartanos viro: qui insequente tempore, post hoc Medicum bellum, bello Messenico trecentos viros ducens, cum omnibus Messeniorum copiis ad Stenyclerum conflixit: et unà cum trecentis suis occubuit. (65.) Persae apud Plataeas a Lacedaemoniis fusi fugatique, nullo ordine ad castra sua confugerunt, in ligneum murum, quem in agro Thebano construxerant. Miror vero equidem, quî factum sit, quum ad Cereris lucum pugnata sit haec pugna, ut tamen nullus repertus fuerit Persarum, qui in locum deae sacrum aut intrarit aut in eo ceciderit, sed omnes in profana terra circa templum occubuerint. Opinor autem, (si modo fas

των δοκέειν δεῖ, ἡ θεὸς αὐτὴ σφέας οὐκ ἐδέξατο, ἐμπρήσαντας τὸ ἱρὸν τὸ ἐν Ἐλευσῖνι ἀνακτόριον. Αὕτη μέν νυν ἡ μάχη ἐπὶ τοσοῦτο ἐγένετο.

66 Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος αὐτίκα τε οὐκ ἀρέσκετο κατ' ἀρχὰς λειπομένου Μαρδονίου ἀπὸ βασιλῆος, καὶ τότε πολλὰ ἀπαγορεύων, οὐδὲν ἤνυε, συμβάλλειν οὐκ ἐῶν. ἐποίησέ τε αὐτὸς τοιάδε, ὡς οὐκ ἀρεσκόμενος τοῖσι πρήγμασι τοῖσι ἐκ Μαρδονίου ποιευμένοισι. τῶν ἐστρατήγεε ὁ Ἀρτάβαζος, (εἶχε δὲ δύναμιν οὐκ ὀλίγην, ἀλλὰ καὶ ἐς τέσσερας μυριάδας ἀνθρώπων, περὶ ἑωυτόν·) τούτους, ὅκως ἡ συμβολὴ ἐγίνετο, εὖ ἐξεπισταμένος τὰ ἔμελλε ἀποβήσεσθαι ἀπὸ τῆς μάχης, ἤϊε κατηρτισμένος, παραγγείλας κατὰ τὠυτὸ ἰέναι πάντας τῇ ἂν αὐτὸς ἐξηγέηται, ὅκως ἂν αὐτὸν ὀρέωσι σπουδῆς ἔχον-

LXVI. 9. ἤϊε. *Olim* ἦγε.

est de rebus divinis opinari aliquid) deam illos non recepisse, ut qui ipsius templum, quod Eleusisine fuit, cremassent. Hic igitur *Plataeensis pugnae exitus* fuit.

(66.) *Artabazo*, Pharnacis filio, initio statim non placuerat, Mardonium a rege in Graecia relinqui: idemque tunc, multum hortatus ne praelium Mardonius committeret, nihil profecerat. Itaque, utpote improbans Mardonii consilium, hanc iniit rationem. Quum suo sub imperio manum haberet haud exiguam, sed ad quadraginta hominum millia, his ordine compositis, quo tempore fiebat praelium, bene gnarus quis futurus esset exitus pugnae, egressus est, dato imperio, ut, qua ipse praeiret, sequerentur omnes eodem gradu quo ipsum vidissent praeeun-

7ꝛꝛ, 38.

τα. ταῦτα παραγγείλας, ὡς ἐς μάχην ἦγε ὄπιθεν τὸν στρατόν· προτερέων δὲ τῆς ὁδοῦ, ὥρα καὶ δὴ Φεύγοντας τοὺς Πέρσας· οὕτω δὴ οὐκέτι τὸν αὐτὸν κόσμον κατηγέετο, ἀλλὰ τὴν ταχίστην ἐτρόχαζε Φεύγων, οὔτε ἐς τὸ ξύλινον οὔτε ἐς τὸ Θηβαίων τεῖχος, ἀλλ' ἐς Φωκέας, ἐθέλων ὡς τάχιστα ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἀπικέσθαι· καὶ δὴ οὗτοι μὲν ταύτῃ ἐτράποντο. Τῶν δὲ ἄλλων 67
Ἑλλήνων τῶν μετὰ βασιλῆος ἐθελοκακεόντων, Βοιωτοὶ Ἀθηναίοισι ἐμαχέσαντο χρόνον ἐπὶ συχνόν. οἱ γὰρ μηδίζοντες τῶν Θηβαίων, οὗτοι ἔχον προθυμίην οὐκ ὀλίγην, μαχεόμενοί τε καὶ οὐκ ἐθελοκακέοντες, οὕτω ὥστε τριηκόσιοι αὐτέων οἱ πρῶτοι καὶ ἄριστοι ἐνθαῦτα ἔπεσον ὑπὸ Ἀθηναίων. ὡς δὲ ἐτράποντο καὶ οὗτοι, ἔφευγον ἐς

tem. Hoc dato imperio, duxit illos, veluti in praelium duceret: sed quum ipse praegrederetur agmen, iamque fugientes conspexisset Persas; inde non amplius eodem ordine suos duxit, sed citato cursu fugam cum eis corripuit, non ligneum murum petens nec Thebanorum urbem, sed in Phocidem tendens, cupiensque quam primum ad Hellespontum pervenire. Hi igitur hanc in partem iter intenderunt. (67.) Graecorum, qui cum rege erant, maior pars de industria cessaverant: sed *Boeoti* perdiu cum *Atheniensibus* dimicarunt. Nam *Thebani*, cum Medis facientes, singulare studium adhibuere, fortiter pugnantes, minimeque ultro cedentes; ita ut eorum trecenti, primarii viri fortissimique, ibi ab Atheniensibus sint interfecti. Ut vero hi quoque terga vertere coacti sunt, Thebas se receperunt, non quidem ita (inconditâ fugâ) ut Persae, aut ut reliqua turba so-

τὰς Θήβας, οὐκ ἧσσον οἱ Πέρσαι, καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων ὁ πᾶς ὅμιλος, οὔτε διαμαχεσάμενος οὐδενὶ, 68 οὔτε τι ἀποδεξάμενος, ἔφευγον. Δηλοῖ τε ἐμοὶ ὅτι πάντα τὰ πρήγματα τῶν βαρβάρων ἤρτητο ἐκ Περσέων, εἰ καὶ τότε οὗτοι, πρὶν ἢ καὶ συμμίξαι τοῖσι πολεμίοισι, ἔφευγον, ὅτι καὶ τοὺς Πέρσας ὥρων. οὕτω τε πάντες ἔφευγον, πλὴν τῆς ἵππου τῆς τε ἄλλης καὶ τῆς Βοιωτίης. αὕτη δὲ τοσαῦτα προσωφέλεε τοὺς φεύγοντας, αἰεί τε πρὸς τῶν πολεμίων ἄγχιστα ἐοῦσα, ἀπείργουσά τε τοὺς φιλίους φεύγοντας ἀπὸ τῶν Ἑλ- 69 λήνων. Οἱ μὲν δὴ νικῶντες εἵποντο, τοὺς Ξέρξεω διώκοντές τε καὶ φονεύοντες. ἐν δὲ τούτῳ τῷ γινομένῳ φόβῳ ἀγγέλλεται τοῖσι ἄλλοισι Ἕλλησι τοῖσι τεταγμένοισι περὶ τὸ Ἡραῖον, καὶ ἀπογενομένοισι τῆς μάχης, ὅτι μάχη τε γέγονε, καὶ νικῶεν οἱ μετὰ Παυσανίεω.

ciorum, qui nulla re gesta, ac ne pugnâ quidem cum ullo ex hostibus consertâ, in fugam se proripuerunt. (68.) Atque hinc adparet, Barbarorum res universas ex Persis pependisse; quandoquidem et hi tunc, priusquam cum hoste essent congressi, simulatque Persas videre fugientes, et ipsi fugam capessiverunt. Itaque omnes se fugae mandarunt, praeter equitatum, quum reliquum, tum Boeoticum. Atque fugientibus magno etiam usui equitatus fuit, semper proxime ab hostibus obequitans, et suos fugientes a Graecis seiungens. (69.) Dum ita victores Graeci fugientes Barbaros persequuntur occiduntque, interim reliquis Graecis, qui circa *Iunonis templum* consederant, et praelio non interfuerant, nunciatur pugnam esse pugnatam,

723, 68.

οἱ δὲ, ἀκούσαντες ταῦτα, οὐδένα κόσμον ταχθέντες, οἱ μὲν ἀμφὶ Κορινθίους, ἐτράποντο διὰ τῆς ὑπωρέης καὶ τῶν κολωνῶν τὴν φέρουσαν ἄνω, ἰθὺ τοῦ ἱροῦ τῆς Δήμητρος· οἱ δὲ ἀμφὶ Μεγαρέας τε καὶ Φλιασίους, διὰ τοῦ πεδίου τὴν λειοτάτην τῶν ὁδῶν. ἐπεί τε δὲ ἀγχοῦ τῶν πολεμίων ἐγίνοντο οἱ Μεγαρέες καὶ Φλιάσιοι, ἀπιδόντες σφέας οἱ τῶν Θηβαίων ἱππόται ἐπειγομένους οὐδένα κόσμον, ἤλαυνον ἐπ' αὐτοὺς τοὺς ἵππους, τῶν ἱππάρχεε Ἀσωπόδωρος ὁ Τιμάνδρου. ἐσπεσόντες δὲ κατεστόρεσαν αὐτέων ἑξακοσίους, τοὺς δὲ λοιποὺς κατήραξαν διώκοντες ἐς τὸν Κιθαιρῶνα. οὗτοι μὲν δὴ ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἀπώλοντο.

Οἱ δὲ Πέρσαι καὶ ὁ ἄλλος ὅμιλος, ὡς κατέφυγον ἐς τὸ ξύλινον τεῖχος, ἔφθησαν ἐπὶ τοὺς πύργους ἀναβάντες, πρὶν ἢ τοὺς Λακεδαιμονίους ἀπικέσθαι· ἀνα- 70

vicisseque Pausaniam cum suis. Quo audito, nullo ordine Corinthii superiore viâ, quae per montis radices et per clivos fert, rectà versus *Cereris templum* contenderunt, Megarenses vero et Phliasii per planitiem molliorí via. Ubi vero prope hostem Megarenses et Phliasii fuere, e longinquo eos conspicientes equites Thebani, videntesque nullo ordine properantes, equos in illos adegerunt, Asopodoro duce, Timandri filio. In quos invecti, sexcentos eorum straverunt: reliquosque persecuti, in Cithaeronem praecipites compulerunt. Isti igitur ignobili morte perierunt.

(70.) *Persae* et reliqua turba, postquam *intra ligneum murum* [sive, in ligneum *castellum*] pervenerunt, adscendere in turres maturarunt, priusquam Lacedaemonii adessent: eisque conscensis,

βάντες δὲ, ἐφράξαντο ὡς ἠδυνέατο ἄριστα τὸ τεῖχος. προσελθόντων δὲ τῶν Λακεδαιμονίων, κατεστήκεέ σφι τειχομαχίη ἐρρωμενεστέρη. ἔως μὲν γὰρ ἀπῆσαν οἱ Ἀθηναῖοι, οἱ δ' ἠμύνοντο, καὶ πολλῷ πλέον ἔχον τῶν Λακεδαιμονίων, ὥστε οὐκ ἐπισταμένων τειχομαχέειν· ὡς δέ σφι οἱ Ἀθηναῖοι προσῆλθον, οὕτω δὴ ἰσχυρὴ ἐγίνετο τειχομαχίη, καὶ χρόνον ἐπὶ πολλόν. Τέλος δὲ, ἀρετῇ τε καὶ λιπαρίῃ ἐπέβησαν Ἀθηναῖοι τοῦ τείχεος, καὶ ἤριπον· τῇ δὴ ἐσεχέοντο οἱ Ἕλληνες. πρῶτοι δὲ ἐσῆλθον Τεγεῆται ἐς τὸ τεῖχος· καὶ τὴν σκηνὴν τὴν Μαρδονίου οὗτοι ἔσαν οἱ διαρπάσαντες, τά τε ἄλλα ἐξ αὐτῆς καὶ τὴν φάτνην τῶν ἵππων, ἐοῦσαν χαλκέην πᾶσαν καὶ θέης ἀξίην. τὴν μέν νυν φάτνην ταύτην τὴν Μαρδονίου ἀνέθεσαν ἐς τὸν νηὸν τῆς Ἀλέης Ἀθηναίης Τεγεῆται·

quam optime poterant ad defendendum murum sese compararunt: et, ubi advenerunt Lacedaemonii, valide admodum propugnarunt. Nam priusquam Athenienses accessissent, repulerunt Lacedaemonios, et multo eis erant superiores, quippe oppugnandarum munitionum imperitis. Ut vero Athenienses advenere, tunc acris exstitit et diuturna circa murum pugna. Sed ad extremum virtute et adsiduitate laboris conscenderunt murum Athenienses, eumque diruerunt: et ea parte *Graeci intra munitionem irruerunt.* Primi qui ingressi sunt, Tegeatae fuere: et hi sunt qui *tentorium* spoliarunt *Mardonii*, ex eoque quum alia asportarunt, tum praesepe equorum, quod totum aeneum erat et spectatu dignum. Ac praesepe hoc quidem Mardonii in templo Aleae Minervae dedicarunt Tegeatae; reliquam vero praedam omnem

724. 99.

τὰ δὲ ἄλλα ἐς τωὐτὸ, ὅσα περ ἔλαβον, ἐσήνεικαν τοῖσι Ἕλλησι. Οἱ δὲ βάρβαροι οὐδὲν ἔτι στῖφος ἐποιήσαντο πεσόντος τοῦ τείχεος, οὔτε τις αὐτέων ἀλκῆς ἐμέμνητο· ἀλυκταζόν τε οἷα ἐν ὀλίγῳ χώρῳ πεφοβημένοι τε καὶ πολλαὶ μυριάδες κατειλημέναι ἀνθρώπων. παρῆν τε τοῖσι Ἕλλησι φονεύειν οὕτω, ὥστε τριήκοντα μυριάδων στρατοῦ, καταδεουσέων τεσσέρων, τὰς ἔχων Ἀρτάβαζος ἔφευγε, τῶν λοιπῶν μηδὲ τρεῖς χιλιάδας περιγενέσθαι. Λακεδαιμονίων δὲ τῶν ἐκ Σπάρτης ἀπέθανον οἱ πάντες ἐν τῇ συμβολῇ εἷς καὶ ἐννενήκοντα· Τεγεητέων δὲ, ἑκκαίδεκα· Ἀθηναίων δὲ, δύο καὶ πεντήκοντα.

Ἠρίστευσε δὲ τῶν βαρβάρων, πεζὸς μὲν ὁ Περσέων, 71
ἵππος δὲ ἡ Σακέων· ἀνὴρ δὲ λέγεται Μαρδόνιος. Ἑλλή-

in eumdem locum cum communi *Graecorum* praeda contulerunt. Barbari vero, ex quo murus corruit, nullum amplius globum, quem hosti opponerent, fecerunt, neque quisquam virtutis meminit; sed consternati erant, utpote multae hominum myriades in exiguum locum fugâ compulsae et conclusae. Et Graecis ita facilis fuit caedes, ut ex triginta hominum myriadibus (demtis quatuor myriadibus, cum quibus Artabazus profugit) ne ter mille quidem reliqui essent. Lacedaemoniorum vero, qui quidem ex ipsa Sparta fuere, nonnisi unus et nonaginta in praelio ceciderant; ex Tegeatis vero sedecim; ex Atheniensibus, duo et quinquaginta.

(71.) *Virtutis nomine* in Plataeensi pugna *eminuere*, inter Barbaros, peditatus quidem Persarum, equitatus vero Sacarum: inter singulos viros eminuisse dicitur Mardonii virtus. Inter Graecos, quam-

νων δὲ, ἀγαθῶν γενομένων καὶ Τεγεητέων καὶ Ἀθηναίων, ὑπερεβάλοντο ἀρετῇ Λακεδαιμόνιοι. ἄλλῳ μὲν οὐδενὶ ἔχω ἀποσημήνασθαι, (ἅπαντες γὰρ οὗτοι τοὺς κατ' ἑωυτοὺς ἐνίκων) ὅτι δὲ κατὰ τὸ ἰσχυρότερον προσενείχθησαν, καὶ τουτέων ἐκράτησαν. καὶ ἄριστος ἐγένετο μακρῷ Ἀριστόδημος κατὰ γνώμας τὰς ἡμετέρας· ὃς ἐκ Θερμοπυλέων μοῦνος τῶν τριηκοσίων σωθεὶς, ἔχε ὄνειδος καὶ ἀτιμίην. μετὰ δὲ τοῦτον ἠρίστευσαν Ποσειδώνιός τε καὶ Φιλοκύων καὶ Ἀμομφάρετος ὁ Σπαρτιήτης. καί τοι, γενομένης λέσχης ὃς γένοιτο αὐτέων ἄριστος, ἔγνωσαν οἱ παραγενόμενοι Σπαρτιητέων, Ἀριστόδημον μὲν βουλόμενον φανερῶς ἀποθανεῖν ἐκ τῆς παρεούσης οἱ αἰτίης, λυσσῶντά τε καὶ ἐκλιπόντα τὴν τάξιν, ἔργα ἀποδέξασθαι μεγάλα· Ποσειδώνιον δὲ, οὐ βουλόμενον

quam et Tegeatae et Athenienses fortiter pugnarunt, prae caeteris eminuit *Lacedaemoniorum virtus*: quod quidem nullo alio indicio confirmare possum, (hi enim cuncti vicerunt eos qui ipsis oppositi steterant) nisi quod Lacedaemonii cum robustissima parte copiarum hostilium conflixerunt, hosque superarunt. Inter singulos viros, ut mihi quidem videtur, prae caeteris, longe fortissime pugnavit Aristodemus, is qui, quum ex trecentis unus a Thermopylis rediisset, ignominiâ notatus erat. Post hunc autem eminuere Posidonius et Philocyon, et Spartanus Amomparetus. Quamquam, quum sermo haberetur quis illorum fortissimus fuerit, praesentes Spartani statuerunt, Aristodemum manifeste mori voluisse propter culpam qua tenebatur; eâque caussâ furiosum, et ordinem suum relinquentem, praeclara facta edidisse:

725, 28.

ἀποθνήσκειν, ἄνδρα γενέσθαι ἀγαθόν· τοσούτῳ τοῦτον εἶναι ἀμείνω. ἀλλὰ ταῦτα μὲν καὶ φθόνῳ ἂν εἴποιεν. οὗτοι δὲ τοὺς κατέλεξα πάντας, πλὴν Ἀριστοδήμου, τῶν ἀποθανόντων ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ τίμιοι ἐγένοντο· Ἀριστόδημος δὲ, βουλόμενος ἀποθανεῖν διὰ τὴν προειρημένην αἰτίην, οὐκ ἐτιμήθη. Οὗτοι μὲν τῶν ἐν Πλα- 72
ταιῇσι ὀνομαστότατοι ἐγένοντο. Καλλικράτης γὰρ ἔξω τῆς μάχης ἀπέθανε, ἐλθὼν ἀνὴρ κάλλιστος ἐς τὸ στρατόπεδον τῶν τότε Ἑλλήνων, οὐ μόνον αὐτέων Λακεδαιμονίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων· ὅς, ἐπειδὴ ἐσφαγιάζετο Παυσανίης, κατήμενος ἐν τῇ τάξι, ἐτρωματίσθη τοξεύματι τὰ πλευρά. καὶ δὴ οἱ μὲν ἐμάχοντο, ὁ δ' ἐξενηνεγμένος ἐδυσθανάτεέ τε καὶ ἔλεγε πρὸς Ἀρίμνηστον, ἄνδρα Πλαταιέα, οὐ μέλειν οἱ ὅτι πρὸ τῆς

Posidonium vero, quum non decrevisset mori, fortissime pugnasse, tantoque esse praestantiorem illo. At hoc fortasse illi ex invidia dixerint. Caeterum hi omnes, quos nominavi, qui in hac pugna ceciderunt, publico honore adfecti sunt, Aristodemo excepto: Aristodemus vero, eo quod ob praedictam culpam mori decrevisset, non est honoratus. (72.) Hi igitur ex *Lacedaemoniis Plataeensi pugnâ* maxime *nobilitati* sunt. Nam Callicrates extra pugnam mortuus est, pulcerrimus Graecorum qui in exercitu fuerunt, non modo Lacedaemoniorum, sed reliquorum etiam Graecorum. Quo tempore sacra fecit Pausanias, sedens ille suo in ordine sagittâ vulneratus est in latere. Ac tum quidem caeteri capessiverunt pugnam: ipse vero ex acie elatus, aegerrime ferens mortem, dixit Arimnesto, civi Plataeensi,

Ἑλλάδος ἀποθνήσκει, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐχρήσατο τῇ χειρὶ, καὶ ὅτι οὐδέν ἐστί οἱ ἀποδεδεγμένον ἔργον ἑωυτοῦ ἄξιον, 73 προθυμευμένου ἀποδέξασθαι. Ἀθηναίων δὲ λέγεται εὐδοκιμῆσαι Σωφάνης ὁ Εὐτυχίδεω, ἐκ δήμου Δεκελεῆθεν· Δεκελέων δὲ τῶν ποτὲ ἐργασαμένων ἔργον χρήσιμον ἐς τὸν πάντα χρόνον, ὡς αὐτοὶ Ἀθηναῖοι λέγουσι. ὡς γὰρ δὴ τὸ πάλαι κατὰ Ἑλένης κομιδὴν Τυνδαρίδαι ἐσέβαλον ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν σὺν στρατοῦ πλήθεϊ, καὶ ἀνίστασαν τοὺς δήμους, οὐκ εἰδότες ἵνα ὑπεξέκειτο ἡ Ἑλένη, τότε λέγουσι τοὺς Δεκελέας, οἱ δὲ αὐτὸν Δέκελον, ἀχθόμενόν τε τῇ Θησέος ὕβρι, καὶ δειμαίνοντα περὶ πάσῃ τῇ Ἀθηναίων χώρῃ, ἐξηγησάμενόν σφι τὸ πᾶν πρῆγμα, κατηγήσασθαι ἐπὶ τὰς Ἀφίδνας· τὰς δὴ Τιτακὸς, ἐὼν αὐτόχθων, καταπροδιδοῖ Τυνδαρίδῃσι.

non se poenitere quod pro Graecia moriatur, sed quod manu non sit usus, neque ullum se dignum facinus edidisset, quum id ipsum unice cupivisset. (73.) Inter *Athenienses* nobilitatus est *Sophanes*, Eutychidis filius, ex populo cui *Decelea* nomen. Cuius popularium *Decelensium* olim factum exstitit, ut ipsi Athenienses narrant, in omne aevum eis utile. Nam, quo tempore olim repetendae *Helenae* caussa *Tyndaridae* cum numeroso exercitu terram Atticam invaserunt, et, quum nescirent quem in locum illa deportata esset, populos Atticae sedibus suis expulerunt; tunc (ut vulgo aiunt) Decelenses, sive, ut alii dicunt, ipse Decelus, indignatus iniquo Thesei facinore, simulque universae metuens Atheniensium terrae, totam rem illis aperuit, viamque quae fert Aphidnas monstravit: quas mox Titacus, Aphidnensis ipse, Tyndaridis prodidit,

725, 57.

τοῖσι δὲ Δεκελεῦσι ἐν Σπάρτῃ ἀπὸ τούτου τοῦ ἔργου ἀτελείη τε καὶ προεδρίη διατελέει ἐς τόδε αἰεὶ ἔτι ἐοῦσα, οὕτω ὥστε καὶ ἐς τὸν πόλεμον τὸν ὕστερον πολλοῖσι ἔτεσι τούτων γενόμενον Ἀθηναίοισί τε καὶ Πελοποννησίοισι, σινεομένων τὴν ἄλλην Ἀττικὴν Λακεδαιμονίων, Δεκελέης ἀποσχέσθαι. Τούτου τοῦ δήμου ἐὼν ὁ Σω- 74
Φάνης, καὶ ἀριστεύσας τότε Ἀθηναίων, δίξοὺς λόγους λεγομένους ἔχει. τὸν μὲν, ὡς ἐκ τοῦ ζωστῆρος τοῦ θώρηκος ἐφόρεε χαλκέῃ ἁλύσι δεδεμένην ἄγκυραν σιδηρέην τὴν, ὅκως πελάσειε ἀπικνεόμενος τοῖσι πολεμίοισι, βαλλέσκετο, ἵνα δή μιν οἱ πολέμιοι ἐκπίπτοντες, ἐκ τῆς τάξιος μετακινῆσαι μὴ δυναίατο· γινομένης δὲ φυγῆς τῶν ἐναντίων, δέδοκτο, τὴν ἄγκυραν ἀναλαβόντα, οὐ-

Quod ob factum Deceleensibus Spartani immunitatem vectigalium et praecipuam [in conventibus publicis et in festorum solennibus] sedem indulserunt; quo privilegio illi etiam nunc fruuntur, ita quidem ut etiam in bello illo, quod multis post hoc bellum annis inter Peloponnesios et Athenienses gestum est, quum reliquam Atticam Lacedaemonii vastarent, Deceleâ abstinuerint. (74.) Ex hoc igitur Atticae pago *Sophanes* fuit, qui tunc virtutis praecipuam inter Athenienses laudem abstulit. Quo de viro duplex fama fertur: altera, gestasse eum ferream *ancoram, e loricae cingulo* aeneâ catenâ *religatam*; eam illum ancoram, quoties propius hostes venisset, in terram defigere solitum esse, ne hostes, impetum in illum facientes, statione eum depellere possent; fugâ autem factâ hostium recipere consuesse ancoram, et ita persequi hostem. Haec de hoc viro fama

τω διώκειν. οὗτος μὲν οὕτω λέγεται. ὁ δ' ἕτερος τῶν λόγων, τῷ πρότερον λεχθέντι ἀμφισβατέων, λέγεται, ὡς ἐπ' ἀσπίδος αἰεὶ περιθεούσης καὶ οὐδαμᾶ ἀτρεμιζούσης ἐφόρεε ἐπίσημον ἄγκυραν, καὶ οὐκ ἐκ τοῦ θώρηκος δεδεμένην σιδηρέην. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον Σωφάνεϊ λαμπρὸν ἔργον ἐξεργασμένον, ὅτι περικατημένων Ἀθηναίων Αἴγιναν, Εὐρυβάτην τὸν Ἀργεῖον, ἄνδρα πεντάεθλον, ἐκ προκλήσιος ἐφόνευσε. αὐτὸν δὲ Σωφάνεα χρόνῳ ὑστέρου τουτέων κατέλαβε, ἄνδρα γενόμενον ἀγαθὸν, Ἀθηναίων στρατηγέοντα ἅμα Λεάγρῳ τῷ Γλαύκωνος, ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἠδωνῶν ἐν Δάτῳ, περὶ τῶν μετάλλων τῶν χρυσέων μαχεσόμενον.

76 Ὡς δὲ τοῖσι Ἕλλησι ἐν Πλαταιῇσι κατέστρωντο οἱ βάρβαροι, ἐνθαῦτά σφι ἐπῆλθε γυνὴ αὐτόμολος· ἣ

fertur. Cui contradicentes alii aiunt, in eiusdem viri clypeo, quem semper ille in gyrum agere consuesset, nec umquam quietum sinere, pro insigni fuisse *ancoram*, non gestasse illum ferream ancoram e lorica religatam. (75.) Exstat eiusdem Sophanis aliud praeclare factum; scilicet quum Athenienses Aeginam circumsederent, hic Eurybaten Argivum, virum quinquertio nobilem, a se ad singulare certamen provocatum interfecit. Sed eidem Sophani insequente tempore accidit, ut, quum dux esset Atheniensium cum Leagro Glauconis filio, apud Daton oppidum, ubi pro auri metallis decertabatur, fortiter pugnans, ab Edonis interficeretur.

(76.) Postquam ita *ad Plataeas Barbari prostrati* sunt a Graecis, advenit ad hos mulier trans-

ἐπειδὴ ἔμαθε ἀπολωλότας τοὺς Πέρσας, καὶ νικῶντας τοὺς Ἕλληνας, ἐοῦσα παλλακὴ Φαρανδάτεος τοῦ Τεάσπιος, ἀνδρὸς Πέρσεω, κοσμησαμένη χρυσῷ πολλῷ καὶ αὐτὴ καὶ αἱ ἀμφίπολοι, καὶ ἐσθῆτι τῇ καλλίστῃ τῶν παρεουσέων, καταβᾶσα ἐκ τῆς ἁρμαμάξης, ἐχώρεε ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἔτι ἐν τῇσι φονῇσι ἐόντας. ὁρῶσα δὲ πάντα ἐκεῖνα διέποντα Παυσανίην, πρότερόν τε τὸ οὔνομα ἐξεπισταμένη καὶ τὴν πάτρην, ὥστε πολλάκις ἀκούσασα, ἔγνω τε τὸν Παυσανίην, καὶ λαβομένη τῶν γουνάτων, ἔλεγε τάδε· „Ὦ βασιλεῦ „Σπάρτης, ῥῦσαί με τὴν ἱκέτιν αἰχμαλώτου δουλοσύ„νης. σὺ γὰρ καὶ ἐς τόδε ὤνησας, τούσδε ἀπολέσας, „τοὺς οὔτε δαιμόνων οὔτε θεῶν ὄπιν ἔχοντας. εἰμὶ δὲ „γένος μὲν Κῴη, θυγάτηρ δὲ Ἡγητορίδεω τοῦ Ἀνται„γόρεω. βίῃ δέ με λαβὼν ἐν Κῷ ἔχε ὁ Πέρσης.“ Ὁ

fuga: quae ut perditos vidit Persas, Graecosque victores, quum fuisset pellex Pharandatis Persae, Theaspis filii, multo ornata auro et ipsa et eius famulae, et veste pretiosissima quae ad manus erat, descendit de carpento et ad Lacedaemonios accessit in caedibus adhuc occupatos. Quumque omnia ibi administrantem videret *Pausaniam*, cuius et nomen et patriam iam antea frequenti auditu noverat, agnovit Pausaniam, et genua eius complectens, his verbis eum adlocuta est: *Rex Spartae, libera me supplicem captivitatis servitute! Nam et hactenus me iuvisti, quod hos homines perdidisti, qui nec heroum nec deorum curam habent. Sum autem genere Coa, Hegetoridae filia, Antagorae filii: quam vi ex Co raptam habuit Persa.* Cui ille respondit:

δὲ ἀμείβεται τοῖσδε· „Γύναι, θάρσει, καὶ ὡς ἱκέτις, „καὶ εἰ δὴ πρὸς τούτῳ τυγχάνεις ἀληθέα λέγουσα, καὶ „εἶ θυγάτηρ Ἡγητορίδεω τοῦ Κῴου, ὃς ἐμοὶ ξεῖνος μά- „λιστα τυγχάνει ἐὼν τῶν περὶ κείνους τοὺς χώρους οἰκη- μένων.“ Ταῦτα εἴπας, τότε μὲν ἐπέτρεψε τῶν ἐφόρων τοῖσι παρεοῦσι, ὕστερον δὲ ἀπέπεμψε ἐς Αἴγιναν, ἐς 77 τὴν αὐτὴ ἤθελε ἀπικέσθαι. Μετὰ δὲ τὴν ἄπιξιν τῆς γυναικὸς, αὐτίκα μετὰ ταῦτα ἀπίκοντο Μαντινέες ἐπ' ἐξεργασμένοισι· μαθόντες δὲ ὅτι ὑστεροι ἥκουσι τῆς συμβολῆς, συμφορὴν ἐποιεῦντο μεγάλην, ἄξιοί τε ἔφα- σαν εἶναι σφέας ζημιῶσαι. πυνθανόμενοι δὲ τοὺς Μή- δους τοὺς μετὰ Ἀρταβάζου φεύγοντας, τούτους ἐδίω- κον μέχρι Θεσσαλίης· Λακεδαιμόνιοι δὲ οὐκ ἐῶν φεύ- γοντας διώκειν. οἱ δὲ ἀναχωρήσαντες ἐς τὴν ἑωυτῶν, τοὺς ἡγεμόνας τῆς στρατιῆς ἐδίωξαν ἐκ τῆς γῆς. Με-

Confide, mulier, non modo ut supplex, sed et insuper si verum est quod ais, filiam te esse Hegetoridae Coi, qui maxime omnium ista loca habitantium hospitii iure mecum coniunctus est. His dictis, tunc illam praesentibus ephoris tradidit, deinde vero Aeginam misit, quo ipsa venire cupiverat. (77.) Post huius mulieris adventum mox adfuere *Mantinenses*, re confecta. Qui ubi cognovere sero se venire post peractam pugnam, vehementer indoluerunt, et mulctam se commeruisse ultro fatebantur. Ut vero audivere fugam corripuisse Medos qui cum Artabazo erant, hos illi, dissuadentibus licet Lacedaemoniis, persecuti sunt usque in Thessaliam. Postquam vero domum sunt reversi, duces suarum copiarum exsilio multarunt. Post Mantinenses *Elei*

727, 16.

τὰ δὲ Μαντινέας, ἦκον Ἠλεῖοι. καὶ ὡσαύτως οἱ Ἠλεῖοι τοῖσι Μαντινεῦσι συμφορὴν ποιησάμενοι ἀπαλλάσσοντο· ἀπελθόντες δὲ καὶ οὗτοι τοὺς ἡγεμόνας ἐδίωξαν. τὰ κατὰ Μαντινέας μὲν καὶ Ἠλείους τοσαῦτα.

Ἐν δὲ Πλαταιῇσι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν Αἰγινητέων 78
ἦν Λάμπων ὁ Πύθεω, Αἰγινητέων τὰ πρῶτα· ὃς ἀνοσιώτατον ἔχων λόγον, ἔτο πρὸς Παυσανίην. ἀπικόμενος δὲ, σπουδῇ ἔλεγε τάδε· „Ὦ παῖ Κλεομβρότου, „ἔργον ἔργασταί τοι ὑπερφυὲς, μέγαθός τε καὶ κάλ„λος· καὶ τοὶ θεὸς παρέδωκε, ῥυσάμενον τὴν Ἑλλά„δα, κλέος κατάθεσθαι μέγιστον Ἑλλήνων τῶν ἡμεῖς „ἴδμεν. σὺ δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐπὶ τούτοισι ποίησον, „ὅκως λόγος τέ σε ἔχῃ ἔτι μέζων, καί τις ὕστερον „φυλάσσηται τῶν βαρβάρων μὴ ὑπάρχειν ἔργα ἀτά-

venerunt: et hi pariter atque Mantinenses gravissime dolentes redierunt, pariterque atque illi, postquam domum reversi sunt, duces suos in exsilium miserunt. Et haec quidem de Mantinensibus et Eleis hactenus.

(78.) Fuit autem in exercitu Aeginetarum ad Plataeas Aegineta *Lampon*, Pytheae filius, primarius vir inter Aeginetas: qui Pausaniam adiit, rem improbissimam ei suasurus. Ad quem quum accessisset, magno studio haec verba fecit: *Fili Cleombroti! exsecutus es facinus ita magnum et praeclarum, ut hominis superare naturam videatur: tibique hoc dedit deus, ut liberatâ Graeciâ omnium quos novimus Graecorum longe maximam gloriam sis consecutus. At tu nunc etiam quod superest perfice; quo famam etiam consequaris maiorem, et*

„σθαλα ποιέων ἐς τοὺς Ἕλληνας. Λεωνίδεω γὰρ ἀπο-
„θανόντος ἐν Θερμοπύλῃσι, Μαρδόνιός τε καὶ Ξέρξης
„ἀποταμόντες τὴν κεφαλὴν ἀνεσταύρωσαν. τῷ σὺ τὴν
„ὁμοίην ἀποδιδοὺς, ἔπαινον ἔξεις πρῶτα μὲν ὑπὸ πάν-
„των Σπαρτιητέων, αὖτις δὲ καὶ πρὸς τῶν ἄλλων
„Ἑλλήνων. Μαρδόνιον γὰρ ἀνασκολοπίσας, τετιμώ-
„ρηταί ἐς πάτρων τὸν σὸν Λεωνίδην.“ Ὁ μὲν, δοκέων
79 χαρίζεσθαι, ἔλεγε τάδε. Ὁ δ' ἀνταμείβετο τοῖσδε·
„Ὦ ξεῖνε Αἰγινῆτα, τὸ μὲν εὐνοεῖν τε καὶ προορᾶν, ἄγα-
„μαι σεῦ· γνώμης μέντοι ἡμάρτηκας χρηστῆς. ἐξάρας
„γάρ με ὑψοῦ καὶ τὴν πάτρην καὶ τὸ ἔργον, ἐς τὸ μη-
„δὲν κατέβαλες, παραινέων νεκρῷ λυμαίνεσθαι, καὶ,
„ἢν ταῦτα ποιέω, φὰς ἄμεινόν με ἀκούσεσθαι. τὰ πρέ-
„πει μᾶλλον βαρβάροισι ποιέειν, ἢπερ Ἕλλησι· καὶ

Barbarorum quisque posthac caveat ne res nefarias adversus Graecos suscipiat. Postquam Leonidas ad Thermopylas occubuit, Mardonius et Xerxes caput eius praeciderunt, et e palo erexerunt. Huic si tu paria reddideris, primum Spartani, tum vero etiam Graeci omnes te collaudabunt. Quippe Mardonium si e palo erexeris, patruum tuum ultus fueris Leonidam. Haec ille dixit, putans se gratificaturum Pausaniae. (79.) Cui his verbis rex respondit: *Hospes Aegineta! tuam et benevolentiam et prospicientiam laudo: at a recto animi sensu plurimum abes. Nam postquam me et patriam factumque meum in coelum usque extulisti, in nihilum me proiecisti, dum hortaris ut mortuo insultem, et me ais, id si fecero, melius auditurum. Barbaros hoc facere decet, non*

„ἐκείνοισι δὲ ἐπιφθονέομεν. Ἐγὼ δ' ὧν τούτου εἵνεκα
„μήτε Αἰγινήτῃσι ἄδοιμι, μήτε τοῖσι ταῦτα ἀρέσκεται·
„ἀποχρᾷ δ' ἐμοὶ, Σπαρτιήτῃσι ἀρεσκόμενον, ὅσια μὲν
„ποιέειν, ὅσια δὲ καὶ λέγειν. Λεωνίδῃ δὲ, τῷ με κε-
„λεύεις τιμωρῆσαι, Φημὶ μεγάλως τετιμωρῆσθαι· ψυ-
„χῇσί τε τῇσι τῶνδε ἀναριθμήτοισι τετίμηται αὐτός
„τε καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ἐν Θερμοπύλῃσι τελευτήσαντες.
„σὺ μέντοι ἔτι ἔχων λόγον τοιόνδε, μήτε προσέλθῃς
„ἔμοιγε, μήτε συμβουλεύσῃς· χάριν ἴσθι τε, ἐὼν ἀπα-
„θής." Ὁ μὲν, ταῦτα ἀκούσας, ἀπαλλάσσετο.

Παυσανίης δὲ κήρυγμα ποιησάμενος, μήδενα ἅπτε- 80
σθαι τῆς λείης, συγκομίζειν ἐκέλευε τοὺς εἵλωτας τὰ χρήματα. οἱ δὲ, ἀνὰ τὸ στρατόπεδον σκιδνάμενοι, εὗρισκον σκηνὰς κατεσκευασμένας χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ, κλί-

Graecos: atque illos hoc nomine odimus. Ego quidem, quod ad hoc adtinet, nec Aeginetis velim placere. nec quibuscumque talia placent: sufficitque mihi, Lacedaemoniis placere, sancte agentem, sancteque loquentem. Leonidae vero, quem tu me iubes ulcisci, puto magnifice esse parentatum: nam innumerabilium horum caede ultionem et ipse obtinuit et caeteri qui ad Thermopylas occubuerunt. Omnino vero, talia propositurus aut suasurus noli porro meum in conspectum venire: et gratias habe, quod incolumis abeas! His auditis, ille discessit.

(80.) Iam *Pausanias*, proposito per praeconem edicto, *ne quis de praeda quidquam tangeret*, hilotas iussit pretiosa colligere. Et illi, per castra discurrentes, tentoria invenerunt auro argentoque re-

νας τε ἐπιχρύσους καὶ ἐπαργύρους, κρητῆράς τε χρυσέους, καὶ φιάλας τε καὶ ἄλλα ἐκπώματα· σάκκους τε ἐπ' ἁμαξέων εὕρισκον, ἐν τοῖσι λέβητες ἐφαίνοντο ἐνεόντες χρύσεοί τε καὶ ἀργύρεοι· ἀπό τε τῶν κειμένων νεκρῶν ἐσκύλευον ψέλιά τε καὶ στρεπτοὺς, καὶ τοὺς ἀκινάκεας, ἐόντας χρυσέους· ἐπεὶ ἐσθῆτός γε ποικίλης λόγος ἐγίνετο οὐδὲ εἷς. Ἐνθαῦτα πολλὰ μὲν κλέπτοντες ἐπώλεον πρὸς τοὺς Αἰγινήτας οἱ εἵλωτες, πολλὰ δὲ καὶ ἀπεδείκνυσαν, ὅσα αὐτέων οὐκ οἷά τε ἦν κρύψαι· ὥστε Αἰγινήτῃσι οἱ μεγάλοι πλοῦτοι ἀρχὴν ἐνθεῦτεν ἐγένοντο, οἳ τὸν χρυσὸν, ἅτε ἐόντα χαλκὸν δῆθεν, παρὰ τῶν εἱλωτέων ὠνέοντο. 81 Συμφορήσαντες δὲ τὰ χρήματα, καὶ δεκάτην ἐξελόντες τῷ ἐν Δελφοῖσι θεῷ, ἀπ' ἧς ὁ τρίπους ὁ χρύσεος ἀνετέθη, ὁ ἐπὶ τοῦ τριηκαρήνου ὄφιος τοῦ χαλκέου ἐπεστεὼς ἄγχιστα τοῦ βωμοῦ· καὶ τῷ ἐν

pleta, lectosque auro et argento obductos, et crateres aureos, et phialas, aliaque pocula: plaustrisque impositos invenerunt saccos, in quibus lebetes erant aurei et argentei: denique stratis cadaveribus armillas detraxerunt, et torques, et acinaces, qui item aurei erant: vestis enim variegatae ne ratio quidem ulla habebatur. Ibi tunc multa furto subtrahentes hilotae vendiderunt Aeginetis: multa vero etiam representabant, quaecumque abscondere non potuerant. Atque hinc initium cepere ingentes Aeginetarum divitiae: quippe qui aurum, quasi aes esset, ab hilotis emerunt. (81.) Pecuniis reliquisque rebus pretiosis in unum collatis, decimam exemerunt Delphico deo; ex qua aureus tripus dedicatus est, qui tricipiti serpenti aeneo insistit proxime aram; item

729, 75.

Ὀλυμπίῃ θεῷ ἐξελόντες, ἀπ' ἧς δεκάπηχυν χάλκεον Δία ἀνέθηκαν· καὶ τῷ ἐν Ἰσθμῷ θεῷ, ἀπ' ἧς ἑπτάπηχυς χάλκεος Ποσειδέων ἐξεγένετο· ταῦτα ἐξελόντες, τὰ λοιπὰ διαιρέοντο, καὶ ἔλαβον ἕκαστοι τῶν ἄξιοι ἦσαν, καὶ τὰς παλλακὰς τῶν Περσέων, καὶ τὸν χρυσὸν, καὶ τὸν ἄργυρον, καὶ ἄλλα χρήματά τε καὶ ὑποζύγια. Ὅσα μέν νυν ἐξαίρετα τοῖσι ἀριστεύσασι αὐτέων ἐν Πλαταιῇσι ἐδόθη, οὐ λέγεται πρὸς οὐδαμῶν, δοκέω δ' ἔγωγε καὶ τούτοισι δοθῆναι. Παυσανίῃ δὲ πάντα δέκα ἐξαιρέθη τε καὶ ἐδόθη, γυναῖκες, ἵπποι, τάλαντα, κάμηλοι, ὡς δὲ αὕτως καὶ τὰ ἄλλα χρήματα. Λέγεται δὲ καὶ τάδε γενέσθαι· ὡς Ξέρξης φεύγων ἐκ τῆς Ἑλλάδος, Μαρδονίῳ τὴν κατασκευὴν καταλίποι τὴν ἑωυτοῦ· Παυσανίην ὦν, ὁρέοντα τὴν Μαρδονίου κατα- 82

LXXXII. 4 *seq.* κατασκευὴν χρυσῷ *etc.* σκηνὴν *h. l. utique legendum suspicatus sum, idque in versione expressi.*

Olympico deo decimam exemerunt, ex qua Iovis aenea statua decem cubitorum dedicata est; denique Isthmio deo, unde confecta est Neptuni aenea statua septem cubitorum. Haec postquam exemere, reliqua inter se distribuerunt, pellices Persarum, et aurum, et argentum, et alias res pretiosas, et iumenta: acceperuntque quique pro suo merito. Quaenam vero praecipua data sint eis quorum prae caeteris virtus eminuit, a nemine memoratum reperio: puto autem equidem, his praecipua quaedam data esse. Pausaniae vero omnia dena selecta dataque sunt, mulieres, equi, talenta, cameli, pariterque alia pretiosa. (82.) Narrant etiam hoc accidisse: Xerxem, ex Graecia fugientem, supellectilem suam Mardonio reliquisse; *Pausaniam* igitur, quum Mardonii tento-

σκευὴν χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ καὶ παραπετάσμασι ποικίλοισι κατασκευασμένην, κελεῦσαι τούς τε ἀρτοκόπους καὶ τοὺς ὀψοποιοὺς κατὰ ταὐτὰ καθὼς Μαρδονίῳ δεῖπνον παρασκευάζειν. ὡς δὲ κελευόμενοι οὗτοι ἐποίευν ταῦτα, ἐνθαῦτα τὸν Παυσανίην, ἰδόντα κλίνας τε χρυσέας καὶ ἀργυρέας εὖ ἐστρωμένας, καὶ τραπέζας τε χρυσέας καὶ ἀργυρέας, καὶ παρασκευὴν μεγαλοπρεπέα τοῦ δείπνου, ἐκπλαγέντα τὰ προκείμενα ἀγαθὰ, κελεῦσαι ἐπὶ γέλωτι τοὺς ἑωυτοῦ διηκόνους παρασκευάσαι Λακωνικὸν δεῖπνον. ὡς δὲ τῆς ποιηθείσης ἦν πολλὸν τὸ μέσον, τὸν Παυσανίην γελάσαντα μεταπέμψασθαι τῶν Ἑλλήνων τοὺς στρατηγούς· συνελθόντων δὲ τουτέων, εἶπαι τὸν Παυσανίην, δεικνύντα ἐς ἑκατέρην τοῦ δείπνου τὴν παρασκευήν· „Ἄνδρες Ἕλληνες, τῶνδε „εἵνεκα ἐγὼ ὑμέας συνήγαγον, βουλόμενος ὑμῖν τοῦδε „τοῦ Μήδων ἡγεμόνος τὴν ἀφροσύνην δεῖξαι· ὃς τοιήνδε

rium vidisset auro et argento et variegatis aulaeis instructum, pistores et coquos iussisse *coenam parare prorsus qualem Mardonio soliti essent instruere.* Quod quum illi fecissent, tum Pausaniam, lectulos videntem aureos et argenteos pulcre stratos, et mensas aureas et argenteas, et magnificum ipsius coenae adparatum, propositas admiratum lautitias, ioci caussâ suos famulos *Laconicam* parare *coenam* iussisse. Quumque multum interesset inter utrumque epulum, ridentem Pausaniam vocasse Graecorum duces; eisque, ut convenerunt, utriusque coenae adparatum monstrantem, dixisse: *Hoc consilio, Graeci viri! vos convocavi, quo stultitiam vobis ostenderem huius ducis Medorum; qui, quum tali victûs*

789, 5.

„δίαιταν ἔχων, ἦλθε ἐς ἡμέας οὕτια ὀϊζυρὴν ἔχοντας
„ἀπαιρησόμενος.“ Ταῦτα μὲν Παυσανίην λέγεται εἰ-
πεῖν πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἑλλήνων. Ὑστέρῳ 83
μέντοι χρόνῳ μετὰ ταῦτα καὶ τῶν Πλαταιέων εὗρον
συχνοὶ θήκας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ τῶν ἄλλων χρη-
μάτων. Ἐφάνη δὲ καὶ τόδε ὕστερον ἔτι τουτέων, τῶν
νεκρῶν περιψιλωθέντων τὰς σάρκας· συνεφόρεσαν γὰρ τὰ
ὀστέα οἱ Πλαταιέες ἐς ἕνα χῶρον· εὑρέθη κεφαλὴ οὐκ
ἔχουσα ῥαφὴν οὐδεμίην, ἀλλὰ ἐξ ἑνὸς ἐοῦσα ὀστέου·
ἐφάνη δὲ καὶ γνάθος, καὶ τὸ ἄνω τῆς γνάθου, ἔχουσα
ὀδόντας μουνοφυέας, ἐξ ἑνὸς ὀστέου πάντας, τούς τε
ὀδόντας καὶ τοὺς γομφίους. καὶ πενταπήχεος ἀνδρὸς
ὀστέα ἐφάνη.

Ἔπειτεν δὲ Μαρδονίου δευτέρῃ ἡμέρῃ ὁ νεκρὸς ἠφάνι- 84

generi esset adsuetus, ad nos venit, miserum nostrum epulum nobis rapturus. Haec Pausanias ducibus Graecorum fertur dixisse. (83.) Sed et insequente tempore post has res gestas multi Plataeenses arculas adhuc invenerunt auro et argento et aliis pretiosis rebus repletas. Et nonnullo rursus post haec tempore interiecto, postquam mortuorum cadavera carnibus prorsus fuissent nudata, etiam hoc mirum adparuit. Quum ossa in unum locum Plataeenses colligerent, repertum est *cranium nullam* prorsus *suturam habens*, sed uno osse constans. Reperta est etiam maxilla, quum inferior, tum superior, cuius *dentes* ita *concreti* erant, tam reliqui, quam molares, ut uno osse constarent omnes. Reperta etiam sunt ossa viri quinque cubitorum.

(84.) Deinde vero *Mardonii cadaver*, postridie

στο· ὑπ' ὅτευ μὲν ἀνθρώπων, τὸ ἀτρεκὲς οὐκ ἔχω εἶπαι. πολλοὺς δέ τινας ἤδη καὶ παντοδαποὺς ἤκουσα θάψαι Μαρδόνιον, καὶ δῶρα μεγάλα οἶδα λαβόντας πολλοὺς παρὰ Ἀρτόντεω τοῦ Μαρδονίου παιδὸς διὰ τοῦτο τὸ ἔργον. ὅστις μέντοι ἦν αὐτέων ὁ ὑπελόμενός τε καὶ θάψας τὸν νεκρὸν τὸν Μαρδονίου, οὐ δύναμαι ἀτρεκέως πυθέσθαι. ἔχει δέ τινα φάτιν καὶ Διονυσοφάνης, ἀνὴρ Ἐφέσιος, θάψαι Μαρδόνιον. ἀλλ' ὁ μὲν τρόπῳ τοιούτῳ ἐτάφη. Οἱ δὲ Ἕλληνες ὡς ἐν Πλαταιῇσι τὴν λήϊην διείλοντο, ἔθαπτον τοὺς ἑωυτῶν, χωρὶς ἕκαστοι. Λακεδαιμόνιοι μὲν τριξὰς ἐποιήσαντο θήκας. ἔνθα μὲν τοὺς ἰρένας ἔθαψαν, τῶν καὶ Ποσειδώνιος καὶ Ἀμομφάρετος ἔσαν καὶ Φιλοκύων τε καὶ Καλλικράτης. ἐν

LXXXV. 4. *et* 6. *ἰρένας et ἰρένες ex virorum doctorum emendatione. ἰρέας, ἰρέες, vett. libri omnes.*

quam commissa pugna est, non est repertum. Quod quidem quonam ab homine fuerit subtractum, dicere pro certo non possum. Multos enim memoratos audivi, et diversis e civitatibus viros, qui perhibentur sepeliisse Mardonium; ac novi multos qui hoc nomine ingentia dona acceperunt ab Artonte Mardonii filio. Quis vero ex his sit, qui Mardonii corpus subtraxerit et sepeliverit, pro certo comperire non potui. Fertur etiam fama quaedam, Dionysophanem Ephesium sepeliisse Mardonium. Sed haec de Mardonii sepultura. (85.) *Graeci* vero, divisâ praedâ, *suos sepeliverunt*, seorsim quique. Et Lacedaemonii quidem tria conditoria fecerunt. In uno adolescentes sepelierunt, [*irenas* illi vocant,] quorum e numero Posidonius fuit, et Amompharetus, et Philocyon, et Callicrates:

730, 32.

μὲν δὴ ἐνὶ τῶν τάφων ἔσαν οἱ ἱρέες· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ, οἱ ἄλλοι Σπαρτιῆται· ἐν δὲ τῷ τρίτῳ, οἱ εἵλωτες. οὕτοι μὲν οὕτω ἔθαπτον. Τεγεῆται δὲ χωρὶς πάντας ἀλέας· καὶ Ἀθηναῖοι τοὺς ἑωυτῶν ὁμοῦ, καὶ Μεγαρέες τε καὶ Φλιάσιοι τοὺς ὑπὸ τῆς ἵππου διαφθαρέντας. τουτέων μὲν δὴ πάντων πλήρεες ἐγένοντο οἱ τάφοι. Τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι καὶ φαίνονται ἐν Πλαταιῇσι ἐόντες τάφοι, τούτους δὲ, ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι, ἐπαισχυνομένους τῇ ἀπεστοῖ τῆς μάχης, ἐκάστους χώματα χῶσαι κεινά, τῶν ἐπιγινομένων εἵνεκεν ἀνθρώπων. ἐπεὶ καὶ Αἰγινητέων ἐστὶ αὐτόθι καλεόμενος τάφος, τὸν ἐγὼ ἀκούω καὶ δέκα ἔτεσι ὑστερον μετὰ ταῦτα, δεηθέντων τῶν Αἰγινητέων, χῶσαι Κλεάδην τὸν Αὐτοδίκου, ἄνδρα Πλαταιέα, πρόξεινον ἐόντα αὐτῶν.

in altero reliquos Spartanos; in tertio hilotas. Hac ratione Lacedaemonii usi sunt. Tegeatae vero seorsim ab illis suos omnes uno in sepulcro condiderunt: atque ita etiam Athenienses suos uno in loco: pariterque Megarenses et Phliasii suos, qui ab equitibus occisi erant. Horum itaque omnium *plena* erant *sepulcra*. Ad reliquorum vero populorum sepulcra quod adtinet, quotquot apud Plataeas ostenduntur, illorum quique, ut ego comperio, quum puderet eos non interfuisse pugnae, *inanes* excitarunt *tumulos*, posterorum hominum gratiâ. Nam ibidem est etiam Aeginetarum, quod vocant, sepulcrum; quod ego audio decimo post haec anno, rogantibus Aeginetis, a Cleade excitatum esse, Autodici filio, cive Plataeensi, qui publicus Aeginetarum hospes fuit.

86 Ὡς δ' ἄρα ἔθαψαν τοὺς νεκροὺς ἐν Πλαταιῇσι οἱ Ἕλληνες, αὐτίκα βουλευομένοισί σφι ἐδόκεε στρατεύεσθαι ἐπὶ τὰς Θήβας, καὶ ἐξαιτέειν αὐτέων τοὺς μηδίσαντας· ἐν πρώτοισι δὲ αὐτέων, Τιμαγενίδην καὶ Ἀτταγῖνον, οἳ ἀρχηγέται ἀνὰ πρώτους ἔσαν· ἢν δὲ μὴ ἐκδιδῶσι, μὴ ἀπανίστασθαι ἀπὸ τῆς πόλιος πρότερον ἢ ἐξέλωσι. ὡς δέ σφι ταῦτα ἔδοξε, οὕτω δὴ ἑνδεκάτῃ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς συμβολῆς ἀπικόμενοι ἐπολιόρκεον Θηβαίους, κελεύοντες ἐκδιδόναι τοὺς ἄνδρας. οὐ βουλομένων δὲ τῶν Θηβαίων ἐκδιδόναι, τήν τε γῆν αὐτέων
87 ἔταμνον, καὶ προσέβαλλον πρὸς τὸ τεῖχος. Καὶ, οὐ γὰρ ἐπαύοντο σινεόμενοι, εἰκοστῇ ἡμέρῃ ἔλεξε τοῖσι Θηβαίοισι Τιμαγενίδης τάδε· „Ἄνδρες Θηβαῖοι, ἐπειδὴ „οὕτω δέδοκται τοῖσι Ἕλλησι, μὴ πρότερον ἀπαναστῆ-

(86.) Sepultis ad Plataeam mortuis, deliberantibus *Graecis* placuit protinus *contra Thebas* ferre arma, postulareque a Thebanis ut sibi hos traderent qui Medorum partes essent secuti, inprimisque *Timagenidem* et *Attaginum*, qui prae caeteris principes huius factionis fuissent: quos nisi illi tradidissent, non abscedere decreverunt ab urbe, quin eam expugnassent. Utque hoc eis placuit, ita undecimo post pugnam die ad Thebas venerunt; urbemque obsidentes, postularunt ut praedicti viri sibi dederentur: et, negantibus Thebanis se id facturos, agrum illorum vastarunt, murumque oppugnarunt. (87.) Qui quum adsidue multa illis damna inferrent, vicesimo die *Timagenides* haec apud Thebanos verba fecit: *Quoniam Graecis decretum est, cives Thebani! non prius ab oppugnatione desistere abscedereque,*

731, 60.

„ναι πολιορκέοντας, ἢ ἐξέλωσι Θήβας, ἢ ἡμέας αὐ„τοῖσι παραδῶτε, νῦν ὧν ἡμέων εἵνεκα γῆ ἡ Βοιωτίη „πλέω μὴ ἀναπλήσῃ. ἀλλ', εἰ μὲν χρημάτων χρηί„ζοντες, πρόσχημα ἡμέας ἐξαιτέονται, χρήματά σφι „δῶμεν ἐκ τοῦ κοινοῦ· σὺν γὰρ τῷ κοινῷ καὶ ἐμηδίσα„μεν, οὐδὲ μοῦνοι ἡμέες. εἰ δὲ ἡμέων ἀληθέως δεόμενοι „πολιορκέουσι, ἡμεῖς ἡμέας αὐτοὺς ἐς ἀντιλογίην πα„ρέξομεν." Καίρια τε ἔδοξε εὖ λέγειν, καὶ ἐς καιρόν· αὐτίκα τε ἐπεκηρυκεύοντο πρὸς Παυσανίην οἱ Θηβαῖοι, θέλοντες ἐκδιδόναι τοὺς ἄνδρας. Ὡς δὲ ὡμολόγησαν 88
ἐπὶ τούτοισι, Ἀτταγῖνος μὲν ἐκδιδρήσκει ἐκ τοῦ ἄστεος· παῖδας δὲ αὐτοῦ ἀπαχθέντας Παυσανίης ἀπέλυσε τῆς αἰτίης, φὰς τοῦ μηδισμοῦ παῖδας οὐδὲν εἶναι μετατίους. τοὺς δὲ ἄλλους ἄνδρας τοὺς ἐξέδοσαν οἱ Θη-

quam aut expugnassent Thebas, aut nos illis a vobis dediti essemus; nunc nostrâ caussâ ne plura porro patiatur Boeotia terra! Sed, si illi, pecuniarum avidi, in speciem tantum nos deposcunt, demus eis pecunias ex publico: nam publice omnes Medorum partes secuti sumus, non nos soli. Sin vere nos deditos cupiunt, eâque caussâ urbem oppugnant, nos ipsi ad caussam apud eos dicendam nos sistemus. Et hic sane optime dicere visus est et opportune: protinusque caduceatorem *Thebani* miserunt ad Pausaniam, significantes se viros illos esse tradituros. (88.) De quo ut inter utrosque convenit, interim Attaginus quidem ex urbe clam profugit: cuius filios *Pausanias* ad se adductos absolvit crimine, *Medismi culpam*, dicens, *filios nullam habere.* Reliqui vero viri quos Thebani dedide-

βαῖοι, οἱ μὲν ἐδόκεον ἀντιλογίης τε κυρήσειν, καὶ δὴ χρήμασι ἐπεποίθεσαν διωθέεσθαι· ὁ δὲ, ὡς παρέλαβε, αὐτὰ ταῦτα ὑπονοέων, τὴν στρατιὴν τὴν τῶν συμμάχων ἅπασαν ἀπῆκε, καὶ ἐκείνους ἀγαγὼν ἐς Κόρινθον, διέφθειρε. Ταῦτα μὲν τὰ ἐν Πλαταιῇσι καὶ Θήβῃσι γενόμενα.

89 Ἀρτάβαζος δὲ ὁ Φαρνάκεος, Φεύγων ἐκ Πλαταιέων, καὶ δὴ καὶ πρόσω ἐγίνετο. Ἀπικόμενον δέ μιν οἱ Θεσσαλοὶ παρὰ σφέας, ἐπί τε ξείνια ἐκάλεον, καὶ ἀνειρώτευν περὶ τῆς στρατιῆς τῆς ἄλλης, οὐδὲν ἐπιστάμενοι τῶν ἐν Πλαταιῇσι γενομένων. ὁ δὲ Ἀρτάβαζος, γνοὺς ὅτι εἰ ἐθέλοι σφι πᾶσαν τὴν ἀληθηίην τῶν ἀγώνων εἶπαι, αὐτός τε κινδυνεύσει ἀπολέσθαι καὶ ὁ μετ' αὐτοῦ στρατός· ἐπιθήσεσθαι γάρ οἱ πάντα τινὰ οἴετο

runt, putabant illi quidem ad dicendam caussam se iri admissum, praetereaque confidebant pecuniis amoliri a se posse periculum: at id ipsum suspicatus Pausanias, postquam illos accepit, universum sociorum exercitum dimisit, et illos Corinthum abductos interfecit. Ac hae quidem res sunt, ad Plataeas et ad Thebas gestae.

(89.) *Artabazus* vero, Pharnacis filius, qui Plataeis profugerat, iam longe admodum erat progressus. Qui ubi in Thessaliam pervenit, Thessali eum ad hospitium vocarunt, sciscitatique sunt de reliquo exercitu: nec dum enim quidquam de rebus ad Plataeas gestis compererant. At Artabazus, bene gnarus, si de praeliis factis id quod res erat illis aperuisset, verendum sibi esse, ne ipse cum exercitu suo periret: unumquemque enim se adgressurum existima-

732, 89.

πυνθανόμενον τὰ γεγονότα· ταῦτα ἐκλογιζόμενος, οὔτε πρὸς τοὺς Φωκέας ἐξαγόρευε οὐδέν, πρός τε τοὺς Θεσσαλοὺς ἔλεγε τάδε· „Ἐγὼ μέν, ὦ ἄνδρες Θεσσαλοί, „ὡς ὁρᾶτε, ἐπείγομαί τε κατὰ τὴν ταχίστην ἐλῶν ἐς „Θρηΐκην, καὶ σπουδὴν ἔχω, πεμφθεὶς κατά τι πρῆ„γμα ἐκ τοῦ στρατοπέδου μετὰ τῶνδε. αὐτὸς δὲ ὑμῖν „Μαρδόνιος, καὶ ὁ στρατὸς αὐτοῦ, οὗτος κατὰ πόδας „ἐμεῦ ἐλαύνων προσδόκιμός ἐστι. τοῦτον καὶ ξεινίζετε, „καὶ εὖ ποιεῦντες φαίνεσθε· οὐ γὰρ ὑμῖν ἐς χρόνον „ταῦτα ποιεῦσι μεταμελήσει.“ Ταῦτα δὲ εἴπας, ἀπέλαυνε σπουδῇ τὴν στρατιὴν διὰ Θεσσαλίης τε καὶ Μακεδονίης ἰθὺ τῆς Θρηΐκης, ὡς ἀληθέως ἐπειγόμενος, καὶ τὴν μεσόγαιαν τάμνων τῆς ὁδοῦ. καὶ ἀπικνέεται ἐς Βυζάντιον, καταλιπὼν τοῦ στρατοῦ τοῦ ἑωυτοῦ συχνοὺς ὑπὸ Θρηΐκων τε κατακοπέντας κατ' ὁδὸν, καὶ λιμῷ

vit, qui quae gesta erant cognovisset: haec igitur secum reputans, nec apud Phocenses vulgaverat quidquam, et apud Thessalos haec dixit: *Ego quidem, ut videtis, Thessali! in Thraciam maturo pervenire; et celeritate utor, quippe praemissus e castris cum hisce ad rem quamdam peragendam. Ipse vero Mardonius, e vestigio me cum suo exercitu sequens, mox vobis aderit. Hunc hospitio excipite, omniaque ei officia praestate: nec enim, id fecisse, in posterum vos poenitebit.* His dictis, raptim per Thessaliam et Macedoniam rectà Thraciam versus duxit exercitum, vere festinans, et per mediam terram viam carpens. Denique Byzantium pervenit, reliotis quidem de suo exercitu multis, qui partim a Thracibus in itinere caesi sunt, partim fame et labo-

συστάντας καὶ καμάτῳ· ἐκ Βυζαντίου δὲ διέβη πλοίοισι. Οὗτος μὲν οὕτω ἀπενόστησε ἐς τὴν Ἀσίην.

90 Τῆς δὲ αὐτῆς ἡμέρης τῆς περ ἐν Πλαταιῇσι τὸ τρῶμα ἐγένετο, συνεκύρησε γενέσθαι καὶ ἐν Μυκάλῃ τῆς Ἰωνίης. Ἐπεὶ γὰρ δὴ ἐν τῇ Δήλῳ κατέατο οἱ Ἕλληνες, οἱ ἐν τῇσι νηυσὶ ἅμα Λευτυχίδῃ τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀπικόμενοι, ἦλθόν σφι ἄγγελοι ἀπὸ Σάμου, Λάμπων τε Θρασυκλῆος, καὶ Ἀθηναγόρης Ἀρχεστρατίδεω, καὶ Ἡγησίστρατος Ἀριστα γόρεω, πεμφθέντες ὑπὸ Σαμίων λάθρη τῶν τε Περσέων καὶ τοῦ τυράννου Θεομήστορος τοῦ Ἀνδροδάμαντος, τὸν κατέστησαν Σάμου τύραννον οἱ Πέρσαι. ἐπελθόντων δὲ σφέων ἐπὶ τοὺς στρατηγοὺς, ἔλεγε Ἡγησίστρατος πολλὰ καὶ παντοῖα· ὡς „ἢν μοῦνον ἴδωνται αὐτοὺς οἱ Ἴωνες; ἀποστήσονται ἀπὸ Περσέων, καὶ ὡς οἱ βάρβαροι οὐκ ὑπομε-

ribus conflictati perierunt. Tum ex Byzantio navigiis traiecit: atque ita hic in Asiam est reversus.

(90.) Quo die istam ad Plataeas cladem *Persae* acceperunt, eodem die accidit ut alia calamitate *ad Mycalen* Ioniae adfligerentur. Scilicet quum Deli sederent Graeci, qui duce *Leotychide* Lacedaemonio cum classe adveherant, venerunt ad eos ex Samo legati, Lampon Thrasyclis filius, et Athenagoras Archestratidae, et Hegesistratus Aristagorae, a Samiis missi insciis Persis et inscio tyranno Theomestore, Androdamantis filio, quem Persae tyrannum Sami constituerant. Qui ubi Graecorum duces convenere, multa atque varia verba *Hegesistratus* fecit; dicens, *si modo vidissent illos Iones, descituros esse a Persis; et ad illorum adventum disces-*

733, 20.

νέουσι· ἢν δὲ καὶ ἄρα ὑπομείνωσι, οὐκ ἐτέρην ἄγρην τοιαύτην εὑρεῖν ἂν αὐτούς." Θεούς τε κοινοὺς ἀναπαλέων, προέτρεπε αὐτοὺς ῥύσασθαι ἄνδρας Ἕλληνας ἐκ δουλοσύνης, καὶ ἀπαμῦναι τὸν βάρβαρον· „εὐπετές τε αὐτοῖσι, ἔφη, ταῦτα γίνεσθαι· τάς τε γὰρ νῆας αὐτέων κακῶς πλέειν, καὶ οὐκ ἀξιομάχους κείνοισι εἶναι· αὐτοί τε, εἴ τι ὑποπτεύουσι μὴ δόλῳ αὐτοὺς προάγοιεν, ἑτοῖμοι εἶναι ἐν τῇσι νηυσὶ τῇσι ἐκείνων ἀγόμενοι ὅμηροι εἶναι." Ὡς δὲ πολλὸς ἦν λισσόμενος ὁ ξεῖνος ὁ Σά- 91
μιος, εἴρετο Λευτυχίδης, εἴτε κληδόνος εἵνεκεν θέλων πυθέσθαι, εἴτε καὶ κατὰ συντυχίην, θεοῦ ποιεῦντος· „Ὦ ξεῖνε Σάμιε, τί τοι τὸ οὔνομα;" ὁ δὲ εἶπε, „Ἡγησίστρατος." ὁ δὲ, ὑπαρπάσας τὸν ἐπίλοιπον λόγον, εἴ τινα ὁρμητο λέγειν ὁ Ἡγησίστρατος, εἶπε·

suros Barbaros; sive hi manserint, nullam aliam talem praedam Graecos umquam reperturos. Denique communes deos invocans, hortatus illos est, ut *homines Graecos servitute vellent liberare, et pellere Barbarum. Idque facile illis esse factu,* ait: *etenim et naves eorum male navigare, nec resistere illis posse. Quod si quam suspicionem haberent per dolum se illos excitare, paratos se esse in illorum navibus obsidum loco abduci.* (91.) Quumque pluribus verbis orare non desisteret Samius hospes, tunc *Leotychides*, sive consulto capiendi ominis caussâ, sive forte fortuna, deo ita volente, interrogavit eum: *Samie hospes! quodnam tibi nomen est?* Et ille, *Hegesistratus*, ait. Moxque Leotychides, intercipiens reliquum sermonem, si quem adiecturus Hegesistratus esset, *Accipio*, in-

„Δέκομαι τὸν οἰωνόν, τὸν Ἡγησίστρατον, ὦ ξεῖνε Σά-
„μιε. σὺ δὲ ἡμῖν ποίεε ὅκως αὐτός τε δοὺς πίστιν ἀπο-
„πλεύσεαι, καὶ οἱ σὺν σοὶ ἐόντες οἵδε, ἢ μὲν Σαμίους
92 „ἡμῖν προθύμους ἔσεσθαι συμμάχους.“ Ταῦτά τε
ἅμα ἠγόρευε, καὶ τὸ ἔργον προσῆγε. αὐτίκα γὰρ οἱ
Σάμιοι πίστιν τε καὶ ὅρκια ἐποιεῦντο συμμαχίης πέρι
πρὸς τοὺς Ἕλληνας. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, οἱ μὲν ἀπέ-
πλεον· μετὰ σφέων γὰρ ἐκέλευε πλέειν τὸν Ἡγησί-
στρατον, οἰωνὸν τὸ οὔνομα ποιεύμενος. οἱ δὲ Ἕλληνες,
ἐπισχόντες ταύτην τὴν ἡμέρην, τῇ ὑστεραίῃ ἐκαλλιε-
ρέοντο, μαντευομένου σφι Δηϊφόνου τοῦ Εὐηνίου, ἀν-
δρὸς Ἀπολλωνιήτεω, Ἀπολλωνίης δὲ τῆς ἐν τῷ Ἰονίῳ
κόλπῳ.
93 Τοῦ τὸν πατέρα κατέλαβε Εὐήνιον πρῆγμα τοιόνδε.

XCII. 2. προσῆγε. *Fors.* προῆγε, processit, successit negotium.

quit, *omen, Samie hospes! accipio hunc copiarum ducem.* [hoc enim sonat graecum huius viri nomen.] *Tu modo fac, et hi qui tecum sunt, ut, priusquam hinc abeatis, fidem nobis detis, revera Samios promtos nobis socios adfuturos.* (92.) Haec locutus, e vestigio rem exsequi adgressus est. Protinus enim Samii de societate cum Graecis fidem et iusiurandum dederunt: eoque facto, duo ex legatis domum navigarunt; nam Hegesistratum secum navigare Leotychides iussit, nomen eius pro omine accipiens. Et illo quidem die se continuerunt Graeci, postridie vero laeta illis sacra fuere, interpretis sacrorum officio fungente Deiphono, Evenii filio, Apolloniata, ex illa Apollonia, quae ad Ionium mare sita est. (93.) Deiphoni huius pater *Euenius* fortuna usus

Ἔστι ἐν τῇ Ἀπολλωνίῃ ταύτῃ ἱρὰ ἠλίου πρόβατα, τὰ τὰς μὲν ἡμέρας βόσκεται παρὰ ποταμὸν, ὃς ἐκ Λάκμωνος οὔρεος ῥέει διὰ τῆς Ἀπολλωνίης χώρης ἐς Θάλασσαν, παρ' Ὥρικον λιμένα· τὰς δὲ νύκτας ἀραιρημένοι ἄνδρες οἱ πλούτῳ τε καὶ γένεϊ δοκιμώτατοι τῶν ἀστῶν, οὗτοι φυλάσσουσι ἐνιαυτὸν ἕκαστος. περὶ πολλοῦ γὰρ δὴ ποιεῦνται Ἀπολλωνιῆται τὰ πρόβατα ταῦτα, ἐκ θεοπροπίου τινός. ἐν δὲ ἄντρῳ αὐλίζονται, ἀπὸ τῆς πόλιος ἑκάς. ἔνθα δὴ τότε ὁ Εὐήνιος οὗτος ἀραιρημένος ἐφύλασσε. καί κοτε αὐτοῦ κατακοιμήσαντος τὴν φυλακὴν, παρελθόντες λύκοι ἐς τὸ ἄντρον, διέφθειραν τῶν προβάτων ὡς ἑξήκοντα. ὁ δὲ, ὡς ἐπήϊσε, εἶχε σιγῇ καὶ ἔφραζε οὐδενὶ, ἐν νόῳ ἔχων ἀντικαταστήσειν ἄλλα πριάμενος. καὶ, οὐ γὰρ ἔλαθε τοὺς Ἀπολλωνιήτας ταῦτα γενόμενα· ἀλλ', ὡς ἐπύθοντο, ὑπαγαγόντες μιν

erat huiusmodi. Sunt Apolloniae *oves Soli sacrae*, quae interdiu pascuntur iuxta fluvium, qui ex Lacmone monte per agrum Apolloniatem prope Oricum portum in mare influit: noctu vero selecti viri, divitiis et genere spectatissimi inter cives, easdem oves custodiunt, quisque per anni spatium. Nam oves has, ex oraculi responso quodam, maximi faciunt Apolloniatae; stabulantur autem illae in antro quodam procul ab urbe. Ibi eas tunc Euenius hic, ad id delectus, custodiebat: et nocte quadam, quum, qui vigilare debebat, obdormivisset, ingressi in antrum lupi oves fere sexaginta corripuerunt. Quod ubi ille animadvertit, tacuit, nec cuiquam edixit, alias cogitans emere et in illarum locum substituere. At non latuit Apolloniatas factum: qui, ut id cognove-

ὑπὸ δικαστήριον, κατέκριναν, ὡς τὴν Φυλακὴν κατακοιμήσαντα, τῆς ὄψιος στερηθῆναι. Ἐπεί τε δὲ τὸν Εὐήνιον ἐξετύφλωσαν, αὐτίκα μετὰ ταῦτα οὔτε πρόβατά σφι ἔτικτε, οὔτε γῆ ἔφερε ὁμοίως καρπόν. πρό- 20
φαντα δέ σφι ἔν τε Δωδώνῃ καὶ ἐν Δελφοῖσι ἐγίνετο, ἐπεί τε ἐπειρώτευν τοὺς προφήτας τὸ αἴτιον τοῦ παρεόντος κακοῦ· οἱ δὲ αὐτοῖσι ἔφραζον „ὅτι ἀδίκως τὸν Φύλακον τῶν ἱρῶν προβάτων Εὐήνιον τῆς ὄψιος ἐστέρησαν. αὐτοὶ γὰρ ἐπορμῆσαι τοὺς λύκους· οὐ πρότερόν τε 25
παύσεσθαι τιμωρέοντες ἐκείνῳ, πρὶν ἢ δίκας δῶσι τῶν ἐποίησαν, ταύτας τὰς ἂν αὐτὸς ἕληται καὶ δικαιοῖ· τουτέων δὲ τελεομένων, αὐτοὶ δώσειν Εὐηνίῳ δόσιν τοιαύτην τὴν πολλούς μιν μακαριεῖν ἀνθρώπων ἔχοντα.“

XCIII. 22. ἐπεί τε. Sic ed. Borh. ex Reiskii coniect. Vulgo πρόφαντα --- ἐγίνετο. ἔπειτα δὲ etc. Haec eis --- praedicta erant. Deinde vero etc.

runt, in iudicium adductum Euenium condemnarunt, ut, quoniam ovium custodiam adeo negligenter obiisset, oculorum usu privaretur. Sed, postquam eum excaecarunt, continuo deinde nec oves illis pepererunt, nec terra fructum, ut ante, edere coepit. Quumque et Dodonaeum et Delphicum consuluissent oraculum, caussamque quaesissent praesentium malorum, responderunt prophetae, *eo illis haec accidere, quod sacrarum ovium custodem Euenium luminibus orbassent. Ipsos enim* (deos) *immisisse lupos; neque prius desituros esse illum ulcisci, quam ei poenam facinoris dedissent Apolloniatae, quamcumque ipse postulasset; quae quando soluta fuerit poena, daturos Euenio esse deos tale donum, cuius caussa multi homines beatum illum*

734, 77.

Τὰ μὲν χρηστήρια ταῦτά σφι ἐχρήσθη. οἱ δὲ Ἀπολ- 94
λωνιῆται, ἀπόῤῥητα ποιησάμενοι, προέθεσαν τῶν ἀστέων ἀνδράσι διαπρῆξαι. οἱ δέ σφι διέπρηξαν ὧδε. κατημένου Εὐηνίου ἐν θώκῳ, ἐλθόντες οἱ παρίζοντο, καὶ λόγους ἄλλους ἐποιεῦντο, ἐς ὃ κατέβαινον συλλυπεύμενοι τῷ πάθεϊ. ταύτῃ δὲ ὑπάγοντες, εἰρώτεον „τίνα δίκην ἂν ἔλοιτο, εἰ ἐθέλοιεν Ἀπολλωνιῆται δίκας ὑποστῆναι δώσειν τῶν ἐποίησαν.“ Ὁ δὲ, οὐκ ἀκηκοὼς τὸ θεοπρόπιον, εἴλετο εἰπας· „εἴ τίς οἱ δοίη ἀγροὺς τῶν ἀστῶν, ὀνομάσας τοῖσι ἠπίστατο εἶναι καλλίστους δύο κλήρους τῶν ἐν τῇ Ἀπολλωνίῃ· καὶ οἰκησιν πρὸς τούτοισι, τὴν ἥδεε καλλίστην ἐοῦσαν τῶν ἐν τῇ πόλι· τουτέων δὲ, ἔφη, ἐπήβολος γενόμενος, τοῦ λοιποῦ ἀμήνιτος εἶναι, καὶ

sint praedicaturi. (94.) Haec Apolloniatis data sunt responsa; quae illi clam habentes, civium suorum nonnullis negotium cum Euenio conficiendum mandarunt. Et hi ad id conficiendum hac usi sunt ratione. Conveniunt Euenium in sella sedentem, eique adsidentes primum aliis de rebus verba faciunt, deinde ad commiserandam hominis calamitatem progressi, atque ita eum fallentes, interrogant *quasnam poenas esset postulaturus, si voluissent Apolloniatae poenas sustinere eorum quae in illum admisissent?* Et ille, qui de oraculi responso nihil audiverat, optans ait: *si quis ipsi daret agros istos,* (nominabat nempe cives quosdam, quas noverat duo pulcerrima Apolloniae praedia possidere:) *et aedes insuper in urbe,* quas noverat ille pulcerrimas esse; *haec,* inquit, *si nactus fuisset, in posterum se non iraturum esse civibus, sed hac mulcta fore con-*

δίκην οἱ ταύτην ἀποχρᾶν γενομένην." Καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγε, οἱ δὲ πάρεδροι εἶπαν ὑπολαβόντες· „Εὐήνιε, „ταύτην δίκην Ἀπολλωνιῆται τῆς ἐκτυφλώσιος ἐκτί„νουσί τοι κατὰ θεοπρόπια τὰ γενόμενα." Ὁ μὲν δὴ πρὸς ταῦτα δεινὰ ἐποιέετο, ἐνθεῦτεν πυθόμενος τὸν πάντα λόγον, ὡς ἐξαπατηθείς· οἱ δὲ, πριάμενοι παρὰ τῶν ἐκτημένων, διδοῦσί οἱ τὰ εἴλετο. καὶ μετὰ ταῦτα αὐτίκα ἔμφυτον μαντικὴν εἶχε, ὥστε καὶ οὐνομαστὸς γενέσθαι.

95 Τούτου δὴ ὁ Δηΐφονος ἐὼν παῖς τοῦ Εὐηνίου, ἀγόντων Κορινθίων, ἐμαντεύετο τῇ στρατιῇ. Ἤδη δὲ καὶ τόδε ἤκουσα, ὡς ὁ Δηΐφονος ἐπιβατεύων τοῦ Εὐηνίου οὐνόματος, ἐξελαύνων ἐπιὼν τὴν Ἑλλάδα ἔργα, οὐκ ἐὼν

XCV. 4. ἐπιὼν τὴν Ἑλλάδα *ex Reiskii coniect. Et sic ed. Borh. cum Larch.* Vulgo ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, *i. e.* contra Graeciam.

tentum. Quae ubi illi dixit, adsidentes ei cives responderunt: *Euenie, hanc mulctam, ex oraculi responso, solvunt tibi Apolloniatae pro eo quod te luminibus privarunt.* Et ille quidem, postquam rem totam cognovit, aegerrime tulit se ita esse circumventum: Apolloniatae vero ea, quae ille optaverat, emta a dominis, ei dederunt. Protinus autem ab hoc tempore insitam divinandi vim et sacra interpretandi idem *Euenius* habuit, ita ut hoc nomine celebris evaserit.

(95.) Huius igitur Euenii filius *Deiphonus*, adductus a Corinthiis, sacrorum interpres fuit apud hunc exercitum. Audivi vero etiam, eumdem Deiphonum, usurpato Euenii nomine, obiisse Graeciam, et passim operam suam locasse, quum non fuisset

Εὐηνίου παῖς. Τοῖσι δὲ Ἕλλησι ὡς ἐκαλλιέρησε, ἀνῆ- 96
γον τὰς νῆας ἐκ τῆς Δήλου πρὸς τὴν Σάμον. ἐπεὶ δὲ ἐγένοντο τῆς Σαμίης πρὸς Καλάμοισι, οἱ μὲν αὐτοῦ ὁρμισάμενοι κατὰ τὸ Ἡραῖον τὸ ταύτῃ, παρεσκευάζοντο ἐς ναυμαχίην. οἱ δὲ Πέρσαι, πυθόμενοί σφεας προσπλέειν, ἀνῆγον καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν ἤπειρον τὰς νῆας τὰς ἄλλας, τὰς δὲ Φοινίκων ἀπῆκαν ἀποπλέειν. βουλευομένοισι γάρ σφι ἐδόκεε ναυμαχίην μὴ ποιέεσθαι· οὐ γὰρ ὦν ἐδόκεον ὁμοῖοι εἶναι. ἐς δὲ τὴν ἤπειρον ἀπέπλεον, ὅκως ἔωσι ὑπὸ τὸν πεζὸν στρατὸν τὸν σφέτερον, ἐόντα ἐν τῇ Μυκάλῃ· ὃς, κελεύσαντος Ξέρξεω, καταλελειμμένος τοῦ ἄλλου στρατοῦ, Ἰωνίην ἐφύλασσε. τοῦ πλῆθος μὲν ἓξ μυριάδες· ἐστρατήγεε δὲ αὐτοῦ

XCVI. 3. Καλάμοισι *ed. Schaef. et Borh. cum Larch. ex Athenaeo. Alii vulgo omnes* Καλαμίσοισι.

Euenii filius. (96.) *Graeci*, ut perlitarunt, naves ex Delo *ad Samum* moverunt; et postquam ad Calamos venerunt, terrae Samiae locum ita nominatum, ibi prope Iunonis templum, quod eo loci est, adpulerunt et ad navalem pugnam se compararunt. At *Persae*, ubi illos adnavigare resciverunt, ipsi quoque naves moverunt; et caeteras quidem admoverunt continenti, Phoenicum vero naves ut abirent permiserunt. Deliberantibus quippe visum erat, pugna navali non esse decernendum, nec enim se Graecis pares esse existimabant. Ad continentem autem navigarunt, quo essent sub pedestris exercitus sui tutamine, qui in *Mycale* erat, nempe iussu Xerxis de reliquo exercitu ibi custodiendae Ioniae caussa relictus. Sexaginta hominum millia erant,

Τιγράνης, κάλλεί τε καὶ μεγάθεϊ ὑπερφέρων Περσέων. Ὑπὸ τοῦτον μὲν δὴ τὸν στρατὸν ἐβουλεύσαντο καταφυγόντες οἱ τοῦ ναυτικοῦ στρατηγοὶ ἀνειρύσαι τὰς νῆας, καὶ περιβαλέσθαι ἕρκος, ἔρυμα τῶν νεῶν, καὶ σφέων
97 αὐτέων κρησφύγετον. Ταῦτα βουλευσάμενοι, ἀνήγοντο. ἀπικόμενοι δὲ παρὰ τὸ τῶν Ποτνιέων ἱρὸν τῆς Μυκάλης ἐς Γαίσωνά τε καὶ Σκολοπόεντα, τῇ Δήμητρος Ἐλευσινίης ἐστὶν ἱρὸν, τὸ Φίλιστος ὁ Πασικλῆος ἱδρύσατο, Νείλεῳ τῷ Κόδρου ἐπισπόμενος ἐπὶ Μιλήτου κτιστύν· ἐνθαῦτα τάς τε νῆας ἀνείρυσαν, καὶ περιεβάλοντο ἕρκος καὶ λίθων καὶ ξύλων, δένδρεα ἐκκόψαντες ἥμερα, καὶ σκόλοπας περὶ τὸ ἕρκος κατέπηξαν. καὶ παρεσκευάδατο ὡς πολιορκησόμενοι, καὶ ὡς νικήσοντες· ἐπ' ἀμφότερα ἐπιλεγόμενοι γὰρ παρεσκευάδατο.

quibus Tigranes praeerat, vir et formâ et staturâ eminens. Huius igitur sub exercitus tutamen se recipere decreverunt duces classis, navesque in terram subducere, et vallo circumdare, quod simul munimentum navibus et sibi refugium esset. (97.) Hoc inito consilio profecti sunt *Persae;* quumque praeternavigato Eumenidum templo, quod in Mycale est, in Gaesonem et Scolopoëntem venissent, ubi est Cereris Eleusiniae templum, quod Philistus statuit, Pasiclis filius, Neleum Codri filium ad Miletum condendam secutus: ibi subduxerunt naves: et, caesis arboribus frugiferis, muro eas circumdederunt partim ligneo, partim lapideo, palosque praeacutos circa murum defixerunt. Denique, in utramque partem re deliberata, et ad tolerandam obsidionem et ad superandum hostem sese comparabant.

736, 29.

Οἱ δὲ Ἕλληνες, ὡς ἐπύθοντο οἰχωκότας τοὺς βαρ- 98
βάρους ἐς τὴν ἤπειρον, ἤχθοντο ὡς ἐκπεφευγότων· ἐν
ἀπορίῃ τε εἶχοντο ὅ τι ποιέωσι, εἴτε ἀπαλλάσσωνται
ὀπίσω, εἴτε καταπλέωσι ἐπ' Ἑλλησπόντου. τέλος δ'
ἔδοξε τουτέων μὲν μηδέτερα ποιέειν, ἐπιπλέειν δὲ ἐπὶ
τὴν ἤπειρον. παρασκευασάμενοι ὦν ἐς ναυμαχίην καὶ
ἀποβάθρας καὶ τὰ ἄλλα ὅσων ἔδεε, ἔπλεον ἐπὶ τῆς
Μυκάλης. Ἐπεὶ δὲ ἀγχοῦ τε ἐγίνοντο τοῦ στρατοπέ-
δου, καὶ οὐδεὶς ἐφαίνετό σφι ἐπαναγόμενος, ἀλλὰ
ὥρων νῆας ἀνελκυσμένας ἔσω τοῦ τείχεος, πολλὸν δὲ
πεζὸν παρακεκριμένον παρὰ τὸν αἰγιαλόν· ἐνθαῦτα
πρῶτον μὲν ἐν τῇ νηῒ παραπλέων, ἐγχρίμψας τῷ αἰ-
γιαλῷ τὰ μάλιστα Λευτυχίδης, ὑπὸ κήρυκος προηγό-
ρευε τοῖσι Ἴωσι λέγων· „Ἄνδρες Ἴωνες, ὅσοι ὑμέων
„τυγχάνουσι ἐπακούοντες, μάθετε τὰ λέγω· πάντως

(98.) *Graeci*, ut ad continentem abiisse Barbaros cognoverunt, aegre ferebant quod sibi e manibus essent elapsi: nec vero satis certi erant quid facerent ipsi, utrum domum redirent, an in Hellespontum navigarent. Ad extremum decreverunt neutrum horum facere, sed ad continentem dirigere naves. Itaque praeparatis scalis et aliis rebus quarum in navali pugna usus est, versus *Mycalen* navigarunt. Ubi vero prope castra fuerunt hostium, neque quisquam adparuit qui adversus illos egrederetur, naves autem viderunt intra murum subductas, et frequentem peditatum secundum littus in acie stantem; ibi tunc *Leotychides*, primum, praeter littus quam proxime potuit navigans, praeconis voce haec verba Ionibus adclamavit: *Viri Iones, quotquot estis qui*

„γὰρ οὐδὲν συνήσουσι Πέρσαι τῶν ἐγὼ ὑμῖν ἐντέλλο-
„μαι. ἐπεὰν συμμίσγωμεν, μεμνῆσθαί τινα χρὴ ἐλευ-
„θερίης μὲν πάντων πρῶτον, μετὰ δὲ, τοῦ συνθήμα-
„τος Ἥβης. καὶ τάδε ἴστω καὶ ὁ μὴ ἐσακούσας ὑμέων
„πρὸς τοῦ ἐπακούσαντος.“ ὡυτὸς δὴ οὗτος ἐὼν τυγχά- 20
νει νόος τοῦ πρήγματος καὶ ὁ Θεμιστοκλῆος ὁ ἐπ' Ἀρ-
τεμισίῳ. ἢ γὰρ δὴ λαβόντα τὰ ῥήματα τοὺς βαρβά-
ρους ἔμελλε τοὺς Ἴωνας πείσειν, ἢ ἔπειτα ἀνενειχθέντα
ἐς τοὺς βαρβάρους, ποιήσειν ἀπίστους τοῖσι Ἕλλησι.
99 Λευτυχίδεω δὲ ταῦτα ὑποθεμένου, δεύτερα δὴ τάδε
ἐποίευν οἱ Ἕλληνες. προσσχόντες τὰς νῆας, ἀπέβησαν
ἐς τὸν αἰγιαλόν· καὶ οὗτοι μὲν ἐτάσσοντο. Οἱ δὲ Πέρ-
σαι, ὡς εἶδον τοὺς Ἕλληνας παρασκευαζομένους ἐς μά-
χην, καὶ τοῖσι Ἴωσι παραινέσαντας, τοῦτο μὲν, ὑπο- 5

me auditis, accipite quae dico! omnino enim non intelligent Persae quae vobis mando. Quando ad manus venerimus cum hoste, tum quisque vestrûm ante omnia libertatis memento, deinde vero tesserae Hebae. Sed et, qui vocem meam non exaudierit, cognoscat haec ex his qui audiverint. Cuius sermonis idem consilium fuit quod Themistoclis ad Artemisium. Scilicet, si Persas laterent dicta, persuasurum se speravit Ionibus ut deficiant; sive illa ad Barbaros fuissent delata, facturum ut hi Graecis (Ionibus) diffiderent. (99.) Deinde, postquam ita Ionas hortatus Leotychides est, haec fecerunt *Graeci*. Adpulsis ad littus navibus *exscenderunt*, aciemque instruxerunt. *Persae* vero, quum Graecos cernerent ad pugnandum paratos, scirentque hortatos eos esse Ionas; nec Samiis nec Milesiis

νοήσαντες τοὺς Σαμίους τὰ Ἑλλήνων φρονέειν, ἀπαιρέονται τὰ ὅπλα. οἱ γὰρ ὦν Σάμιοι, ἀπικομένων Ἀθηναίων αἰχμαλώτων ἐν τῇσι νηυσὶ τῶν βαρβάρων, τοὺς ἔλαβον ἀνὰ τὴν Ἀττικὴν λελειμμένους οἱ Ξέρξεω, τούτους λυσάμενοι πάντας, ἀποπέμπουσι ἐποδιάσαντες ἐς τὰς Ἀθήνας· τῶν εἵνεκεν οὐκ ἥκιστα ὑποψίην ἔχον, πεντακοσίας κεφαλὰς τῶν Ξέρξεω πολεμίων λυσάμενοι. τοῦτο δὲ, τὰς διόδους τὰς ἐς τὰς κορυφὰς τῆς Μυκάλης φερούσας προστάσσουσι τοῖσι Μιλησίοισι φυλάσσειν, ὡς ἐπισταμένοισι δῆθεν μάλιστα τὴν χώρην. ἐποίευν δὲ τούτου εἵνεκεν, ἵνα ἐκτὸς τοῦ στρατοπέδου ἔωσι. τούτους μὲν Ἰώνων, τοῖσι καὶ κατεδόκεον νεοχμὸν ἄν τι ποιέειν, δυνάμιος ἐπιλαβομένοισι, τρόποισι τοιούτοισι προεφυλάσσοντο οἱ Πέρσαι. αὐτοὶ δὲ συνεφόρησαν τὰ γέρρα ἕρκος εἶναί σφι.

satis fidebant. Et *Samiis* quidem, quod eos suspicarentur cum Graecis sentire, arma adimunt. Samii enim, quum in classe Barbarorum advenissent Athenienses captivi, quos in Attica relictos ceperat Xerxis exercitus, hos omnes pretio redemerant, et dato viatico Athenas remiserant: quo magis hos suspicio premebat, ut qui quingenta capita hostium Xerxis liberassent captivitate. *Milesios* vero iusserunt exitus viarum custodire ad Mycalae cacumina ferentium, ut qui regionem optime nossent: id autem hoc consilio fecerunt, ut illi extra castra essent. Ab his igitur Ionibus, quos suspicabantur, si potestatem nanciscerentur, res novas molituros, hoc modo sibi Persae praecaverunt: ipsi vero crates comportarunt, quae sibi pro vallo essent.

100 Ὡς δὲ ἄρα παρεσκευάδατο τοῖσι Ἕλλησι, προσήϊσαν πρὸς τοὺς βαρβάρους. ἰοῦσι δέ σφι φήμη τε ἐσέπτατο ἐς τὸ στρατόπεδον πᾶν, καὶ κηρυκήϊον ἐφάνη ἐπὶ τῆς κυματωγῆς κείμενον. ἡ δὲ φήμη διῆλθέ σφι ὧδε, ὡς οἱ Ἕλληνες τὴν Μαρδονίου στρατιὴν νικῶεν ἐν Βοιωτοῖσι μαχόμενοι. Δῆλα δὴ πολλοῖσι τεκμηρίοισί ἐστι τὰ θεῖα τῶν πρηγμάτων· εἰ καὶ τότε τῆς αὐτῆς ἡμέρης συμπιπτούσης τοῦ τε ἐν Πλαταιῇσι καὶ τοῦ ἐν Μυκάλῃ μέλλοντος ἔσεσθαι τρώματος, φήμη τοῖσι Ἕλλησι τοῖσι ταύτῃ ἐσαπίκετο, ὥστε θαρσῆσαί τε τὴν στρατιὴν πολλῷ μᾶλλον, καὶ ἐθέλειν προθυμότερον κιν-
101 δυνεύειν. Καὶ τόδε ἕτερον συνέπεσε γενόμενον, Δήμητρος τεμένεα Ἐλευσινίης παρὰ ἀμφοτέρας τὰς συμβολὰς εἶναι. καὶ γὰρ δὴ ἐν τῇ Πλαταιίδι παρ' αὐτὸ τὸ

(100.) Iam Graeci, instructâ acie, ibant in hostem, quum subito fama quaedam pervolavit universum exercitum, et caduceus conspectus est in litore depositus. Currebat autem fama huiusmodi, *Graecos in Boeotia exercitum Mardonii praelio superasse.* Nempe multis utique documentis declarantur res quae divinitus contingunt; quandoquidem tunc, quum *idem* fuit *dies* quo et *ad Plataeas* cladem Persae acceperunt et *ad Mycalen* accepturi erant, ad Graecos hîc stantes fama pervenit; quo factum est, ut multo maiorem fiduciam caperet exercitus, et ad subeundum periculum esset alacrior. (101.) Atque etiam hoc alterum contigit ut concurreret, quod utraque pugna prope Cereris Eleusiniae templum pugnata sit. Nam prope Cereris templum et in Plataeensi agro, ut supra docui, pugnatum

Δημήτριον ἐγένετο (ὡς καὶ πρότερόν μοι εἴρηται) ἡ μάχη, καὶ ἐν Μυκάλῃ ἔμελλε ὡσαύτως ἔσεσθαι. γεγονέναι δὲ νίκην τῶν μετὰ Παυσανίεω Ἑλλήνων, ὀρθῶς σφι ἡ Φήμη συνέβαινε ἐλθοῦσα· τὸ μὲν γὰρ ἐν Πλαταιῇσι πρωὶ ἔτι τῆς ἡμέρης ἐγίνετο· τὸ δὲ ἐν Μυκάλῃ, περὶ δείλην. ὅτι δὲ τῆς αὐτῆς ἡμέρης συνέβαινε γίνεσθαι, μηνός τε τοῦ αὐτοῦ, χρόνῳ οὐ πολλῷ σφι ὕστερον δῆλα ἀναμανθάνουσι ἐγίνετο. Ἦν δὲ ἀῤῥωδίη σφι πρὶν τὴν Φήμην ἐσαπικέσθαι, οὔ τι περὶ σφέων αὐτέων οὕτω, ὡς τῶν Ἑλλήνων, μὴ περὶ Μαρδονίῳ πταίσῃ ἡ Ἑλλάς. ὡς μέντοι ἡ κληδὼν αὕτη σφι ἐσέπτατο, μᾶλλόν τι καὶ ταχύτερον τὴν πρόσοδον ἐποιεῦντο. Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες καὶ οἱ βάρβαροι ἔσπευδον ἐς τὴν μάχην, ὡς σφι καὶ αἱ νῆσοι καὶ ὁ Ἑλλήσποντος ἆεθλα προέκειτο.

est, et nunc *ad Mycalen* pariter pugnaturi erant. *Victoriam* autem *iam tum reportasse* Graecos cum Pausania, recte his fama nunciavit: nam Plataeensis pugna matutino adhuc tempore huius diei pugnata erat, haec autem ad Mycalen sub vesperam. Pugnatam autem esse utramque pugnam eodem eiusdem mensis die, haud multo post liquido cognoverunt. Anxii autem fuerant, priusquam haec fama advenit, non tam sui caussâ, quam omnium Graecorum, metuentes ne Mardonio succumberet Graecia: sed postquam illa exercitum pervolavit fama, eo confidentiores et celeriore gradu in hostem iverunt. Igitur et Graeci et Barbari pugnandi studio flagrabant, quippe quibus et insulae et Hellespontus praemium victoriae propositum erat.

102 Τοῖσι μέν νυν Ἀθηναίοισι καὶ τοῖσι προσεχέσι τούτοισι τεταγμένοισι, μέχρι κου τῶν ἡμισέων, ἡ ὁδὸς ἐγίνετο κατ' αἰγιαλόν τε καὶ ἄπεδον χῶρον· τοῖσι δὲ Λακεδαιμονίοισι, καὶ τοῖσι ἐπεξῆς τούτοισι τεταγμένοισι, κατά τε χαράδρην καὶ οὔρεα. ἐν ᾧ δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι περιήισαν, οὗτοι οἱ ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ κέρεϊ ἔτι καὶ δὴ ἐμάχοντο. Ἕως μέν νυν τοῖσι Πέρσῃσι ὄρθια ἦν τὰ γέρρα, ἠμύνοντό τε καὶ οὐδὲν ἔλασσον εἶχον τῇ μάχῃ. ἐπεὶ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τῶν προσεχέων ὁ στρατὸς, ὅκως ἑωυτῶν γένηται τὸ ἔργον, καὶ μὴ Λακεδαιμονίων, παρακελευσάμενοι, ἔργου εἴχοντο προθυμότερον, ἐνθεῦτεν ἤδη ἑτεροιοῦτο τὸ πρῆγμα. διωσάμενοι γὰρ τὰ γέρρα οὗτοι, φερόμενοι ἐσέπεσον ἀλέες ἐς τοὺς Πέρσας· οἱ δὲ δεξάμενοι, καὶ χρόνον συχνὸν ἀμυνόμενοι, τέλος

CII. 6. ἔτι καὶ δὴ. ἤδη *exspectasses, nisi* αὐτίκα δὴ *forsan legendum, aut* ἤδη καὶ δή.

(102.) *Athenienses*, et qui proxime illos locati erant, dimidium fere totius exercitus, viam habebant secundum littus et per plana loca; *Lacedaemonii* vero, et qui post hos locati, per voraginem et montana. Dumque hi circumibant, illi in altero cornu pugnam iam commiserant. Quamdiu igitur *Persis* rectae stabant crates, repugnabant illi hostibus, neque eis erant inferiores. Sed quum Athenienses hisque proximi, quo ipsorum esset factum, non Lacedaemoniorum, invicem cohortati, acrius incumberent operi, tum quidem mutata est rei facies. Perruptis enim cratibus ingenti impetu conferti in Persas irruebant: et illi exceperunt quidem impetum, et per sat longum tempus repugnarunt; ad ex-

738, 17.

ἔφευγον ἐς τὸ τεῖχος. Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Κορίνθιοι καὶ Σικυώνιοι καὶ Τροιζήνιοι, οὕτω γὰρ ἔσαν ἐπεξῆς τεταγμένοι, συνεπισπόμενοι, συνεσέπιπτον ἐς τὸ τεῖχος. ὡς δὲ καὶ τὸ τεῖχος ἁραίρητο, οὔτ' ἔτι πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο οἱ βάρβαροι, πρὸς Φυγήν τε ὁρμέατο οἱ ἄλλοι, πλὴν Περσέων. οὗτοι δὲ, κατ' ὀλίγους γινόμενοι, ἐμάχοντο τοῖσι αἰεὶ ἐς τὸ τεῖχος ἐσπίπτουσι Ἑλλήνων. καὶ τῶν στρατηγῶν τῶν Περσικῶν δύο μὲν ἀποφεύγουσι, δύο δὲ τελευτῶσι. Ἀρταΰντης μὲν, καὶ Ἰθαμίτρης, τοῦ ναυτικοῦ στρατηγέοντες, ἀποφεύγουσι· Μαρδόντης δὲ καὶ ὁ τοῦ πεζοῦ στρατηγὸς Τιγράνης, μαχόμενοι τελευτῶσι. Ἔτι 103
δὲ μαχομένων τῶν Περσέων, ἀπίκοντο Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ μετ' αὐτέων, καὶ τὰ λοιπὰ συνδιεχείριζον. Ἔπεσον δὲ καὶ αὐτέων τῶν Ἑλλήνων συχνοὶ ἐνθαῦτα· ἄλ-

tremum vero intra murum profugerunt. Quos insecuti Athenienses cum Corinthiis et Sicyoniis et Troezeniis, (hi enim ita deinceps in acie locati erant) simul cum illis intra murum irruerunt. Ut igitur etiam castellum hoc expugnatum est, omissâ pugnâ Barbari fugam corripuere, exceptis Persis; qui, etiam ad exiguum licet numerum redacti, constanter tamen Graecis, adsidue irruentibus, sese opposuerunt. Et duo quidem ex Persicis ducibus fugâ evasere, duo vero periere. Artayntes et Ithamitres, classiariorum praefecti, fugâ salutem petierunt: pugnantes vero ceciderunt Mardontes et imperator pedestris exercitus Tigranes. (103.) Dum adhuc pugnabant *Persae*, advenerunt *Lacedaemonii*, quique cum his erant, et reliqua simul peregerunt. Ceciderunt autem ibi ex ipsis etiam Graecis haud pauci; quum

λοι τε, καὶ Σικυώνιοι, καὶ στρατηγὸς Περίλεως. Τῶν δὲ Σαμίων οἱ στρατευόμενοι, ἐόντες τε ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῷ Μηδικῷ, καὶ ἀπαραιρημένοι τὰ ὅπλα, ὡς εἶδον αὐτίκα κατ' ἀρχὰς γινομένην ἑτεραλκέα τὴν μάχην, ἔρδον ὅσον ἐδυνέατο, προσωφελέειν ἐθέλοντες τοῖσι Ἕλλησι. Σαμίους δὲ ἰδόντες οἱ ἄλλοι Ἴωνες ἄρξαντας, οὕτω δὴ καὶ αὐτοὶ ἀποστάντες ἀπὸ Περσέων, ἐπέθεντο τοῖσι βαρβάροισι. Μιλησίοισι δὲ προσετέταχτο μὲν τῶν Περσέων τὰς διόδους τηρεῖν, σωτηρίης εἵνεκά σφι· ὡς, ἢν ἄρα σφέας καταλαμβάνῃ οἷά περ κατέλαβε, ἔχοντες ἡγεμόνας, σώζωνται ἐς τὰς κορυφὰς τῆς Μυκάλης. ἐτάχθησαν μέν νυν ἐπὶ τοῦτο τὸ πρῆγμα οἱ Μιλήσιοι, τούτου τε εἵνεκεν, καὶ ἵνα μὴ παρεόντες ἐν τῷ στρατοπέδῳ τι νεοχμὸν ποιέοιεν. οἱ δὲ πᾶν τὸ ἐναντίον τοῦ προστεταγμένου ἐποίεον· ἄλλας τε κατηγεόμε-

104

alii, tum ex Sicyoniis multi, eorumque dux Perilaus. *Samii* vero, qui in exercitu Medico militabant, quibus arma erant ademta, quum iam initio vidissent ancipitem esse pugnam, quidquid in eorum fuit potestate fecerunt, quo Graecos iuvarent. Et reliqui *Ionες*, videntes Samios initium facere defectionis, ipsi quoque a Persis deficientes, adorti sunt Barbaros. (104.) Iam *Milesiis* quidem mandatum erat, ut viarum exitus custodirent, salutis caussâ Persarum; quo, si eis accidisset id quod nunc accidit, ducibus his uterentur, quorum opc in cacumina *Mycalae* salvi evaderent. Hoc quidem consilio illos Persae ibi locaverant, simul vero, ne, si exercitui adessent, novi quidpiam molirentur. At illi plane contrarium eius, quod mandatum erat, fecerunt:

νοί σφι ὁδοὺς φεύγουσι, αἱ δὴ ἔφερον ἐς τοὺς πολεμίους, καὶ τέλος αὐτοί σφι ἐγίνοντο κτείνοντες πολεμιώτατοι. Οὕτω δὴ τὸ δεύτερον Ἰωνίη ἀπὸ Περσέων ἀπέστη.

Ἐν δὲ ταύτῃ τῇ μάχῃ Ἑλλήνων ἠρίστευσαν Ἀθηναῖοι 105 καὶ Ἀθηναίων, Ἑρμόλυκος ὁ Εὐθύνου, ἀνὴρ παγκράτιον ἐπασκήσας. τοῦτον δὲ τὸν Ἑρμόλυκον κατέλαβε ὕστερον τουτέων, πολέμου ἐόντος Ἀθηναίοισί τε καὶ Καρυστίοισι, ἐν Κύρνῳ τῆς Καρυστίης χώρης ἀποθανόντα ἐν μάχῃ, κεῖσθαι ἐπὶ Γεραιστῷ. Μετὰ δὲ Ἀθηναίους, Κορίνθιοι καὶ Τροιζήνιοι καὶ Σικυώνιοι ἠρίστευσαν Ἐπεί 106 τε δὲ κατεργάσαντο οἱ Ἕλληνες τοὺς πολλούς, τοὺς μὲν μαχομένους, τοὺς δὲ καὶ φεύγοντας τῶν βαρβάρων, τὰς νῆας ἐνέπρησαν, καὶ τὸ τεῖχος ἅπαν, τὴν λείην προεξαγαγόντες ἐς τὸν αἰγιαλόν· καὶ θησαυρούς τινας χρη-

fugientes quippe Barbaros per contrarias duxerunt vias, quae ad hostes ferebant; et ad extremum eos ipsi, ut infensissimi hostes, interfecerunt. Ita quidem *iterum Ionia a Persis defecit.*

(105.) In hac *ad Mycalen pugna* virtutis praemium obtinuerunt Athenienses; et ex Atheniensibus Hermolycus Euthyni filius, pancratiastes. Idem vero Hermolycus post haec, quum bellum gererent Athenienses cum Carystiis, Cyrni in agro Carystio cecidit in praelio, et prope Geraestum sepultus est. Post Athenienses autem Corinthii et Troezenii et Sicyonii praecipuam virtutis laudem commeruerunt. (106.) Graeci, plerisque Barbarorum, partim in praelio, partim in fugas interfectis, naves cremarunt et totum munimentum, praedâ prius egestâ et in littore depositâ: repererantque arcas nonnullas rebus

μάτων εὗρον. ἐμπρήσαντες δὲ τὸ τεῖχος καὶ τὰς νῆας, ἀπέπλεον. Ἀπικόμενοι δὲ ἐς Σάμον οἱ Ἕλληνες, ἐβουλεύοντο περὶ ἀναστάσιος τῆς Ἰωνίης, καὶ ὅπη χρεὸν εἴη τῆς Ἑλλάδος κατοικίσαι, τῆς αὐτοὶ ἐγκρατέες ἔσαν· τὴν δὲ Ἰωνίην ἀπεῖναι τοῖσι βαρβάροισι. ἀδύνατον γὰρ ἐφαίνετό σφι εἶναι ἑωυτούς τε Ἰώνων προκατῆσθαι, φρουρέοντας τὸν πάντα χρόνον· καὶ, ἑωυτῶν μὴ προκατημένων, Ἴωνας οὐδεμίην ἐλπίδα ἔχον χαίροντας πρὸς τῶν Περσέων ἀπαλλάξειν. Πρὸς ταῦτα Πελοποννησίων μὲν τοῖσι ἐν τέλεϊ ἐοῦσι ἐδόκεε τῶν μηδισάντων ἐθνέων τῶν Ἑλληνικῶν τὰ ἐμπόρια ἐξαναστήσαντας, δοῦναι τὴν χώρην Ἴωσι ἐνοικῆσαι· Ἀθηναίοισι δὲ οὐκ ἐδόκεε ἀρχὴν, Ἰωνίην γενέσθαι ἀνάστατον, οὐδὲ Πελοποννη-

CVI. 18. Πελοποννησίους *de nostra coniect. Vulgo omnes* Πελοποννησίοισι.

pretiosis repletas. Munitione et navibus incensis, retro navigarunt. Deinde, postquam Samum pervenere, deliberarunt de *Ionia in aliam terram transferenda*, et qua parte Graeciae, quae in potestate esset Graecorum, sedes Ionibus sint adsignandae. Ionia enim videbatur Barbaris esse relinquenda, quandoquidem fieri non posset ut ipsi perpetuo Ioniae praesiderent, eamque custodirent; Iones autem, nisi sub Graecorum praesidio essent, nequaquam sperare possent, salvos se fore, nec poenas Persis daturos. Qua proposita deliberatione, qui ex Peloponnesiis aderant dignitate eminentes, emporia Graecorum qui cum Medis sensissent, eiectis incolis, cum agro ad quodque emporium pertinente, Ionibus tradi debere incolenda. Contra Athenienses nullo pacto Ionas aliam in terram transferendos censebant,

σίους περὶ τῶν σφετέρων ἀποικιέων βουλεύειν. ἀντιτει-
νόντων δὲ τουτέων, προθύμως εἶξαν οἱ Πελοποννήσιοι.
καὶ οὕτω δὴ Σαμίους τε καὶ Χίους καὶ Λεσβίους, καὶ
τοὺς ἄλλους νησιώτας, οἳ ἔτυχον συστρατευόμενοι τοῖσι
Ἕλλησι, ἐς τὸ συμμαχικὸν ἐποιήσαντο, πίστι τε κα-
ταλαβόντες καὶ ὁρκίοισι, ἐμμένειν τε καὶ μὴ ἀποστή-
σεσθαι. τούτους δὲ καταλαβόντες ὁρκίοισι, ἔπλεον τὰς
γεφύρας λύσοντες· ἔτι γὰρ ἐδόκεον ἐντεταμένας εὑρή-
σειν. αὐτοὶ μὲν δὴ ἐπ' Ἑλλησπόντου ἔπλεον.

Τῶν δὲ ἀποφυγόντων βαρβάρων, ἐς τὰ ἄκρα τε 107
τῆς Μυκάλης κατειληθέντων, ἐόντων οὐ πολλῶν, ἐγί-
νετο κομιδὴ ἐς Σάρδις. πορευομένων δὲ, κατ' ὁδὸν Μα-
σίστης, ὁ Δαρείου, παρατυχὼν τῷ πάθεϊ τῷ γεγονότι,
τὸν στρατηγὸν Ἀρταΰντην ἔλεγε πολλά τε καὶ κακὰ,
ἄλλα τε καὶ γυναικὸς κακίω φὰς αὐτὸν εἶναι, τοιαῦτα

nee decere Peloponnesios de ipsorum coloniis quidquam statuere. Quibus obnitentibus, haud inviti Peloponnesii concesserunt. Itaque Samios et Chios et Lesbios, reliquosque Insulares, qui arma et naves cum Graecis sociaverant, in commune sociorum receperunt, fide et iureiurando adstrictos de societate constanter et cum fide servanda. Quo facto ad Hellespontum navigarunt, pontes soluturi, quos adhuc stratos se reperturos esse existimaverant.

(107.) Qui ex Barbaris fugâ evaserunt, numero haud multi, in Mycalae cacumina compulsi; hi deinde Sardes salvi redierunt. Qui dum eo revertuntur, in itinere *Masistes*, Darii filius, qui acceptae cladi interfuerat, ducem exercitus *Artayntem* multis insectatus est maledictis, quum alia dicens, tum et *esse*

στρατηγήσαντα, καὶ ἄξιον εἶναι παντὸς κακοῦ, τὸν βασιλῆος οἶκον κακώσαντα. παρὰ δὲ τοῖσι Πέρσῃσι, γυναικὸς κακίῃ ἀκοῦσαι, δεινός μέγιστός ἐστι. ὁ δὲ, ἐπεὶ πολλὰ ἤκουσε, δεινὰ ποιεύμενος, σπᾶται ἐπὶ τὸν Μασίστην τὸν ἀκινάκεα, ἀποκτεῖναι θέλων. καί μιν ἐπιθέοντα Φρασθεὶς Ξεναγόρης ὁ Πραξίλεω, ἀνὴρ Ἁλικαρνησσεὺς, ὄπισθε ἐστεὼς αὐτοῦ Ἀρταύντεω, ἁρπάζει μέσον, καὶ ἐξάρας, παίει ἐς τὴν γῆν· καὶ ἐν τούτῳ οἱ δορυφόροι Μασίστεω προέστησαν. ὁ δὲ Ξεναγόρης ταῦτα ἐργάσατο, χάριτα αὐτῷ τε Μασίστῃ τιθέμενος καὶ Ξέρξῃ, ἐκσώζων τὸν ἀδελφεὸν τὸν ἐκείνου· καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἔργον Ξεναγόρης πάσης ἦρξε Κιλικίης, δόντος βασιλῆος. τῶν δὲ κατ' ὁδὸν πορευομένων, οὐδὲν ἔτι πλέον ἐγένετο τουτέων, ἀλλ' ἀπικνέονται ἐς Σάρδις. Ἐν δὲ τῇσι Σάρδισι ἐτύγχανε ἐὼν βα-

illum muliere ignaviorem quod isto modo bellum administrasset; et quavis poena dignum esse, qui Regis domum illa calamitate adfecisset. Apud Persas autem *muliere ignaviorem* audire, maximum opprobrium est. Et ille his diu auditis indignatus, acinacem eduxit, interfecturus Masisten. Sed irruentem in eum cernens *Xenagoras*, Praxilai filius, Halicarnassensis, a tergo stans ipsius Artayntae, corripuit medium, sublatumque prostravit humum: atque interim adcurrentes satellites Masisten protexerunt. Quo facto Xenagoras et apud Masisten, et apud Xerxem, servato fratre, gratiam iniit: ob idemque factum dein a Xerxe universae Ciliciae praefectus est. In reliquo itinere nihil amplius memorabile accidit: itaque Sardes hi venere. Morabatur autem tunc Sardibus Xerxes ab eo inde tempore quo post cladem

740, 7.

σιλεὺς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου, ἐπεί τε ἐξ Ἀθηνέων, προσπταίσας τῇ ναυμαχίῃ, Φυγὼν ἀπίκετο.

Τότε δὴ ἐν τῇσι Σάρδισι ἐὼν ἄρα, ἔρα τῆς Μασίστεω γυναικὸς, ἐούσης καὶ ταύτης ἐνθαῦτα. ὡς δέ οἱ προσπέμποντι οὐκ ἐδύνατο κατεργασθῆναι, οὐδὲ βίην προσέφερε, προμηθεόμενος τὸν ἀδελφεὸν Μασίστην· (τωὐτὸ δὲ τοῦτο ἔχε καὶ τὴν γυναῖκα· εὖ γὰρ ἐπίστατο βίης οὐ τευξομένη·) ἐνθαῦτα δὴ Ξέρξης ἐργόμενος τῶν ἄλλων, πρήσσει τὸν γάμον τοῦτον τῷ παιδὶ τῷ ἑωυτοῦ Δαρείῳ, θυγατέρα τῆς γυναικὸς ταύτης καὶ Μασίστεω· δοκέων αὐτὴν μᾶλλον λάμψεσθαι, ἢν ταῦτα ποιήσῃ. ἁρμόσας δὲ, καὶ τὰ νομιζόμενα ποιήσας, ἀπήλαυνε ἐς Σοῦσα. Ἐπεὶ δὲ ἐκεῖ τε ἀπίκετο, καὶ ἠγάγετο ἐς ἑωυτοῦ Δαρείῳ τὴν γυναῖκα, οὕτω δὴ τῆς Μασίστεω μὲν γυναικὸς ἐπέπαυτο· ὁ δὲ, διαμειψάμε- 108

mari acceptam, Athenis fugiens, hanc in urbem venerat.

(108.) Sardibus igitur dum *Xerxes* moratur, *amore* tunc *captus* est *uxoris Masistae*, quae et ipsa ibi erat. Quum vero missis qui eam solicitarent nihil profecisset, nec vim ei vellet inferre, ratione habita fratris sui Masistae; (quod ipsum etiam mulierem retinuit, bene gnaram sibi vim non iri inlatum;) tum ille, quum nulla ei alia via pateret, filio suo Dario hasce conciliat nuptias, nempe filiam huius mulieris et Masistae illi dat uxorem; ratus, si hoc fecisset, facilius se matre potiturum. Hoc conciliato matrimonio, et peractis nuptiarum solennibus, *Susa* abiit. Quo ut pervenit, uxoremque Darii suas in aedes recepit; tum vero, omissa uxore Masistae, mutatoque amore, uxorem Darii deperiit,

νος, ἥρα τε καὶ ἐτύγχανε τῆς Δαρείου μὲν γυναικὸς, Μασίστεω δὲ θυγατρός· οὔνομα δὲ τῇ γυναικὶ ταύτῃ
109 ἦν Ἀρταΰντη. Χρόνου δὲ προϊόντος, ἀνάπυστα γίνεται τρόπῳ τοιῷδε. ἐξυφήνασα Ἀμηστρις, ἡ Ξέρξεω γυνὴ, Φᾶρος μέγα τε καὶ ποικίλον καὶ θέης ἄξιον, δίδοῖ Ξέρξῃ. ὁ δὲ, ἡσθεὶς, περιβάλλεταί τε καὶ ἔρχεται παρὰ τὴν Ἀρταΰντην. ἡσθεὶς δὲ καὶ ταύτῃ, ἐκέλευσε αὐτὴν αἰτῆσαι ὅ τι βούλεταί οἱ γενέσθαι ἀντὶ τῶν αὐτῷ ὑπουργημένων· πάντα γὰρ τεύξεσθαι αἰτήσασαν. τῇ δὲ κακῶς γὰρ ἔδεε πανοικίῃ γενέσθαι, πρὸς ταῦτα εἶπε Ξέρξῃ· „Δώσεις μοι τὸ ἄν σε αἰτήσω;“ ὁ δὲ, πᾶν μᾶλλον δοκέων κείνην αἰτῆσαι, ὑπισχνέετο καὶ ὤμοσε. ἡ δὲ, ὡς ὤμοσε, ἀδεῶς αἰτέει τὸ Φᾶρος. Ξέρξης δὲ παντοῖος ἐγίνετο, οὐ βουλόμενος δοῦναι· κατ' ἄλλο μὲν

Masistae filiam, eaque potitus est. Nomen huic mulieri *Artaynta* fuit. (109.) Sed succedente tempore comperta res est hac ratione. *Amestris, uxor Xerxis*, amiculum texuerat ingens, variegatum, et spectatu dignum, quod dono dedit Xerxi. Quo ille delectatus, idem amiculum indutus convenit Artayntam. Iamque quum et hac delectatus esset, iussit eam, pro eo quod ipsi gratificaretur, petere quidquid illa sibi dari voluisset; omnia enim, quae petitura esset, consecuturam. Tum illa (nam in fatis erat, ut ingens calamitas universae familiae incumberet) Xerxi respondit: *Dabis-ne mihi quod abs te petam?* Et ille, quidvis potius aliud petituram illam ratus, interposito iureiurando promisit. Tum illa, postquam iuravit rex, nihil verita, *amiculum* istud petiit. At *Xerxes*, in omnes se partes vertens,

741, 38.

οὐδὲν, φοβεόμενος δὲ Ἀμηστρὶν, μὴ καὶ πρὶν κατειλαζούσῃ τὰ γινόμενα, οὕτω ἐπεμνεβῆ πρήσσων· ἀλλὰ πόλις τε ἐδίδου, καὶ χρυσὸν ἄπλετον, καὶ στρατὸν τοῦ ἔμελλε οὐδεὶς ἄρξειν ἀλλ' ἢ ἐκείνη· Περσικὸν δὲ κάρτα ὁ στρατὸς δῶρον. ἀλλ', οὐ γὰρ ἔπειθε, διδοῖ τὸ φᾶρος. ἡ δὲ, περιχαρὴς ἐοῦσα τῷ δώρῳ, ἐφόρεέ τε καὶ ἀγάλλετο· καὶ ἡ Ἀμηστρις πυνθάνεταί μιν ἔχουσαν. Μαθοῦσα δὲ τὸ ποιεύμενον, τῇ μὲν γυναικὶ ταύτῃ οὐκ ἔχε ἔγκοτον· ἡ δὲ, ἐλπίζουσα τὴν μητέρα αὐτῆς εἶναι αἰτίην, καὶ ταῦτα ἐκείνην πρήσσειν, τῇ Μασίστεω γυναικὶ ἐβούλευε ὄλεθρον. Φυλάξασα δὲ τὸν ἄνδρα τὸν ἑωυτῆς Ξέρξην βασιλήϊον δεῖπνον προτιθέμενον· (τοῦτο δὲ τὸ δεῖπνον παρασκευάζεται ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐν 110

dare recusavit: (nulla quidem alia de caussa, nisi quod Amestrin metuebat, veritus ne ab illa, iam pridem id quod agebatur suspicante, in hac culpa deprehenderetur;) sed urbes se ei dono daturum ait, et auri immensam vim, et exercitum cui nemo alius nisi ipsa praefutura esset. Est autem hoc Persicum utique donum, exercitus. At mulieri non persuasit; adeoque amiculum ei dedit. Quo munere illa supra modum gavisa, gestabat amiculum, eoque superbiebat: et eam illud habere cognovit *Amestris*. (110.) Quo comperto, regina non tam in mulierculam illam odium concepit, quam in eius matrem, Masistae uxorem; eique, ut quae auctor huius rei (ut illa putabat) et unice in culpa esset, exitium meditata est. Itaque diem observavit, quo maritus ipsius *Xerxes* regiam coenam erat propositurus: (paratur autem haec *regia coena* semel quotannis,

ἡμέρῃ τῇ ἐγένετο βασιλεύς· οὔνομα δὲ τῷ δείπνῳ τούτῳ, Περσιστὶ μὲν, τυκτὰ, κατὰ δὲ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, τέλειον· τότε καὶ τὴν κεφαλὴν σμᾶται μοῦνον βασιλεὺς, καὶ Πέρσας δωρέεται·) ταύτην δὴ τὴν ἡμέρην φυλάξασα ἡ Ἀμηστρις, χρήζει τοῦ Ξέρξεω, δόδῃναί οἱ τὴν Μασίστεω γυναῖκα. ὁ δὲ δεινόν τε καὶ ἀναρσίον ἐποιέετο, τοῦτο μὲν, ἀδελφεοῦ γυναῖκα παραδοῦναι, τοῦτο δὲ, ἀναιτίην ἐοῦσαν τοῦ πρήγματος τού-
111 του· συνῆκε γὰρ τοῦ εἵνεκεν ἐδέετο. Τέλος μέντοι, κείνης τε λιπαρεούσης, καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου ἐξεργόμενος, ὅτι ἀτυχῆσαι τὸν χρήζοντα οὐ σφι δυνατόν ἐστι βασιλήιου δείπνου προκειμένου, κάρτα δὴ ἀέκων κατανεύει· καὶ παραδοὺς, ποιέει ὧδε. τὴν μὲν κελεύει ποιέειν τὰ βούλεται· ὁ δὲ, μεταπεμψάμενος τὸν ἀδελφεὸν, λέγει τάδε· „Μασίστα, σὺ εἶς Δαρείου τε παῖς, καὶ ἐμὸς

natali regis die; et Persico sermone *tycta* dicitur, quod Graecorum lingua τέλειον, id est *perfectum*, significat; quo etiam die tantum rex sibi caput smegmate detergit, et munera dat Persis:) hoc igitur observato die *Amestris* petiit a Xerxe, ut sibi traderetur uxor Masistae. Ille vero rem atrocem et indignam iudicavit, uxorem filii illi tradere, eamque nullam huius rei culpam habentem: intellexerat enim cur haec illa sibi tradendam postularet. (111.) Verumtamen, quum illa postulare non cessaret, ipse autem lege teneretur, quae vetabat regem Persarum negare quidquid ab illo, quando regia coena proposita est, postulatur, postremo admodum quidem invitus indulget. Tradita vero muliere, hoc fecit: uxorem iussit, quae vellet, facere: ipse vero fratrem ad se vocatum his verbis com-

742, 67.

„ἀδελφεός· πρὸς δ' ἔτι τούτοισι, καὶ εἷς ἀνὴρ ἀγαθός.
„γυναικὶ δὴ ταύτῃ τῇ νῦν συνοικέεις, μὴ συνοίκεε· ἀλ-
„λά τοι ἀντ' αὐτῆς ἐγὼ δίδωμι θυγατέρα τὴν ἐμήν.
„ταύτῃ συνοίκεε· τὴν δὲ νῦν ἔχεις, οὐ γὰρ δοκέει ἐμοὶ,
„μὴ ἔχε γυναῖκα." Ὁ δὲ Μασίστης ἀποθωμάσας
τὰ λεγόμενα, λέγει τάδε· „Ὦ δέσποτα, τίνα μοι
„λόγον λέγεις ἄχρηστον, κελεύων με γυναῖκα, ἐκ
„τῆς μοι παῖδες νεηνίαι τέ εἰσι τρεῖς, καὶ θυγατέρες,
„τῶν καὶ σὺ μίην τῷ παιδὶ τῷ σεωυτοῦ ἠγάγεο γυ-
„ναῖκα· αὐτή τέ μοι κατὰ νόον τυγχάνει κάρτα ἐοῦ-
„σα· ταύτην με κελεύεις μετέντα, θυγατέρα τὴν σεω-
„τοῦ γῆμαι; ἐγὼ δὲ, βασιλεῦ, μέγα μὲν ποιεῦμαι
„ἀξιευμένος θυγατρὸς τῆς σῆς, ποιήσω μέντοι του-
„τέων οὐδέτερα· σὺ δὲ μηδαμῶς βιῶ, πρήγματος τοι-

pellavit: *Masista! tu Darii filius es, meusque frater: ad haec vir bonus et fortis es. Iam tu hanc mulierem, quam adhuc in matrimonio habuisti, noli porro habere: sed tibi ego, pro illa, meam filiam despondeo. Cum hac matrimonium contrahe; illa vero, quam nunc habes, non sit porro tua coniux; sic enim mihi placet.* Cui *Masistes*, miratus dicta, respondit: *Proh domine! Quaenam est haec importuna oratio, quod me iubes uxorem meam, ex qua mihi tres iuvenes filii nati sunt, et filiae, quarum tu unam tuo filio in matrimonium duxisti, denique quae animo meo convenit, hanc me dimittere iubes, et tuam filiam dūcere uxorem! Ego vero, Rex, magni quidem facio quod me coniugio filiae tuae digneris: at horum tamen equidem neutrum faciam: tu vero noli mihi vim adferre, talem rem*

„οὔδε δεόμενος. ἀλλὰ τῇ τε σῇ θυγατρὶ ἀνὴρ ἄλλος „φανήσεται ἐμεῦ οὐδὲν ἧσσων, ἔμε τε ἔα γυναικὶ τῇ „ἐμῇ συνοικέειν.“ Ὁ μὲν δὴ τοιούτοισι ἀμείβεται· Ξέρξης δὲ θυμωθεὶς, λέγει τάδε· „Οὕτω δή τοι, Μασί- 25
„στα, πέπρηκται· οὔτε γὰρ ἄν τοι δώην θυγατέρα „τὴν ἐμὴν γῆμαι, οὔτε ἐκείνη πλεῦνα χρόνον συνοική- „σεις· ὡς μάθῃς τὰ διδόμενα δέκεσθαι.“ Ὁ δὲ, ὡς ταῦτα ἤκουσε, εἶπας τοσόνδε, ἐχώρεε ἔξω· „Δέσπο-
112 „τα, οὐ δή κω με ἀπώλεσας;“ Ἐν δὲ τούτῳ τῷ διὰ μέσου χρόνῳ, ἐν τῷ Ξέρξης τῷ ἀδελφεῷ διελέγε- το, ἡ Ἀμηστρις μεταπεμψαμένη τοὺς δορυφόρους τοῦ Ξέρξεω, διαλυμαίνεται τὴν γυναῖκα τὴν Μασίστεω· τούς τε μαζοὺς ἀποταμοῦσα, κυσὶ προέβαλε, καὶ ῥῖνα, καὶ ὦτα, καὶ χείλεα· καὶ γλῶσσαν ἐκταμοῦ- 5
113 σα, ἐς οἶκόν μιν ἀποπέμπει διαλελυμασμένην. Ὁ δὲ

postulans. Tuae certe filiae reperietur alius maritus me non inferior: me vero sine meam habere uxorem! Quo responso iratus *Xerxes: Igitur hoc,* inquit, *profecisti: nempe nec ego tibi filiam meam dabo in matrimonium, nec tu istam porro habebis uxorem; quo discas oblata accipere.* Et ille, nihil amplius nisi hoc verbum subiiciens, *Domine, nondum tamen prorsus me perdidisti?* foras exiit. (112.) Per idem tempus quo Xerxes cum fratre disseruit, interim *Amestris,* acciti regis satellitibus, *uxorem Masistae* misere *dilacerat:* praecisas mammillas et nares et aures et labia canibus proiicit, denique excisâ linguâ domum dimittit ita indigne dilaniatam. (113.) *Masistes,* quum nihil etiam tunc horum audivisset, metuens tamen aliquam sibi

743, 97.

Μασίστης, οὐδέν κω ἀκηκοὼς τουτέων, ἐλπόμενος δέ τί οἱ κακὸν εἶναι, ἐσπίπτει δρόμῳ ἐς τὰ οἰκία. ἰδὼν δὲ διεφθαρμένην τὴν γυναῖκα, αὐτίκα μετὰ ταῦτα συμβουλευσάμενος τοῖσι παισὶ, ἐπορεύετο ἐς Βάκτρα σύν τε τοῖσι ἑωυτοῦ υἱοῖσι, καὶ δή κού τισι καὶ ἄλλοισι, ὡς ἀποστήσων νομὸν τὸν Βακτριον, καὶ ποιήσων τὰ μέγιστα κακῶν βασιλῆϊ· τά περ ἂν καὶ ἐγένετο, ὡς ἐμοὶ δοκέειν, εἴπερ ἔφθη ἀναβὰς ἐς τοὺς Βακτρίους καὶ τοὺς Σάκας· καὶ γὰρ ἔστεργόν τε μιν, καὶ ἦν ὕπαρχος τῶν Βακτρίων. ἀλλὰ γὰρ Ξέρξης, πυθόμενος ταῦτα ἐκείνου πρήσσοντα, πέμψας ἐπ' αὐτὸν στρατιὴν, ἐν τῇ ὁδῷ κατέκτεινε αὐτόν τε ἐκεῖνον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ τὴν στρατιὴν τὴν ἐκείνου. Κατὰ μὲν τὸν ἔρωτα τὸν Ξέρξεω, καὶ τὸν Μασίστεω θάνατον, τοσαῦτα ἐγένετο.

Οἱ δὲ ἐκ Μυκάλης ὁρμηθέντες Ἕλληνες ἐπ' Ἑλ- 114

calamitatem imminere, cursu domum suam properavit. Ubi conspectâ uxore ita mutilatâ, consilio cum filiis inito, protinus cum filiis aliisque nonnullis *Bactra* proficiscitur, Bactrianam provinciam ad defectionem sollicitaturus, et quanta maxima posset mala inlaturus regi. Atque hoc ipsum etiam perfecisset, ut mihi videtur, si usque ad Bactros et Sacas pervenisset: hi enim illum diligebant, et erat ipse Bactrianae praefectus. At *Xerxes*, ubi eum hocagere cognovit, misso contra eum exercitu, et ipsum et eius filios et milites qui cum illo erant, in itinere interfecit. Et haec quidem de *amore Xerxis* et de *Masistae obitu* hactenus.

(114.) *Graeci*, a Mycale versus *Hellespontum*

λησπόντου, πρῶτον μὲν περὶ Λεκτὸν ὅρμεον, ὑπὸ ἀνέμων ἀπολαμφθέντες· ἐνθεῦτεν δὲ ἀπίκοντο ἐς Ἄβυδον, καὶ τὰς γεφύρας εὗρον διαλελυμένας, τὰς ἐδόκεον εὑρήσειν ἔτι ἐντεταμένας· καὶ τουτέων οὐκ ἥκιστα εἵνεκεν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον ἀπίκοντο. τοῖσι μέν νυν ἀμφὶ Λευτυχίδεα Πελοποννησίοισι ἔδοξε ἀναπλέειν ἐς τὴν Ἑλλάδα· Ἀθηναίοισι δὲ, καὶ Ξανθίππῳ τῷ στρατηγῷ, αὐτοῦ ὑπομείναντας, πειρᾶσθαι τῆς Χερσονήσου. Οἱ μὲν δὴ ἀπέπλεον· Ἀθηναῖοι δὲ, ἐκ τῆς Ἀβύδου διαβάντες ἐς τὴν Χερσόνησον, Σηστὸν ἐπολιόρκεον. Ἐς δὲ τὴν Σηστὸν ταύτην, ὡς ἐόντος ἰσχυροτάτου τείχεος τῶν ταύτῃ, συνῆλθον, ὡς ἤκουσαν παρεῖναι τοὺς Ἕλληνας ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, ἔκ τε τῶν ἄλλων τῶν περιοικίδων, καὶ δὴ καὶ ἐκ Καρδίης πόλιος Οἰόβαζος, ἀνὴρ Πέρσης, ὃς τὰ ἐκ τῶν γεφυρέων ὅπλα ἐνθαῦτα ἦν κεκομικώς. 115

profecti, primum ad Lectum naves adpulere, ventis retenti: deinde vero, ubi Abydum pervenere, pontes viderunt rescissos, quos adhuc stratos esse putaverant; qua de caussa etiam maxime ad Hellespontum navigaverant. Quare Leotychidae caeterisque Peloponnesiis placuit retro navigare in Graeciam: Atheniensibus vero, eorumque duci *Xanthippo*, visum est his in locis manere, et Chersonesum tentare. Itaque Lacedaemonii domum navigarunt, *Athenienses* vero, ex Abydo in *Chersonesum* traiicientes, *Sestum* oppugnarunt. (115.) Est autem haec *Sestus* munitissimus illius regionis locus: itaque, adlato nuncio de Graecorum in Hellespontum adventu, in illam se receperant et ex aliis finitimis oppidis frequentes, et ex Cardia *Oeobazus* Persa, qui ibi armamenta

743, 27.

ἔχον δὲ ταύτην ἐπιχώριοι Αἰολέες· συνῆσαν δὲ Πέρσαι τε καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων συχνὸς ὅμιλος. Ἐτυ- 116
ράννευε δὲ τούτου τοῦ νομοῦ Ξέρξεω ὕπαρχος Ἀρταΰκτης, ἀνὴρ μὲν Πέρσης, δεινὸς δὲ καὶ ἀτάσθαλος. ὃς καὶ βασιλῆα ἐλαύνοντα ἐπ' Ἀθήνας ἐξηπάτησε, τὰ Πρωτεσίλεω τοῦ Ἰφίκλου χρήματα ἐξ Ἐλαιοῦντος ὑφελόμενος. ἐν γὰρ Ἐλαιοῦντι τῆς Χερσονήσου ἐστὶ Πρωτεσίλεω τάφος τε, καὶ τέμενος περὶ αὐτὸν, ἔνθα ἦεν χρήματα πολλὰ, καὶ φιάλαι χρύσεαι καὶ ἀργύρεαι, καὶ χαλκὸς, καὶ ἐσθὴς, καὶ ἄλλα ἀναθήματα, τὰ Ἀρταΰκτης ἐσύλησε, βασιλῆος δόντος. λέγων δὲ τοιάδε, Ξέρξεα διεβάλλετο· „Δέσποτα, ἔστι οἶκος ἀνδρὸς Ἕλληνος ἐν„θαῦτα, ὃς ἐπὶ γῆν τὴν σὴν στρατευσάμενος, δίκης „κυρήσας, ἀπέθανε. τούτου μοι δὸς τὸν οἶκον, ἵνα καί

pontium deposuerat. Tenebant urbem indigenae *Aeolenses:* cum his vero et Persae erant, et aliorum sociorum haud exiguus numerus. (116.) Tyrannus universae provinciae *Artayctes* erat, Persa, saevus vir et nefarius: qui etiam, decepto rege quum contra Athenas proficisceretur, Protesilai thesauros, Iphicli filii, Elaeunte spoliaverat. Est enim *Elaeunte,* Chersonesi oppido, *Protesilai* sepulcrum, eique circumdatum *fanum,* in quo erant pecuniae multae, et aureae argenteaeque phialae, et aes, et vestis, et alia donaria; quae *Artayctes* rapuit, dono sibi data a rege. Deceperat autem Xerxem tali oratione: *Domine!* inquit, *Est hîc loci domus viri Graeci, qui, quum adversus terram tuam arma ferret, poenas dedit, occisusque est. Huius tu domum mihi dono da; quo discat quisque, contra tuam*

„τις μάθῃ ἐπὶ γῆν τὴν σὴν μὴ στρατεύεσθαι.“ ταῦτα λέγων, εὐπετέως ἔμελλε ἀναπείσειν Ξέρξεα δοῦναι ἀνδρὸς οἶκον, οὐδὲν ὑποτοπηθέντα τῶν ἐκεῖνος ἐφρόνεε. Ἐπὶ γῆν δὲ τὴν βασιλῆος στρατεύεσθαι Πρωτεσίλεων ἔλεγε, νοέων τοιάδε· τὴν Ἀσίην πᾶσαν νομίζουσι ἑωυτῶν εἶναι Πέρσαι, καὶ τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος. ἐπεὶ δὲ ἐδόθη τὰ χρήματα, ἐξ Ἐλαιοῦντος ἐς Σηστὸν ἐξεφόρησε, καὶ τὸ τέμενος ἔσπειρε, καὶ ἐνέμετο· αὐτός τε ὁκως ἀπίκοιτο ἐς Ἐλαιοῦντα, ἐν τῷ ἀδύτῳ γυναιξὶ ἐμίσγετο. Τότε δὲ ἐπολιορκέετο ὑπὸ Ἀθηναίων, οὔτε παρεσκευασμένος ἐς πολιορκίην, οὔτε προσδεκόμενος τοὺς Ἕλληνας· ἀφυ-
117 λάκτῳ δέ κως αὐτῷ ἐπέπεσον. Ἐπεὶ δὲ πολιορκεομένοισί σφι φθινόπωρον ἐπιγίνετο, καὶ ἤσχαλλον οἱ Ἀθη-

terram non esse arma ferenda. Quibus dictis facile persuasurus erat regi, ut ei domum huius viri largiretur; quippe qui nihil eorum, quae ille sentiret, suspicatus erat. Quod autem ille *Protesilaum adversus Regis terram arma tulisse* dixit, id hoc modo intellexerat: Persae universam Asiam existimant suam esse et illius regis qui quoque tempore apud illos regnum obtinet. Artayctes igitur dono sibi datas opes Elaeunte Sestum transportavit, et in agro heroi consecrato partim sementem fecit, partim pecora sua pavit: et quoties ipse Elaeuntem venit, in penetrali cum mulieribus concubuit. Tunc vero obsidebatur ab Atheniensibus, quum nec ad tolerandam obsidionem paratus esset, nec omnino exspectasset Athenienses, qui prorsus de improviso illum invaserant. (117.) Postquam vero obsessis [*et obsidentibus*] autumnus supervenit, tum dolentes Athe-

744, 55.

ναῖοι, ἀπό τε τῆς ἑωυτῶν ἀποδημέοντες, καὶ οὐ δυνάμενοι ἐξελεῖν τὸ τεῖχος, ἐδέοντό τε τῶν στρατηγῶν ὅκως ἀπάγοιέν σφεας ὀπίσω· οἱ δὲ οὐκ ἔφασαν, πρὶν ἢ ἐξέλωσι, ἢ τὸ Ἀθηναίων καινὸν σφεας μεταπέμψηται. οὕτω δὴ ἔστεργον τὰ παρεόντα.

Οἱ δ' ἐν τῷ τείχεϊ ἐς πᾶν ἤδη κακοῦ ἀπιγμένοι 118
ἔσαν, οὕτω ὥστε τοὺς τόνους ἑψοντες τῶν κλινέων, ἐσιτέοντο. ἐπεί τε δὲ οὐδὲ ταῦτα ἔτι ἔχον, οὕτω δὴ ὑπὸ νύκτα οἴχονται ἀποδράντες οἵ τε Πέρσαι καὶ ὁ Ἀρταύκτης καὶ ὁ Οἰόβαζος, ὄπισθε τοῦ τείχεος καταβάντες, τῇ ἦν ἐρημότατον τῶν πολεμίων. ὡς δὲ ἡμέρη ἐγένετο, οἱ Χερσονησῖται ἀπὸ τῶν πύργων ἐσήμηναν τοῖσι Ἀθηναίοισι τὸ γεγονὸς, καὶ τὰς πύλας ἄνοιξαν. τῶν δὲ οἱ μὲν πλεῦνες ἐδίωκον, οἱ δὲ τὴν πόλιν ἔχον. Οἰόβαζον 119

nienses, quod et domo abessent, et urbem non possent expugnare, orarunt duces, ut domum se reducerent. At hi negarunt id se prius facturos, quam aut expugnassent urbem, aut a communi Atheniensium revocarentur. Ita illi quoque praesentem rerum statum patienter tulerunt.

(118.) Iam vero, qui in urbe erant, ad extrema redacti erant malorum; ita quidem ut lora etiam lectulorum elixarent comederentque. Quum autem ne haec quidem amplius suppeterent, noctu profugerunt Persae cum Artaycte et Oeobazo, in postica urbis parte de muro descendentes, qua parte rariores erant hostes. Quod factum, ubi illuxit, Chersonesitae Atheniensibus e turribus significarunt, portasque eis aperuerunt. Moxque maior horum pars persecuti sunt profugos, caeteri vero urbem occu-

μέν νυν ἐκφυγόντα ἐς τὴν Θρηΐκην, Θρήϊκες Ἀψίνθιοι λαβόντες, ἔθυσαν Πλειστώρῳ ἐπιχωρίῳ θεῷ, τρόπῳ τῷ σφετέρῳ· τοὺς δὲ μετ' ἐκείνου, ἄλλῳ τρόπῳ ἐφόνευσαν. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἀρταΰκτην, ὕστεροι ὁρμηθέντες φεύγειν, καὶ, ὡς κατελαμβάνοντο ὀλίγον ἐόντες ὑπὲρ Αἰγὸς Ποταμῶν, ἀλεξόμενοι χρόνον ἐπὶ συχνὸν, οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δὲ ζῶντες ἐλάμφθησαν. καὶ συνδήσαντές σφεας οἱ Ἕλληνες, ἦγον ἐς Σηστόν· μετ' αὐτέων δὲ καὶ Ἀρταΰκτην δεδεμένον, αὐτόν τε καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ. Καί τεω τῶν Φυλασσόντων λέγεται ὑπὸ Χερσονησιτέων, ταρίχους ὀπτῶντι, τέρας γενέσθαι τοιόνδε. οἱ τάριχοι ἐπὶ τῷ πυρὶ κείμενοι ἐπάλλοντό τε καὶ ἠσπαίροντο, ὁκῶς περ ἰχθύες νεοάλωτοι. καὶ οἱ μὲν, περιχυθέντες, ἐθώμαζον. ὁ δὲ Ἀρταΰκτης ὡς εἶδε τὸ τέ-

parunt. (119.) Et Oeobazum quidem, quum in Thraciam fugisset, captum Thraces Absinthii *Pleistoro* indigenae deo mactarunt suo more; caeteros autem, qui cum eo erant, alio modo interfecerunt. Artayctes vero cum suis, qui post illos demum fugam capessiverant, deprehensi quum paullo ultra Aegos Potamos essent progressi, satis diu restiterunt; donec, aliis interfectis, caeteri vivi capti sunt: quos vinctos Sestum Athenienses duxerunt, in hisque ipsum etiam Artaycten et eius filium. (120.) Memorantque Chersonesitae, uni ex eis, qui vinctos custodiebant, quum salsamenta super igne torreret, prodigium obtigisse huiusmodi: salsamenta igni imposita subsiliebant pulpitabantque, veluti recens capti pisces. Quod factum quum mirarentur reliqui adcurrentes, *Artayctes*, ut vidit prodigium, compellans homi-

ρας, καλέσας τὸν ὀπτῶντα τοὺς ταρίχους, ἔφη· „Ξεῖνε „Ἀθηναῖε, μηδὲν φοβέο τὸ τέρας τοῦτο. οὐ γὰρ σοὶ „πέφηνε· ἀλλ' ἐμοὶ σημαίνει ὁ ἐν Ἐλαιοῦντι Πρωτε„σίλεως, ὅτι καὶ τεθνεὼς, καὶ ταρίχος ἐὼν, δύναμιν „πρὸς θεῶν ἔχει τὸν ἀδικέοντα σινέεσθαι. νῦν ὦν ἄποι„νά οἱ τάδε ἐθέλω ἐπιθεῖναι· ἀντὶ μὲν χρημάτων τῶν „ἔλαβον ἐκ τοῦ ἱροῦ, ἑκατὸν τάλαντα καταθεῖναι τῷ „θεῷ· ἀντὶ δ' ἐμεωυτοῦ καὶ τοῦ παιδὸς, ἀποδώσω „τάλαντα διηκόσια Ἀθηναίοισι, περιγενόμενος." Ταῦτα ὑπισχόμενος, τὸν στρατηγὸν Ξάνθιππον οὐκ ἔπεισε. οἱ γὰρ Ἐλαιούσιοι τῷ Πρωτεσίλεῳ τιμωρέοντες, ἐδέοντό μιν καταχρησθῆναι, καὶ αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ ταύτῃ ὁ νόος ἔφερε. ἀπαγαγόντες δὲ αὐτὸν ἐς τὴν ἀκτὴν ἐς

CXX. 10 *seq.* ἄποινά οἱ. *Vera videtur docti viri coniectura* ἄποινά μοι, *quam vers. lat. expressimus.*

nem salsamenta torrentem, ait: *Hospes Atheniensis! non est quod tu hoc prodigio terrearis. Non enim tibi illud adparuit: sed mihi Protesilaus, qui Elaeunte est, significat, se etiam mortuum et sale conditum, vim habere se a diis tributam nocendi his qui iniuria illum adfecerunt. Nunc igitur ego hanc mihi ipse mulctam, qua redimam culpam, volo irrogare: pro thesauris quos ex illius templo abstuli, centum talenta deo solvam; pro me autem et pro filio meo ducenta talenta pendam Atheniensibus, si salvos nos dimittere voluerint.* Haec ille pollicitus, praetori *Xanthippo* non persuasit. Nam Elaeuntii, ulciscendi Protesilai caussa, ut supplicio ille adficeretur, rogarunt; et ipsius etiam praetoris in hanc partem inclinaverat sententia.

τὴν Ξέρξης ἔζευξε τὸν πόρον, οἱ δὲ λέγουσι, ἐπὶ τὸν κολωνὸν τὸν ὑπὲρ Μαδύτου πόλιος, [πρὸς] σανίδα προσπασσαλεύσαντες, ἀνεκρέμασαν· τὸν δὲ παῖδα ἐν
121 ὀφθαλμοῖσι τοῦ Ἀρταΰκτεω κατέλευσαν. Ταῦτα δὲ ποιήσαντες ἀπέπλεον ἐς τὴν Ἑλλάδα, τά τε ἄλλα χρήματα ἄγοντες, καὶ δὴ καὶ τὰ ὅπλα τῶν νεῶν, ὡς ἀναθήσοντες ἐς τὰ ἱρά. καὶ κατὰ τὸ ἔτος τοῦτο οὐδὲν ἔτι πλέον τουτέων ἐγένετο.

122 Τούτου δὲ τοῦ Ἀρταΰκτεω τοῦ ἀνακρεμασθέντος προπάτωρ Ἀρτεμβάρης ἐστὶ ὁ Πέρσῃσι ἐξηγησάμενος λόγον, τὸν ἐκεῖνοι ὑπολαβόντες, Κύρῳ προσήνεικαν, λέγοντα τάδε· „Ἐπεὶ Ζεὺς Πέρσῃσι ἡγεμονίην διδοῖ, ἀν„δρῶν δὲ σοὶ, Κῦρε, κατελὼν Ἀστυάγεα· Φέρε, γῆν „γὰρ ἐκτήμεθα ὀλίγην, καὶ ταύτην τρηχέην, μετανα-

Itaque illum in littus eductum, in quod pertinuerant pontes a Xerxe iuncti, sive (ut alii memorant) in collem supra Madytum oppidum situm, clavis asseri adfixum suspenderunt; et filium eius in patris Artayctae conspectu lapidibus obruerunt. (121.) His rebus gestis, retro in Graeciam navigarunt, pecunias aliaque pretiosa secum vehentes, atque etiam pontium armamenta, quae in templis dedicare constituerunt. Atque hoc anno nihil praeterea memorabile gestum est.

(122.) Huius Artayctae e trabe suspensi progenitor *Artembares* fuit, is qui Persis auctor fuerat sermonis, quem illi arripientes *Cyro* proposuerunt, in hanc sententiam: *Quoniam Iupiter, sublato Astyage, Persis imperium tradidit, et prae omnibus hominibus tibi, Cyre; age, quum terram possi-*

„στάντες ἐκ ταύτης, ἄλλην ἔχωμεν ἀμείνω. εἰσὶ δὲ „πολλαὶ μὲν ἀστυγείτονες, πολλαὶ δὲ καὶ ἑκαστέρω· „τῶν μίην σχόντες, πλέοσι ἐσόμεθα θωμαστότεροι. „οἰκὸς δὲ, ἄρχοντας ἀνδρας τοιαῦτα ποιέειν· κότε γὰρ „δὴ καὶ παρέξει κάλλιον, ἢ ὅτε γε ἀνθρώπων τε πολ- „λῶν ἄρχομεν, πάσης τε τῆς Ἀσίης;" Κῦρος δὲ ταῦτα ἀκούσας, καὶ οὐ θωμάσας τὸν λόγον, ἐκέλευε ποιέειν ταῦτα· οὕτω δὲ αὐτοῖσι παραίνεε κελεύων παρασκευάζεσθαι, ὡς οὐκέτι ἄρξοντας, ἀλλ' ἀρξομένους. *Φιλέειν γὰρ ἐκ τῶν μαλακῶν χώρων μαλακοὺς ἄνδρας γίνεσθαι· οὐ γάρ τοι τῆς αὐτῆς γῆς εἶναι, καρπόν τε θωμαστὸν φύειν, καὶ ἄνδρας ἀγαθοὺς τὰ πολέμια. ὥστε συγγνόντες Πέρσαι οἴχοντο ἀποστάντες, ἐσσω-

deamus exiguam, eamque asperam, hac relicta aliam habitemus meliorem! Sunt autem multae tales in propinquo, multae etiam longinquiores: quarum si unam occupaverimus, pluribus hominibus admirationi erimus. Decet autem hoc facere viros principatum tenentes: et quando tandem id fieri commodius poterit quam nunc, ubi tot hominibus et universae Asiae imperamus? Quibus auditis *Cyrus*, minime probans propositum, *Faciant hoc!* ait; *simul vero ita se comparent, ut qui imperium porro non habituri sint, sed passuri! Ita enim naturam ferre, ut mollibus in terris molles nascentur homines: nec enim eiusdem terrae esse, et eximios fructus ferre, et fortes bello viros.* Et intelligentes Persae, *longe sapientiorem Cyri sententiam quam suam*, desistentes proposito abie-

θέντες τῇ γνώμῃ πρὸς Κύρου· ἄρχειν τε εἵλοντο λυπρὴν οἰκέοντες μᾶλλον, ἢ πεδιάδα σπείροντες ἄλλοισι δουλεύειν.

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΕΝΑΤΗ.

runt; et imperare maluerunt, tenuem incolentes terram, quam campestrem fertilemque colentes aliis servire.

FINIS LIBRI NONI
HISTORIARUM HERODOTI.

ARGUMENTUM LIBRI OCTAVI.

CLASSIS *Graecorum* ad *Artemisium*, duce *Eurybiade* Spartano; cui imperium permittunt Athenienses. (Cap. 1-3.) Graecis ad Peloponnesum se recipere cogitantibus, ut maneant, dolo et muneribus persuadet *Themistocles*. (4. 5.) Naves CC. dimittunt Persae, Euboeam circumnavigaturas. (6. 7.) Scyllias urinator. (8.) Prima pugna navalis, ancipiti marte pugnata. (9-11.) Tempestas adfligit Persarum classem, et naves circum Euboeam missas confringit. (12. 13.) Altera, et tertia *pugna navalis ad Artemisium*. (14-17.) Graeci, audita clade ad Thermopylas, versus Peloponnesum se recipiunt, Euboeensium gregibus obiter direptis. (18-21.) Themistocles Ionas ad defectionem sollicitat. (22.) Persarum classis maritima Euboeae loca occupat. (23.) Classiarii, a Xerxe invitati, ad spectandam cladem ad Thermopylas traiiciunt. (24. 25.) Quo tempore ad Thermopylas Xerxes fuit, *Olympicos* etiam tunc *ludos* agebant Graeci. (26.)

Thessali, Phocensibus infensi, *Xerxem* in Phocidem ducunt, per *Doridem*. (27-31.) Phocenses in Parnassi cacumina profugiunt: interim oppida illorum et templa vastant Persae. (32. 33.) *Boeotiam*, sibi amicam, cum maiore exercitus parte ingressus *Xerxes*, alios contra *Delphos* mittit; sed hi, ubi in conspectu templi fuere, prodigiis territi, nec sine clade, fugâ se proripiunt. (34-38.) Heroes a Delphensibus culti, Phylacus et Autonous. (39.)

Graecorum classis, relicto Artemisio, *Salaminem* petit. (40.) Athenienses suos suaque Athenis Troezenen et Salamina transvehunt, paucis hominibus in acropoli relictis. (41.) Recensentur *populi Graeciae*, quorum *naves in classe ad Salaminem* fuere: simul *origines cuiusque populi* breviter tangit Scriptor.

(43-48.) *Atticam* igne et ferro vastat *Xerxes:* Athenas vacuas occupat: arcem aegre expugnatam diripit et incendit. (51-55.)

Eversis Athenis, *Graeci* cum classe *Isthmum* petere parant (coll. c. 49.) quorum consilio se opponit *Themistocles;* et cum *Adimanto* Corinthio altercatus, ab *Eurybiade* imperatore impetrat, ut classis ad Salaminem maneat. (56-63.) Prodigia Graecis faventia: in his *mysticus Iacchus.* (64. 65.) *Classis Persarum* ad *Phalerum* adpellit. (66.) Xerxi *Artemisia* (cf. VII. 99.) suadet, ne pugnae navalis discrimen adeat. (67. 68.) Nihilominus ad pugnam se comparant Persae. (69. 70.) Interim *Isthmum* muniunt Peloponnesii. (71.) Variae gentes *Peloponnesum incolentes,* earumque origines. (72. 73.) Consilium denuo captum a Graecis de classe a *Salamine* abducenda eludit *Themistocles,* per legatum *Xerxem* monens, ut Graecorum classem undique cingat. (74-76.) *Bacidis* haec spectans oraculum. (77.) *Aristides* nunciat Themistocli, undique cinctam esse classem Graecorum. (78-82.) Ad fortiter pugnandum suos hortatur *Themistocles.* (83.)

Pugna navalis ad Salaminem. (84 *seqq.*) Bene de rege Persarum meriti, persico sermone *orosangae.* (85.) *Artemisiae* virtutem bellicam miratur Xerxes. (87. 88.) *Persarum* ingens *strages.* (86. et 89.) Supplicium de Phoenicibus sumtum, qui *Ionas* accusaverant. (90.) Persae victi, Phalerum repetunt. (91.) *Aeginetae* crimine Medismi purgati. (92.) Quinam e Graecis rem fortissime gesserint. (93.) Fama de *Corinthiis,* in utramque partem. (94.) *Aristides* in *Psyttalea* insula magnum Persarum numerum caedit. (95.) Naufragia ad *Coliadem* delata, de quibus exstitit *Lysistrati* oraculum. (96.)

Xerxes e Graecia fugere cogitans, dissimulat suum consilium. (97.) *Persicorum nunciorum* institutum. (98.) Luctus *Susis,* nuncio de clade Salaminia adlato. (99.) *Mardonius* et *Artemisia* suadent Xerxi ut in Asiam redeat. (100-103.) *Hermotimus* Pedasensis, eunuchus, paedagogus filiorum Xerxis, poe-

nas sumit de Panionio, qui illum castraverat. (104-106.) Antistita templi Minervae Pedasensis. (104.)

Classem Xerxis, ad *Hellespontum* se recipientem, persequuntur Graeci usque *Andrum*: qui postquam ulterius persequi noluerunt, *Themistocles*, misso clam ad Xerxem legato, simulat suo consilio illos non ulterius esse progressos. (107-110.) *Andrum*, quod pecunias pendere nollet, obsidet *Themistocles*; ab aliis etiam Insulanis, qui cum Medis fecerant, pecunias exigens. (111 *seq.*)

Xerxes cum pedestri exercitu ad Hellespontum properans, in Thessalia *Mardonium* reliquit cum exercitu trecentorum millium lectorum virorum. (113.) *Spartani*, oraculi iussu, a Xerxe *poenas* repetunt *caedis Leonidae*; quibus ille respondit, Mardonium illas eis daturum. (114.) In itinere magna pars *exercitus Xerxis* fame aut morbis periit. (115.) Currus sacer a Thracibus subreptus. (*ibid.*) Rex Bisaltarum sex filios, eo quod Xerxem fuissent secuti, excaecat. (116.) Pontibus Hellesponti per tempestatem ruptis, *Xerxes* cum suis *Abydum* navibus traiicit: indeque *Sardes* pervenit. (117.) Alia de reditu Xerxis narratio, parum probabilis visa Herodoto. (118. 119.) Munera *Abderitis* a Xerxe data. (120.)

Graecorum classis, omissa Andri obsidione, Carystum depopulata, *Salaminem* redit. (121.) Dona diis data: praeda divisa. (*ibid.*) Ab Aeginetis seorsim donarium petit Delphicus deus. (122.) Caeterorum ducum invidiâ *Themistocles* virtutis praemio fraudatur: (123.) eidem tamen Spartae praecipuus honor habetur. (124.) Idem scite respondet obtrectatori. (125.)

Artabazus, cum parte copiarum Mardonii Xerxem ad Hellespontum comitatus, *Pallenae* civitates, quae a Persis defecerant, ad obsequium redacturus, recepta *Olyntho*, *Potidaeam* frustra oppugnat, parum succedente proditione quam cum duce *Scionaeorum* pactus erat. (126-129.)

Persarum classe, ineunte vere, ad *Samum* stante; *Graecorum classis*, ducibus *Leotychide* Spartano

(cuius recensentur progenitores) et *Xanthippo* Atheniensi, ad *Aeginam* colligitur. (130 *seq.*) Solicitati a Ionibus Graeci, ut Ioniam liberent, non ultra *Delum* navigare audent. (132.)

Mardonius per hyemem Graeca *oracula consulit*, ope hominis Caris cui nomen *Mys:* qui et alia oracula consuluit, et *Amphiarai* Thebis, quod Thebanis ipsis non licet consulere. (133 *seqq.*) *Apollo Ptous* eidem Carico sermone respondet. (135.) *Alexander* Macedo cum pacis conditionibus *Athenas* mittitur a Mardonio. (136.) *Digressio de Macedoniae regibus Argivis.* (conf. V. 22.) *Perdiccas* quo pacto olim regnum obtinuerit. *Horti Midae*, ubi *Silenus* captus. Mons Bermius. Stemma regum usque ad Alexandrum. (137-139.) Oratio *Alexandri* apud *Athenienses:* (140.) cui primum respondent legati Spartani; (141 *seq.*) dein ipsi Athenienses. (143 *seq.*)

ARGUMENTUM LIBRI NONI.

Mardonius Atticam invadit, et *Athenas* iterum capit. (*Cap.* 1-3.) Inde Salaminem mittit, magnis promissis Athenienses ad societatem cum Persis invitans. (4.) Lycides Atheniensis cum uxore et liberis lapidibus obruitur, quod pacem suasisset. (5.) *Spartani* Atheniensibus per legatos auxilia petentibus, diu indigno modo tergiversati, ad extremum auxilia mittunt, duce *Pausania.* (6-11.) *Mardonius*, vastata Attica, in *Boeotiam* regreditur, et in agro Thebano *prope Asopum* fluvium castra communit. (12-15.) *Attaginus* Thebanus *Mardonium convivio excipit:* in quo nobilis Persa cum *Thersandro* Orchomenio sermonem habet de belli eventu. (16.) *Phocenses*, serius auxilia mittentes, miro modo excipit *Mardonius.* (17. 18.)

Graeci prope Erythras ex adverso Barbarorum castra capiunt. (19.) Equestri praelio cadit *Masistius*, praefectus equitum; super cuius cadavere acris oritur pugna, e qua inferiores discedunt Persae. (20-23.)

Masistii obitum publice lugent Persae. (24.) Graeci, commoditatis aquandi caussa, in *agrum Plataeensem* movent castra, ubi *Gargaphias* fons, et *Androcratis* herois fanum. (25.) *Tegeatae* et *Athenienses* de loco honorifico in acie obtinendo inter se multis verbis contendunt. (26 *seq.*) Ordo aciei Graecorum: *Aristides* dux Atheniensium. Numerus et armatura militum. (28 - 30.)

Mardonius Lacedaemoniis Persas, Atheniensibus Graecos secum militantes opponit. (31.) Enumerantur *populi*, qui *in Mardonii exercitu* fuerunt. (32.) Graecorum *aruspex Tisamenus* Eleus, pro mercede ius civitatis a *Spartanis* obtinet; *Melampodem* imitatus, qui regiam dignitatem ab *Argivis* mercedem postulaverat adeptusque erat. (33 *seq.*) Idem Tisamenus Spartanis auctor quinque victoriarum fuit. (35.) Proelio lacessere tam Graecos (*c.* 36.) quam Barbaros victimae prohibuerunt: nam et Mardonius aruspice Graeco usus est, *Hegesistrato* Eleo; qui antea e Spartanorum custodiâ, praecisâ sibi anteriore pedis parte, evaserat. (37.) *Mardonius*, occupatis *Cithaeronis* faucibus, commeatus intercipit Graecorum. (38 *seq.*) Idem morae impatiens, frustra renitente *Artabazo*, contemtisque extis, pugnae consilium init: (41. 42.) quod consilium noctu *Alexander* Macedo Graecis prodit. (44 *seq.*) *Bacidis* oraculum de *pugna Plataeensi*. (43.)

Graeci mutant aciem, ita ut *Athenienses*, loco *Lacedaemoniorum*, opponerentur *Persis*; mox vero, elusi a Persis, priorem ordinem restituunt: et *Spartanis* Mardonius ignaviam exprobrat. (46-48.) Praeluditur *pugnae Plataeensi* Barbarorum equitatu in Graecos misso, qui multum illis nocet, et Gargaphiam fontem obstruit. (49.) Ita Graecos, et aqua et commeatu exclusos, iubet *Pausanias* noctu castra mutare et *Oëroën* petere insulam, quam *Asopus* circumfluit. (50 *seq.*) Sed media Graecorum acies, inscio et invito Pausania, ipsas Plataeas petit; (52.) dextra vero acies (*Lacedaemonii* cum *Tegeatis*) et sinistra (*Athenienses*) per *Amompharetі* centurio-

nis Spartani pervicaciam ad diluculum usque retinentur; et tum demum iter versus locum constitutum, diversis quidem itineribus, ingrediuntur. (53-57.) *Mardonius* mire spernens hostem, quem fugisse putavit, tota acie dimicandum censet. (58.)

Committitur *pugna ad Plataeas*. Barbarorum omnis exercitus *Asopum* transit. (59.) *Lacedaemonii*, ab hoste pressi, (nec dum pugnantes ipsi quum nondum perlitassent,) *Athenienses* advocant; qui illis auxilio venire non possunt, ipsi cum alia parte hostium confligentes. (60 *seq.*) Tandem et *Lacedaemonii* in hostem vadunt, fitque praelium atrox; in quo *Mardonius* cadit; et Barbari in fugam vertuntur. (62-65.) *Artabazus* cum XL millibus in Phocidem aufugit. (66.) Ex Graecis, qui cum Persis fuere, nonnisi *Boeoti* fortiter pugnaverant: caeterum in solis *Persis* situs erat pugnae eventus. (67 *seq.*) Media Graecorum acies, re peracta, advenit: illorumque pars a Thebanis equitibus opprimitur. (69.) Expugnatis castris in quae se *Barbari* receperant, *prope ad internecionem* omnes *deleti* sunt; quum pauci ex Graecis cecidissent. (70.) Memorantur qui et e Barbaris et e Graecis fortissime pugnarunt: in his *Callicrates* Spartanus, et *Sophanes* Atheniensis ex pago *Decelea;* cuius pagi incolis, ob operam olim Tyndaridis praestitam, quum raptam a Theseo *Helenam* quaererent, in omne subsequens aevum eximius honos habetur a Lacedaemoniis. (71-75.)

Coa mulier captivitatem deprecatur apud Pausaniam. (76.) *Mantinenses* et *Elei* re confecta advenientes, duces suos exsilio mulctant. (77.) *Lamponis* Aeginetae consilium de *Mardonii* cadavere cum indignatione reiicit *Pausanias*. (78 *seq.*) *Praeda* ingens coacta et divisa: donaria diis missa. *Aeginetae* per *Hilotarum* imperitiam ditati. (80 *seq.*) *Luxuriosa Persarum coena* cum frugali Spartanorum collata. (82.) In *Persarum cadaveribus* mirabilia quaedam reperta. (83.) *Mardonii* cadaver clam subreptum. (84.) *Graecorum*, qui praelio ceciderunt, *prope Plataeas sepulcra*. Aliorum *cenotaphia*. (85.)

Graeci *Thebas* obsidentes, deposcunt auctores defectionis: *Attaginus* aufugit, *Timagenides* cum caeteris capite plectitur. (86-88.) *Artabazus* cum reliquiis copiarum in Asiam pervenit. (89.)

Pugna ad Mycalen. Graecos Deli sedentes orant *Samiorum legati*, ut *Ioniam* liberent; quorum precibus illi adnuunt, duce *Leotychide*, qui *Hegesistrati* legati nomen pro omine accepit. (90-92.) Aruspicem Graeci habuerunt *Deiphonum*; cuius pater *Euenius*, Apolloniata, ob male custoditas *sacras Soli oves* a civibus suis excaecatus, vaticinandi donum ab Apolline acceperat. (93-94.) Dum *Samum* navigant *Graeci*, classiarii *Xerxis*, relictâ insulâ, ad *Mycalen* promontorium, ubi pedestres regis copiae castra habebant, se recipiunt, et naves subductas vallo muniunt. (96 *seq.*) Insecutis Graecis, *Leotychides* primum Ionas, qui in regis exercitu erant, ad defectionem sollicitare conatus, mox milite in littus exposito aciem instruit: Persae vero Samiis arma demunt, et Milesios e castris dimittunt. (98 *seq.*) Interim *fama* divinitus accidit Graecis, *eodem die Mardonium in Boeotia victum esse.* (100 *seq.*) Fit *praelium atrox*, quo Barbari ingenti clade accepta in fugam vertuntur, caesis ducibus *Mardonte* et *Tigrane.* (102-104.) Laudantur quorum virtus inter Graecos eminuit. (105.) Classe Barbarorum castrisque incensis, praedâque divisâ, *Samum* revertuntur Graeci: ubi, deliberatione proposita de firmanda Ionum libertate, *Insulani* in foedus recepti sunt. (106.) Dum exercitus Persici reliquiae Sardes se recipiunt, in itinere *Masistes*, Xerxis frater, probra coniiciens in ducem Persarum *Artayntem*, prope abfuit ut ab illo interficeretur. (107.)

Xerxes, dum *Sardibus* moratur, amore captus est primum uxoris *Masistae* fratris, deinde illius filiae, quam suo filio *Dario* dedit uxorem; mox *Susa* profectus. (108.) Uxor Xerxis *Amestris*, ira et odio in matrem mulierculae converso, atrocissimam de Masistae uxore ultionem cepit. (109-112.) *Masistes* cum

filiis in Bactrianam se recepturus, in itinere a Xerxis militibus, ad eum persequendum missis, interfectus est. (113.)

Graeci cum classe in Hellespontum ad rescindendos pontes profecti, quum illos iam solutos reperissent, Peloponnesii domum redierunt; Athenienses *Sestum* oppugnarunt, quo magnus Persarum numerus confluxerat. (114 *seq.*) *Artayctes*, Sesto praefectus, dolosa accusatione decepto rege, thesauros in *Protesilai* fano servatos spoliaverat. (116.) Post diuturnam obsidionem fame compulsi Persae noctu profugiunt, et oppidani urbem *Atheniensibus* tradunt. (117 *seq.*) Fugientium pars a Thracibus interficiuntur: alii cum ipso Artaycte ab Atheniensibus capti: *Artayctes* in crucem actus. (119 *seq.*) His rebus gestis, Athenienses Graeciam repetunt. (121.) Artayctae illius progenitor *Artembares* fuit, quo praeeunte Cyrum rogaverant Persae, ut in molliore et fertiliore terra sedes adsignaret Persis; quibus ita *Cyrus* respondit, ut sapiente viro dignum erat. (122.)

ΗΡΟΔΟΤΟΥ ΤΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΗΣΣΗΟΣ

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΟΜΗΡΟΥ ΓΕΝΕΣΙΟΣ ΚΑΙ ΒΙΟΥΤΗΣ.

Ἡροδοτος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς περὶ Ὁμήρου γε- 1
νέσιος καὶ ἡλικίης καὶ βιοτῆς τάδε ἱστόρηκε, ζητήσας ἐπεξελθεῖν εἰς τὸ ἀτρεκέστατον. Ἐπεὶ γὰρ ἡ πάλαι Αἰολιῶτις Κύμη ἐκτίζετο, συνῆλθον ἐν ταυτῷ παντοδα-
5 πὰ ἔθνεα Ἑλληνικά, καὶ δὴ καὶ ἐκ Μαγνησίας, ἄλ-

HERODOTI HALICARNASSEI

[SI DEO PLACET]

DE GENERE VITAQUE HOMERI LIBELLUS.

[*Versio latina ex ed. Gronov. et Wess.*]

(1.) Herodotus Halicarnasseus de natalibus, aetate atque vita Homeri ista in historiam contulit, conatus quam verissime referre. Quum enim illa quondam Aeolum civitas Cyme conderetur, eodem cum aliae omnis Graeci generis gentes confluxerunt,

λοι τέ τινες, καὶ Μελάνωπος ὁ Ἰθαγενέος τοῦ Κρίθωνος, οὐ πολύφορτος, ἀλλὰ βραχέα τοῦ βίου ἔχων. οὗτος δὲ ὁ Μελάνωπος ἔγημεν ἐν τῇ Κύμῃ τὴν θυγατέρα Ὀμύρητος, καὶ αὐτῷ γίνεται ἐκ κοίτης θῆλυ τέκνον, ᾧ οὔνομα τίθεται Κριθηΐς. καὶ αὐτὸς μὲν ὁ Μελάνωπος καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἐτελεύτησαν τὸν βίον· τὴν δὲ θυγατέρα ἐπιτρέπει ἀνδρὶ ᾧ ἐχρῆτο μάλιστα, 2 Κλεάνακτι τῷ Ἀργείῳ. Χρόνου δὲ προϊόντος, συνέβη τὴν παῖδα μιγεῖσαν ἀνδρὶ λαθραίως, ἐν γαστρὶ σχεῖν. τὰ μὲν οὖν πρῶτα ἐλάνθανεν. ἐπεὶ δὲ ἤσθετο ὁ Κλεάναξ, ἤχθετο τῇ συμφορῇ, καὶ καλεσάμενος τὴν Κριθηΐδα χωρὶς πάντων, ἐν αἰτίᾳ μεγάλῃ εἶχεν, ἐπιλεγόμενος τὴν αἰσχύνην τὴν πρὸς τοὺς πολίτας· προβουλεύεται δὲ περὶ αὐτῆς τάδε. ἔτυχον οἱ Κυμαῖοι κτίζοντες

tum e Magnesia et alii, et inter hos Melanopus Ithagene Crithonis filio genitus, homo fortunae non perinde amplae, sed arctae et expeditae. Hic Melanopus in ista Cyme Omyretis filiam duxit uxorem; procreavitque inde femineam prolem, cui nomen indidit Critheidem. Et ipse Melanopus quidem unà cum uxore vita functus est, commissa interim filia Cleanactis Argivi tutelae, quo familiarissime uti consueverat. (2.) Porro tempore interiecto accidit, ut puella ista e furtivo concubitu praegnans fieret: id quod primo suppressum quum Cleanax rescivisset, vehementer rei indignitate commotus, Critheidem seorsum ad se arcessitam acerbe obiurgavit, commemorans quae futura esset apud populares infamia. Postremo huiusmodi quippiam de illa excogitat. Cymaei tum in Hermei sinus recessu aedificabant: civi-

784, 23.

τοῦ Ἑρμείου κόλπου τὸν μυχόν· κτιζομένοισι δὲ τὴν πόλιν Σμύρναν ἔθετο τὸ ὄνομα Θησεύς, μνημεῖον ἐθέλων καταστῆσαι τῆς ἑωϋτοῦ γυναικὸς ἐπώνυμον. ἦν γὰρ αὐτῇ τοὔνομα Σμύρνη. ὁ δὲ Θησεὺς ἦν τῶν τὴν Κύμην κτισάντων ἐν τοῖς πρώτοις Θεσσαλῶν, ἀπὸ Εὐμήλου τοῦ Ἀδμήτου, κάρτα εὖ ἔχων τοῦ βίου. ἐνθαῦτα ὑπεκτίθεται ὁ Κλεάναξ τὴν Κριθηίδα πρὸς Ἰσμηνίην τὸν Βοιώτιον τῶν ἀποίκων λελογχότα, ὃς ἔτυχεν αὐτῷ ἐὼν ἑταῖρος ταμάλιστα. Χρόνου δὲ προϊόντος ἐξελθοῦσα 3
ἡ Κριθηὶς μετ' ἄλλων γυναικῶν πρὸς ἑορτήν τινα ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν καλούμενον Μέλητα, ἤδη ἐπίτοκος οὖσα, τίκτει τὸν Ὅμηρον, οὐ τυφλὸν, ἀλλὰ δεδορκότα· β καὶ τίθεται ὄνομα τῷ παιδὶ Μελησιγενέα, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τὴν ἐπωνυμίαν λαβοῦσα. τέως μὲν οὖν ἡ Κριθηὶς ἦν παρὰ τῷ Ἰσμηνίᾳ· προϊόντος δὲ τοῦ χρό-

tati autem quae condebatur, nomen imposuit Smyrnam Theseus, ab uxoris nomine, cuius memoriam relinquere volebat. Hic Theseus ex primariis Thessalorum fuit, qui Cymen condiderant, ab Eumelo Admeti filio oriundus, vitae facultatibus apprime instructus. Clam exportatam huc Critheidem Cleanax Ismeniae Boeotio commisit, ex iis qui coloniam illuc duxerant, et in primis sibi amico. (3.) Progressu deinde temporis, Critheis cum aliis mulieribus ad festum quoddam egressa, iuxta fluvium Meletem, quum partui iam vicina esset, Homerum peperit, non caecum, sed videntem; nominavitque eum Melesigenem a fluvio. Quum autem apud Ismeniam Critheis antea diversata esset, ab eo digressa, manuaria industria se filiumque alebat, aliunde alia sus-

νου ἐξῆλθε, καὶ ἀπὸ ἐργασίης χειρῶν ὠρμημένη ἔτρεφε τὸ παιδίον καὶ ἑωϋτὴν, ἄλλοτε παρ' ἄλλων ἔργα λαμβάνουσα· καὶ ἐπαίδευσε τὸν παῖδα ἀφ' ὧν ἐδύνατο.

4 Ἦν δέ τις ἐν Σμύρνῃ τοῦτον τὸν χρόνον Φήμιος τοὔνομα, παῖδας γράμματα καὶ τὴν ἄλλην μουσικὴν διδάσκων πᾶσαν. οὗτος μισθοῦται τὴν Κριθηίδα, ὧν μονότροπος, ἐριουργῆσαι αὐτῷ ἐριά τινα ἃ παρὰ τῶν παίδων εἰς μισθοὺς ἐλάμβανεν. ἡ δὲ παρ' αὐτῷ εἰργάζετο, πολλῷ κοσμίῳ καὶ σωφροσύνῃ πολλῇ χρωμένη, καὶ τῷ Φημίῳ κάρτα ἠρέσκετο. τέλος δὲ προσηνέγκατο αὐτῇ λόγους, πείθων ἑωϋτῷ συνοικεῖν, ἄλλα τε πολλὰ λέγων οἷς μιν ᾤετο προσάξεσθαι, καὶ ἔτι περὶ τοῦ παιδὸς, υἱὸν ποιούμενος· καὶ ὅτι τραφεὶς καὶ παιδευθεὶς παρ' αὐτοῦ, ἄξιος λόγου ἔσται· ἑώρα γὰρ τὸν παῖδα ὄντα συνετὸν καὶ κάρτα εὐφυέα. ἐς τ' ἀνέπει-

cipiens opera; unde filium quoque quantum potuit, instituit. (4.) Erat autem eo tempore Smyrnae quidam nomine Phemius, qui iuventuti litteras musicenque aliam universam tradebat: hic quum esset solitarius, Critheidem conduxit, quae lanas quasdam ei pararet, quas a discipulis in mercedem acceperat. Illa vero in domo eius operabatur, multa elegantia multaque frugalitate utens, ut Phemio impense placeret: adeo ut tandem eam verbis ad coniugium solicitaret, referens cum alia multa quibus ei fidem facere putabat, tum praeterea de filio quem foret adoptaturus, qui liberaliter ab ipso altus institutusque vir egregius futurus esset. Siquidem hunc cernebat iam miram quandam et ingenii et indolis spem de se polliceri; donec persuasit illi

748, 53.

σεν αὐτὴν ποιεῖν ταῦτα. Ὁ παῖς δὲ ἦν τε φύσιν ἔχων ἀγαθὴν, ἐπιμελείας τε καὶ παιδεύσιος προσγινομένης, αὐτίκα πολλὸν τῶν πάντων ὑπερεῖχε. χρόνου δὲ ἐπιγενομένου ἀνδρούμενος, οὐδὲν τοῦ Φημίου ὑποδεέστερος ἦν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ. καὶ οὕτως ὁ Φήμιος ἐτελεύτησε τὸν βίον, καταλιπὼν πάντα τῷ παιδί. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον καὶ ἡ Κριθηὶς ἐτελεύτησεν. ὁ δὲ Μελησιγενὴς ἐπὶ τῇ διδασκαλίᾳ καθειστήκει. καθ' ἑωυτὸν δὲ γενόμενος, μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐωρᾶτο. καὶ αὐτοῦ θωυμασταὶ καθειστήκεισαν οἵ τε ἐγχώριοι καὶ τῶν ξένων οἱ ἐσαπικνεόμενοι. ἐμπόριον γὰρ ἦν ἡ Σμύρνη, καὶ σῖτος ἐξήγετο πολὺς αὐτόθι ἐκ τῆς ἐπικειμένης χώρας δαψιλέως κάρτα ἐσαγόμενος ἐς αὐτήν. οἱ οὖν ξένοι, ὁκότε παύσοιντο τῶν ἔργων, ἀπεσχόλαζον παρὰ τῷ Μελησιγενεῖ ἐγκαθίζοντες.

in hoc consentire. (5.) Melesigenes cum naturae bonitate praestans, tum cura accedente institutioneque, continuo omnes adolescentes multum antecessit: atque temporis progressu vir factus, nihilo erat ipso Phemio in doctrina inferior. Et quum Phemius vita functus universa ei legasset, non multo post Critheis quoque fato concedit. Melesigenes itaque ludo praefectus, suique iam iuris effectus, magnopere ab hominibus conspiciebatur, et in admiratione erat non apud suos modo, verum apud peregrinos etiam, qui illuc conveniebant. Erat enim Smyrna emporium celebre, unde frumenta e vicinis agris abunde convecta exportabantur. Peregrini igitur quum ab opere cessarent, Melesigeni libenter vacabant considentes.

6 Ἦν δὲ ἐν αὐτοῖς τότε καὶ Μέντης ναύκληρος, ἀπὸ τῶν περὶ Λευκάδα τόπων καταπεπλευκὼς ἐπὶ σῖτον, ἔχων ναῦν, πεπαιδευμένος τε ἀνὴρ ὡς ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ καὶ πολυίστωρ· ὃς μιν ἔπεισε τὸν Μελησιγενῆ μεθ' ἑαυτοῦ πλεῖν καταλύσαντα τὴν διδασκαλίαν, μισθόν τε λαμβάνοντα, καὶ τὰ δέοντα πάντα, καὶ ὅτι χώρας καὶ πόλιας θεήσασθαι ἄξιον εἴη αὐτῷ ἕως νέος ἐστί. καί μιν οἶομαι μάλιστα τούτοισι προαχθῆναι· ἴσως γὰρ καὶ τῇ ποιήσει τότε ἐπενόει ἐπιθήσεσθαι. καταλύσας δὲ τὴν διδασκαλίαν, ἐναυτίλλετο μετὰ τοῦ Μέντεω. καὶ ὅπου ἑκάστοτε ἀφίκοιτο, πάντα τὰ ἐπιχώρια διεωρᾶτο, καὶ ἱστορέων ἐπυνθάνετο. εἰκὸς δέ μιν ἦν
7 καὶ μνημόσυνα πάντων γράφεσθαι. Ἀνακομιζόμενοι δὲ ἐκ Τυρσηνίης καὶ τῆς Ἰβηρίης, ἀπικνέονται εἰς Ἰθά-

(6.) Commodum inter hos Mentes fuit nauclerus, qui e finibus Leucadis nave sua huc navigaverat propter frumenta, vir, quantum illa ferebant tempora, et eruditus, et multarum rerum notitia excellens. Hic Melesigeni persuasit, ut relicto ludo secum navigaret, accepturus et mercedem et omnia necessaria; et quod dum iuvenis esset, civitates regionesque spectare operae pretium illi fore duceret. Et per talia potissimum eum arbitror pellectum. Forsan enim quoque poësi iam animum admovere cogitabat. Proinde dissoluto ludo cum Mente navigavit: et quocunque locorum appellebat, studiose universa perrogabat, quae forent peculiaria, et inspiciens resciscebat; apparet etiam commentarios eum de singulis scripsisse. (7.) Porro quum ex Etruria et Hispania delati in Ithacam deveherentur, contigit

κην· καὶ τῷ Μελησιγενεῖ συνέβη, νοσήσαντι τοὺς ὀφθαλμοὺς, κάρτα δεινῶς ἔχειν, καὶ αὐτὸν θεραπείης εἵνεκα, πλεῖν μέλλων εἰς τὴν Λευκάδα, καταλιπεῖν ὁ Μέντης παρὰ ἀνδρὶ φίλῳ ἑωϋτοῦ ἐς τὰ μάλιστα Μέντορι τῷ Ἀλκίμου Ἰθακησίῳ, πολλὰ δεηθεὶς ἐπιμελίην ἔχειν· ἐπαναπλώσας δὲ, ἀναλήψεσθαι αὐτόν. ὁ δὲ Μέντωρ ἐνοσήλευσεν αὐτὸν ἐκτενέως. καὶ γὰρ τοῦ βίου ἀρκεόντως εἶχε, καὶ ἤκουεν εὖ ἐς δικαιοσύνην τε καὶ φιλοξενίην μακρῷ μάλιστα τῶν ἐν Ἰθάκῃ ἀνδρῶν. ἐνταῦθα συνέβη τῷ Μελησιγενεῖ περὶ Ὀδυσσέως ἐξιστορῆσαι καὶ πυθέσθαι. οἱ μὲν δὴ Ἰθακήσιοι λέγουσι, τότε μιν παρ' ἑωϋτοῖς τυφλωθῆναι· ὡς δὲ ἐγώ φημι, τότε μὲν ὑγιῆ γενέσθαι, ὕστερον δὲ ἐν Κολοφῶνι τυφλωθῆναι. συνομολογοῦσι δέ μοι καὶ Κολοφώνιοι τούτοις. Ὁ δὲ 8

Melesigenem oculis iam ante aegrum, extreme laborare: ita ut Mentes, in Leucadem traiecturus, eum medicinae caussa apud Mentorem Alcimi filium Ithacensem reliquerit, hominem sibi vehementer amicum; multis precibus adigens eundem quo Melesigenis curam haberet tantisper dum e Leucade revertens ipsum reciperet. Mentor vero aegrotantem Melesigenem sedulo curavit, vir nimirum facultatibus pollens: quique ob egregiam aequitatem hospitalitatemque ex Ithacensibus maxime praedicaretur. Atque hic accidit, ut de Ulysse multa Melesigenes percontando cognosceret. Narrantque ipsi Ithacenses, tum visum eum amisisse ibidem: atqui ego affirmare non dubitem, tum eundem convaluisse, at postea apud Colophonem prorsus caecum factum fuisse, id quod ipsi quoque Colophonii mecum fa-

Μέντης, ἀναπλέων ἐκ τῆς Λευκάδος προσέσχεν εἰς τὴν Ἰθάκην, καὶ ἀνέλαβε τὸν Μελησιγενέα· χρόνον τε ἐπὶ συχνὸν συμπεριέπλει αὐτῷ. ἀπικομένῳ δὲ ἐς Κολοφῶνα συνέβη πάλιν νοσήσαντα τοὺς ὀφθαλμοὺς, μὴ δύνασθαι διαφυγεῖν τὴν νόσον, ἀλλὰ τυφλωθῆναι ἐνταῦθα. ἐκ δὲ τῆς Κολοφῶνος τυφλὸς ἐὼν ἀπικνέεται εἰς τὴν Σμύρναν, καὶ οὕτως ἐπεχείρει τῇ ποιήσει.

9 Χρόνου δὲ προϊόντος ἐν τῇ Σμύρνῃ ἄπορος ἐὼν τοῦ βίου, διενοήθη ἀπικέσθαι ἐς Κύμην· πορευόμενος δὲ διὰ τοῦ Ἕρμου πεδίου, ἀπικνέεται ἐς Νέον τεῖχος, ἀποικίην Κυμαίων. ὠκίσθη δὲ τοῦτο τὸ χωρίον ὕστερον Κύμης ἔτεσιν ὀκτώ. ἐνταῦθα λέγεται αὐτὸν ἐπιστάντα ἐπὶ σκυτείου τι, εἰπεῖν πρῶτα τὰ ἔπεα τάδε·

tentur. (8.) At vero Mentes e Leucade Ithacam reversus, Melesigenem recepit, cum quo inde diu huc illuc circumnavigavit; donec Colophonem appellenti eveniret, ut vetere oculorum morbo tentatus, nequiverit eum effugere, sed visu privatus fuerit. E Colophone autem iam caecus Smyrnam remeans, ad poesin se convertit.

(9.) Tempore deinde interiecto, quum Smyrnae victu necessariisque destitueretur, constituit Cymen proficisci: commodumque transiens Hermi pratum, ad eum locum pervenit qui appellatur Novus murus, Cymaeorum coloniam: qui locus post Cymen conditus fuit annis octo. Hic memoratur Melesigenes apud coriarii officinam consistens, haec prima carmina pronunciavisse:

750, 13.

Αἰδεῖσθε ξενίων κεχρημένον ἠδὲ δόμοιο,
οἳ πόλιν αἰπεινὴν Κύμην Ἐριώπιδα κούρην
ναίετε, Σαρδήνης πόδα νείατον ὑψικόμοιο
ἀμβρόσιον πίνοντες ὕδωρ θείου ποταμοῖο
Ἕρμου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.

Ἡ δὲ Σαρδήνη, ὄρος ἐστὶν ὑπερκείμενον τοῦ τε Ἕρμου ποταμοῦ καὶ τοῦ Νέου τείχους. τῷ δὲ σκυτεῖ ὄνομα ἦν Τύχιος· ἀκούσαντι δὲ τῶν ἐπέων ἔδοξεν αὐτῷ δέξασθαι τὸν ἄνθρωπον. ἠλέησε γὰρ αἰτέοντα τυφλὸν, καὶ μετέξειν ἔφη τῶν παρεόντων. ὁ δὲ εἰσῆλθε. κατήμενος δὲ ἐν τῷ σκυτείῳ, παρεόντων καὶ ἄλλων, τήν τε ποίησιν αὐτοῖς ἐπεδείκνυτο, Ἀμφιάρεώ τε τὴν ἐξελασίαν τὴν ἐς Θήβας, καὶ τοὺς ὕμνους τοὺς ἐς θεοὺς πεποιημένους αὐτῷ· καὶ περὶ τῶν λεγομένων ὑπὸ τῶν παρεόντων ἐς τὸ μέσον γνώμας ἀποφαινόμενος, θωύματος ἄξιος ἐφαί-

Hospitium praebete viro profugoque vagoque,
qui sublimem urbem Cymen, Eriopida prolem,
radicem incolitis Sardenes alticomantis,
divini potatis aquam qui fluminis Hermi,
vorticibus torti, pater est cui Iuppiter ipse.

Sardena autem mons est imminens Hermo fluvio Novoque muro. At coriario illi nomen erat Tychio, cui continuo auditis versibus visum est hominem recipiendum: miseratus enim est mendicantem et oculis mulctatum, iussitque praesentibus secum frui. Ille fuit ingressus, et considens in sutrina, praesentibus etiam aliis, tum poësin suam ostendit, et Amphiarai in Thebas expeditionem, et hymnos quos in deos scripserat. Et quum de illis, quae edebantur ab praesentibus in medium, iudicaret, ac sensus suos

10 νετο εἶναι τοῖς ἀκούουσι. Τέως μὲν οὖν κατεῖχεν ὁ Μελησιγενὴς περὶ τὸ Νέον τεῖχος, ἀπὸ τῆς ποιήσιός γε τοῦ βίου τὴν μηχανὴν ἔχων. ἐδείκνυον δὲ οἱ Νεοτειχεῖς μέχρις ἐπ' ἐμοῦ τὸν χῶρον ἐν ᾧ κατίζων τῶν ἐπέων τὴν ἐπίδειξιν ἐποιέετο. καὶ κάρτα ἐσέβοντο τὸν τόπον. ἐν ᾧ καὶ αἴγειρος ἐπεφύκει, ἣν ἐκεῖνοι ἔφασαν, ἀφ' 11 οὗ ὁ Μελησιγενὴς ἦλθεν, αὐτοῖς πεφυκέναι. Χρόνου δὲ προϊόντος, ἀπόρως κείμενος, καὶ μόλις τὴν τροφὴν ἔχων, ἐπενοήθη εἰς τὴν Κύμην ἀπικέσθαι, εἴ τι βέλτιον πρήξει. μέλλων δὲ πορεύεσθαι, τάδε τὰ ἔπεα λέγει·

Αἶψα πόδες με φέροιεν ἐς αἰδοίων πόλιν ἀνδρῶν·
τῶν γὰρ καὶ θυμὸς πρόφρων καὶ μῆτις ἀρίστη.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Νέου τείχεος πορευόμενος, ἀπίκετο εἰς τὴν

proferret, in admiratione habitus est ab auscultantibus. (10.) Atque hactenus apud Novum murum agens e poësi victus subsidia habebat: ostenduntque ad mea usque tempora Neoteichenses locum, ubi sedens carmina sua exhibuerit, eumque in magna habent veneratione, ubi etiam populus arbor crevit, quam ab Melesigenis adventu in eo dixerunt natam esse. (11.) Porro egestate postea adactus, quum vix alimenta haberet, statuit Cymen ad feliciorem successum reverti. Iturusque haec pronunciat carmina,

Vos me hominum rapide plantae portetis in urbem,
quorum animus promtus, pollent qui mente sagaci.

E Novo igitur muro proficiscens venit Cymam, per

750, 44.

Κύμην, διὰ Λαρίσσης τὴν πορείαν ποιησάμενος· ἦν γὰρ οὕτως αὐτῷ εὐπορώτατον, καὶ, ὡς Κυμαῖοι λέγουσι, τῷ Φρυγίης βασιλῆϊ Μίδῃ τῷ Γορδίεω, δεηθέντων πενθερῶν αὐτοῦ, ποιεῖ καὶ ἐπίγραμμα τόδε, τὸ ἔτι καὶ νῦν ἐπὶ τῆς στήλης τοῦ μνήματος τοῦ Γορδίεω ἐπιγέγραπται·

Χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, Μίδου δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι·
ἔστ' ἂν ὕδωρ τε ῥέῃ, καὶ δένδρεα μακρὰ τεθήλῃ,
ἠέλιός τ' ἀνιὼν λάμπῃ, λαμπρά τε σελήνη,
καὶ ποταμοί γε ῥέωσιν, ἀνακλύζῃ δὲ θάλασσα,
αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύτου ἐπὶ τύμβου,
ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδης ὅτι τῇδε τέθαπται.

Κατίζων δὲ ἐν ταῖς λέσχαις τῶν γερόντων ἐν τῇ Κύμῃ ὁ Μελησιγενὴς τὰ ἔπεα τὰ πεποιημένα αὐτῷ ἐπε- 12

Larissam itinere facto, utpote facillimo: et, ut Cymaei narrant, flagitantibus eius soceris, epigramma hoc scripsit Midae, Phrygiae regi, Gordii filio, id quod etiam nunc in cippo monumenti Gordii inscriptum extat:

Aenea sum virgo, Midae quae incumbo sepulcro:
dum fluit unda levis, sublimis nascitur arbor,
dum sol exoriens et splendida luna relucet,
dum fluvii labuntur, inundant litora fluctus,
hic constanter ago, lacrymasque in marmore tincto
fixa, Midam moneo tumulatum hic, chare viator.

(12.) Cymae igitur in senum conventiculis carmina quae fecerat ostentabat, colloquiique suavitate

δείκνυτο, καὶ ἐν τοῖς λόγοις ἕτερπε τοὺς ἀκούοντας· καὶ αὐτοῦ θωϋμασταὶ καθειστήκεισαν. γνοὺς δὲ ὅτι ἀποδέκονται αὐτοῦ τὴν ποίησιν οἱ Κυμαῖοι, καὶ εἰς συνήθειαν ἕλκων τοὺς ἀκούοντας, λόγους πρὸς αὐτοὺς τοιούσδε προσήνεγκε, λέγων· ὡς, εἰ θέλοιεν αὐτὸν δημοσίᾳ τρέφειν, ἐπικλεεστάτην αὐτῶν τὴν πόλιν ποιήσει. τοῖς δὲ ἀκούουσι, βουλομένοις τε ἦν ταῦτα, καὶ αὐτοὶ παρήνεον ἐλθόντα ἐπὶ τὴν βουλὴν δεηθῆναι τῶν βουλευτέων· καὶ αὐτοὶ ἔφασαν συμπρήξειν. ὁ δὲ ἐπείθετο αὐτοῖς, καὶ βουλῆς συλλεγομένης ἐλθὼν ἐπὶ τὸ βουλεῖον, ἐδεῖτο τοῦ ἐπὶ τῇ τιμῇ ταύτῃ καθεστῶτος, ἀπαγαγεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὴν βουλήν. ὁ δὲ ὑπεδέξατό τε, καὶ, ἐπεὶ καιρὸς ἦν, ἀπήγαγε. καταστὰς δὲ ὁ Μελησιγενὴς ἔλεξε περὶ τῆς τροφῆς τὸν λόγον ὃν καὶ ἐν ταῖς
13 λέσχαις ἔλεγεν. ὡς δὲ εἶπεν, ἐξελθὼν ἐκάθητο. Οἱ δὲ

ausoultantes oblectans, etiam in sui admirationem pertrahebat. Intelligens igitur Cymaeos poësin suam grate recipere, et in consuetudinem audientes ducens, postremo huiusmodi conditionem proponit, dicens si publice eum alere vellent, se civitatem illorum celeberrimam redditurum. Qui praesentes haec audiebant, probabant; addentes se quoque adiuturos, si petitionem suam ad senatum referret, quod hortabantur eum facere. Melesigenes his verbis erectus, collecto senatu in curiam processit; rogatoque eo cuius id muneris erat, ut in senatum duceretur, ille nihil recusans, ubi opportunum erat, hominem deduxit. Hic consistens Melesigenes, eadem verba de alimentis habuit in senatu quae paulo ante in conventiculis proposuerat. Ubi dixisset, egressus

751, 77.

ἐβουλεύοντο ὅ τι χρεὼν εἴη ἀποκρίνασθαι αὐτῷ. προβουμαυμένου δὲ τοῦ ἀπάγοντος αὐτὸν, καὶ ἄλλων ὅσοι τῶν βουλευτέων ἐν ταῖς λέσχαις ἐπήκοοι ἐγένοντο, τῶν βουλευτέων ἕνα λέγεται ἐναντιωθῆναι τῇ χρήμῃ αὐτοῦ, ἄλλα τε πολλὰ λέγοντα, καὶ ὡς εἰ τοὺς ὁμήρους δόξει τρέφειν αὐτοῖς, ὄμιλον πολλόν τε καὶ ἀχρεῖον ἕξουσιν. ἐντεῦθεν δὲ καὶ τοὔνομα Ὁμηρος ἐπεκράτησε τῷ Μελησιγενεῖ ἀπὸ τῆς συμφορῆς· οἱ γὰρ Κυμαῖοι τοὺς τυφλοὺς ὁμήρους λέγουσιν· ὥστε, πρότερον ὀνομαζομένου αὐτοῦ Μελησιγένεος, τοῦτο γενέσθαι τοὔνομα Ὁμηρος· καὶ οἱ ξένοι διήνεγκαν, ὅτι μνήμην αὐτοῦ ἐποιοῦντο. Ἐτελεύτα δ' οὖν ὁ λόγος τῷ ἄρχοντι, μὴ τρέφειν τὸν Ὁμηρον, ἔδοξε δέ πως καὶ τῇ ἄλλῃ βουλῇ. ἐπελθὼν δὲ ὁ ἐπιστάτης καὶ παρεζόμενος αὐτῷ 14

sedebat. (13.) Dum autem senatores agitarent quidnam par esset homini respondere, visumque esset cum ei qui deduxerat, tum aliis senatoribus quotquot in conventiculis eum audierant, petitionem admittendam: unus tantum e senatoribus refertur Melesigenis postulatis calculo suo repugnasse, interque alia multa, haec quoque commemorasse: si semel ὁμήρους, hoc est, *caecos*, alendos susciperent, futurum esse, ut turbam et multam et inutilem haberent. Atque hinc primum *Homeri* nomen Melesigeni inditum est, ab isto casu: nam Cymaei caecos ὁμήρους appellant. Iamque inde, qui prius *Melesigenes*, nomen obtinuit *Homerus:* et extranei illud evulgarunt, quum mentionem eius facerent. (14.) Itaque terminata est deliberatio ab magistratu, non alere Homerum, placuitque id fere caetero senatui. Acce-

διηγήσατο τοὺς ἐναντιωθέντας λόγους τῇ χρήμῃ αὐτου, καὶ τὰ δόξαντα τῇ βουλῇ. Ὁ δὲ, ὡς ἤκουσεν, ἐσυμφόρησέ τε καὶ λέγει τὰ ἔπεα τάδε·

Οἴη μ' αἴσῃ δῶκε πατὴρ Ζεὺς κύρμα γενέσθαι,
νήπιον αἰδοίης ἐπὶ γούνασι μητρὸς ἀτάλλων,
ἣν ποτ' ἐπύργωσαν βουλῇ Διὸς αἰγιόχοιο
λαοὶ Φρίκωνος, μάργων ἐπιβήτορες ἵππων,
ὁπλότεροι μαλερῆο πυρὸς κρίνοντες Ἄρηα,
Αἰολίδα Σμύρνην ἀλιγείτονα ποτνιάνακτον·
ἣν τε δι' ἀγλαὸν εἶσιν ὕδωρ ἱερῆο Μέλητος.
Ἔνθεν ἀπορνύμεναι κοῦραι Διὸς, ἀγλαὰ τέκνα,
ἠθελέτην κλῄσαι δῖαν χθόνα καὶ πόλιν ἀνδρῶν·
οἱ δ' ἀπανηνάσθην ἱερὴν ὄπα, Φημὶ ἀοιδήν.
Ἀφραδίῃ τῶν μέν τε παθών τις φράσσεται αὖθις,

dens autem praefectus et adsidens ipsi enarravit contrarias petitioni eius sententias et consulta senatus: utque audiit, his versibus calamitatem suam deplorabat:

Hei mihi quam fatum dat Iuppiter almus iniquum.
Infanti mihi lac venerandae ex ubere matris
praebuit, Aeolicae Smyrnae, quam Martia quondam
gens Phriconitis, certamine fortis equestri,
condidit ad pelagus, praeterlabente Melete.
Docta Iovis proles mecum hinc digressa volebat
carminibus celebrare urbem quam nomine dicunt
Cymam, quosque viros intra sua moenia claudit.
Illi audire sacrae spreverunt carmina vocis.
Sed quicunque mihi cladem exitiumque paravit,

752, 9.

ὃς σφιν ὀνειδείησιν ἐμὸν διεμήσατο πότμον.
Κῆρα δ' ἐγὼ, τήν μοι θεὸς ὤπασε γεινομένῳ περ,
τλήσομαι ἀχράαντα Φέρων τετληότι θυμῷ.
Οὐ δέ τι μοι φίλα γυῖα μένειν ἱεραῖς ἐν ἀγυιαῖς
Κύμης ὁρμαίνουσι, μέγας δέ με θυμὸς ἐπείγει
δῆμον ἐς ἀλλοδαπῶν ἰέναι, ὀλίγον περ ἐόντα.
Μετὰ τοῦτο ἀπαλλάσσεται ἐκ τῆς Κύμης ἐς Φωκαίην, Κυμαίοις ἐπαρησάμενος μηδένα ποιητὴν δόκιμον ἐν τῇ χώρᾳ γενέσθαι ὅς τις Κυμαίους ἐπαγλαϊεῖ. Ἀπικόμενος δὲ ἐς Φωκαίην, τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἐβιότευσεν, ἔπεα ἐνδεικνύμενος ἐν ταῖς λέσχαις κατίζων. ἐν δὲ τῇ Φωκαίῃ τοῦτον τὸν χρόνον Θεστορίδης τὶς ἦν γράμματα διδάσκων τοὺς παῖδας, ἀνὴρ οὐ κρήγυος· καταγνόησας δὲ τοῦ Ὁμήρου τὴν ποίησιν, λόγους τοιούσδε αὐ-

non impune feret laeva quod mente volutat.
At mihi quam dederint nascenti numina sortem,
aegro animo quamvis certum est perferre patique.
Sed iam per sacrae vestigia ponere Cymae
compita non suadet mihi mens, potiusque remota
inque peregrina sedem mihi quaerere terra.

(15.) Cyma deinde abiens Phocaeam contendit, imprecans interim Cymaeis, ne quis unquam insignis poëta in illa regione existeret qui Cymaeos celebraret. Phocaeae autem eodem modo victum paravit, in conventiculis passim carmina sua ostentans et considens. Erat autem eo tempore in illa Thestorides quidam, qui pueros litteras docebat, homo fidei parum probatae. Hic considerata Homeri poë-

τῷ προσήνεγκε, φὰς ἕτοιμος εἶναι θεραπεύειν καὶ τρέφειν αὐτὸν ἀναλαβών, εἰ ἐθέλοι ἄγε πεποιημένα εἴη αὐτῷ τῶν ἐπέων ἀναγράψασθαι, καὶ ἄλλα ποιῶν, πρὸς ἑωυτὸν ἀναφέρειν αἰεί. Τῷ δὲ Ὁμήρῳ ἀκούσαντι, ἔδοξε ποιητέα εἶναι ταῦτα· ἐνδεὴς γὰρ ἦν τῶν ἀναγκαίων καὶ θεραπείης. διατρίβων δὲ παρὰ τῷ Θεστορίδῃ, ποιεῖ Ἰλιάδα τὴν ἐλάσσω, ἧς ἡ ἀρχή·

Ἴλιον αἰείδω καὶ Δαρδανίην ἐύπωλον,
ἧς πέρι πολλὰ πάθον Δαναοὶ, θεράποντες Ἄρηος·

καὶ τὴν καλουμένην Φωκαΐδα, ἣν φασιν οἱ Φωκαεῖς Ὁμήρου παρ' αὐτοῖσι ποιῆσαι. Ἐπεὶ δὲ τήν τε Φωκαΐδα καὶ τἄλλα πάντα παρὰ τοῦ Ὁμήρου ὁ Θεστορίδης ἐγράψατο, διενοήθη ἐκ τῆς Φωκαίης ἀπαλλάσσεσθαι,

si, huiusmodi verbis eum compellavit, paratum se inquiens et ministrare ei, et victum suppeditare, si carmina quae meditatus esset, describere pateretur, et alia subinde faciens, ad se deferret. (16.) Homerus, iam ministerii alicuius atque adeo necessariorum indigens, recipiendam hanc conditionem putavit: commoratusque apud Thestoridem, minorem illam facit Iliadem, cuius initium est,

Troiam et Dardaniam canto, quae mater equorum,
quae Danais Mavorte satis mala plurima vexit.

Phocaidem quoque quam vocant, Phocaeenses apud se conditam ab Homero aiunt. Iam vero Thestorides, ubi Phocaidem atque alia omnia ab Homero communicata descripsisset, constituit e Phocaea discedere, Homerique poësin pro sua venditare. Unde.

752, 36.

τὴν ποίησιν θέλων τοῦ Ὁμήρου ἐξιδιώσασθαι· καὶ οὐκ ἔτι ὁμοίως ἐν ἐπιμελείᾳ εἶχε τὸν Ὅμηρον. ὁ δὲ λέγει αὐτῷ ἔπεα τάδε·

Θεστορίδης, θνητοῖσιν ἀνωΐστων πολέων περ,
οὐδὲν ἀφραστότερον πέλεται νόου ἀνθρώποισιν.

Ὁ μὲν δὴ Θεστορίδης ἐκ τῆς Φωκαίης ἀπηλλάγη ἐς τὴν Χίον, καὶ διδασκαλίην κατεσκευάσατο· καὶ τὰ ἔπεα ἐπιδεικνύμενος ὡς ἑωϋτοῦ ἐόντα, ἔπαινόν τε πολλὸν εἶχε καὶ ὠφελεῖτο· ὁ δὲ Ὅμηρος πάλιν τὸν αὐτὸν τρόπον διητᾶτο ἐν τῇ Φωκαίῃ, ἀπὸ τῆς ποιήσιος τὴν βιοτὴν ἔχων. Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ μετέπειτα ἄνδρες Χῖοι ἔμ- 17
ποροι ἀπίκοντο ἐς τὴν Φωκαίην· ἀκούσαντες δὲ τῶν ἐπέων τοῦ Ὁμήρου ἃ πρότερον ἀκηκόεσαν πολλάκις ἐν τῇ Χίῳ τοῦ Θεστορίδεω, ἐξήγγελλον ὅτι ἐν τῇ Χίῳ τὶς ἐπιδεικνύμενος τὰ ἔπεα ταῦτα γραμμάτων διδά-

factum, ut quum Homeri non perinde curam haberet, ille ad Thestoridem huiusmodi sit usus disticho:

Thestoride, ex multis, mortalibus abdita quae sunt,
mens habet in primis caecos humana recessus.

Thestorides igitur ex Phocaea Chium concessit: ubi erecto ludo, carmina illa pro suis evulgans, egregiam simul laudem sibi paravit et fructum. Porro Homerus iterum pristino more vivere pergebat apud Phocaeenses, e poësi victum habens. (17.) Tempore deinde non multo, viri aliquot e Chio mercatores Phocaeam veniunt; et audientes Homeri carmina quae antea saepius in Chio a Thestoride audierant, indicabant in Chio haec ipsa a quodam

σκαλος, κάρτα πολλὸν ἔπαινον ἔχει. ὁ δὲ Ὅμηρος κατενόησεν ὅτι Θεστορίδης ἂν εἴη, καὶ παντὶ θυμῷ ἐσπούδαζεν εἰς τὴν Χίον ἀπικέσθαι. καταβὰς δὲ ἐπὶ τὸν λιμένα, ἐς μὲν τὴν Χίον οὐ καταλαμβάνει οὐδὲν πλοῖον πλέον, ἐς δὲ τὴν Ἐρυθραίην τινὲς ἐπὶ ξύλου παρεσκευάζοντο πλεῖν. καλῶς δὲ εἶχε τῷ Ὁμήρῳ δι' Ἐρυθραίης τὸν πλοῦν ποιήσασθαι. καὶ προσελθὼν ἔχρῃζε παρὰ τῶν ναυτέων δέξασθαι αὐτὸν σύμπλουν, πολλά τε καὶ προσαγωγὰ λέγων οἷς σφέας ἔμελλε πείσειν. τοῖς δὲ ἔδοξε δέξασθαι αὐτόν· καὶ ἐκέλευον ἐσβαίνειν εἰς τὸ πλοῖον. ὁ δὲ Ὅμηρος πολλὰ ἐπαινέσας αὐτοὺς, ἐσέβη· καὶ ἐπεὶ ἕζετο, λέγει τὰ ἔπεα τάδε·

Κλῦθι Ποσειδάων μεγαλοσθενὲς ἐννοσίγαιε,
εὐρυχόρου μεδέων ἠδὲ ξανθοῦ Ἑλικῶνος.

ludimagistro pro suis cum magno fructu ostentari. Homerus intelligens continuo Thestoridem esse, toto studio properabat in Chium transmittere. Et quum portum adiisset, neque offendisset navem quae illuc traiiceret, essent autem qui ob ligna in Erythraeam solvere pararent, belle convenire videbatur, si per Erythraeam iter faceret. Accedens igitur nautas, oravit ut comitem se navigationis reciperent, multis blandisque usus verbis, quibus quod desideraret persuaderet. Nautae admittentes hominis preces, iusserunt navem eum conscendere. Quo impetrato Homerus considens in navi, his versibus nautis bene precatur,

Audi qui pelagus valido Neptune tridenti
imperioque regis, spatiosaque culta Heliconis:

Δὸς δ' οὖρον καλὸν, καὶ ἀπήμονα νόστον ἱκέσθαι
ναύταις, οἳ νηὸς πομποὶ ἠδ' ἀρχοὶ ἔασι.
δὸς δ' ἐς ὑπωρείαν ὑψικρήμνοιο Μίμαντος
αἰδοίων μ' ἐλθόντα βροτῶν ὁσίων γε κυρῆσαι.
φῶτά τε τισαίμην, ὃς ἐμὸν νόον ἠπεροπεύσας,
ὠδύσατο Ζῆνα ξένιον ξενίην τε τραπέζην.

Ἐπεὶ δὲ ἀπίκοντο εὐπλοήσαντες ἐς τὴν Ἐρυθραίην, τότε 18
Ὅμηρος τὴν αὖλιν ἐπὶ τῷ πλοίῳ ἐποιήσατο· τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἔχρῃζε τῶν ναυτέων τινὰ ἡγήσασθαι αὐτῷ ἐς τὴν πόλιν. οἱ δὲ συνέπεμψαν ἕνα αὐτῶν. πορευόμενος δὲ Ὅμηρος ἐπεὶ ἔτυχε τῆς Ἐρυθραίης, τραχείης καὶ ὀρεινῆς ἐούσης, φθέγγεται τάδε τὰ ἔπεα·

Πότνια γῆ, πάνδωρε, δότειρα μελιφρόνος ὄλβου,
ὡς ἄρα δὴ τοῖς μὲν φωτῶν εὐοχθος ἐτύχθης,

da precor his nautis reditum, ventosque secundos,
qui mihi sunt comites placidi, navisque magistri:
at mihi da misero sacram contingere terram,
aërius qua parte Mimas ad sidera surgit,
inde hominis iusti me fac succedere tectis,
ulciscique virum qui me improbitate fefellit,
laesit et hospitii sacra iura Iovemque benignum.

(18.) Ubi autem secundo vento Erythraeam appulissent, Homerus in navi diversatus est: postero autem die rogavit, ut nautarum aliquis ad urbem eum duceret. Illi unum e suis simul miserunt. Quumque iam pergendo ad Erythraeam appropinquasset, quae est aspera atque montosa, in haec prorupit carmina:

O sacra multorum largitrix terra bonorum,
quam tu plana aliis et parte aequalis ab omni;

τοῖσι δὲ δύσβωλος καὶ τρηχεῖ οἷς ἐχολώθης.
Ἀπικόμενος δὲ ἐς τὴν πόλιν τῶν Ἐρυθραίων ἐπηρώτησε περὶ τοῦ ἐς τὴν Χίον πλοῦ· καί τινος προσελθόντος αὐτῷ τῶν ἰωρακότων ἐν τῇ Φωκαίῃ, καὶ ἀσπασαμένου, ἔχρηζεν αὐτοῦ συνεξευρεῖν αὐτῷ πλεῖον, ὅπως ἂν εἰς
19 τὴν Χίον διαβαίη. Ἐκ μὲν δὴ τοῦ λιμένος οὐδὲν ἦν ἀπόστολον, ἄγει δὲ αὐτὸν ἔνθα τῶν αἰλιέων τὰ πλοῖα ἁρμίζεται. καί πως ἐντυγχάνει μέλλουσί τισι διαπλεῖν ἐς τὴν Χίον, ὧν ἐδέετο προσελθὼν ὁ ἄγων αὐτὸν ἀναλαβεῖν τὸν Ὅμηρον. οἱ δὲ, οὐδένα λόγον ποιησάμενοι, ἀνήγοντο· ὁ δὲ Ὅμηρος φθέγγεται τάδε τὰ ἔπεα·

Ναῦται ποντοπόροι, στυγερῇ ἐναλίγκιοι ἄτῃ,
πτωκάσιν αἰθυίῃσι βίον δύσζηλον ἔχοντες,
αἰδεῖσθε ξενίοιο Διὸς σέβας ὑψιμέδοντος.

aspera contra aliis, in quos converteris iram.
Ingressus deinde Erythraeorum urbem, percontatur de navigatione versus Chium. Et quum forte quidam occurrisset salutaturus, qui eum in Phocaea viderat, ab hoc contendit ut secum dispiceret sicubi navis esset qua in Chium transmitteret. (19.) Et quum in portu nullum esset traiecticium navigium, ille Homerum ad eum locum ducit, ubi piscatoriae naviculae stationem habebant. Et forte fortuna incidit in quosdam in Chium traiecturos. Hos adiens ille qui ducebat eum, precatus est ut Homerum acciperent. Verum illi nulla ratione eius habita solverunt. Homerus autem haec cecinit carmina:

Infidi nautae, gens diris tristior ipsis,
saeva quibus veluti mergis dant aequora victum,
acriter a vobis Iovis hospitis ara colatur.

753, 97.

δεινὴ γὰρ μέτ' ὄπις ξενίου Διὸς, ὃς κ' ἀλίτηται.

'Αναχθεῖσι δὲ αὐτοῖς συνέβη, ἐναντίου ἀνέμου γενομένου, παλινδρομῆσαι, καὶ ἐς τὸ χωρίον ἀναδραμεῖν ὅθεν ἀνηγάγοντο, καὶ τὸν Ὅμηρον ἀναλαβεῖν καθήμενον ἐπὶ τῆς κυματωγῆς. μαθὼν δὲ αὐτοὺς πεπαλινδρομηκότας ἔλεξε τάδε· „Ὑμᾶς, ὦ ξένοι, ἔλαβεν ὁ ἄνεμος ἀντίος „γενόμενος· ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν με δέξασθε, καὶ ὁ πλοῦς „ὑμῖν ἔσται." οἱ δ' ἁλιεῖς, ἐν μεταμελείᾳ γενόμενοι ὅτι οὐ πρότερον ἐδέξανσο, εἰπόντες ὅτι οὐ καταλιμπάνουσιν ἣν ἐθέλοι συμπλεῖν, ἐκέλευον ἐσβαίνειν· καὶ οὕτως ἀναλαβόντες αὐτὸν ἀνήχθησαν, καὶ ἴσχουσιν ἐπ' ἀκτῆς. Οἱ μὲν δὴ ἁλιεῖς πρὸς ἔργον ἐτράπησαν· ὁ δὲ Ὅμηρος τὴν νύκτα ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ κατέμεινε, τὴν δὲ ἡμέραν πορευόμενος, καὶ πλανώμενος, ἀπίκετο εἰς τὸ χω-

Tristis enim vultus Iovis est, poenaeque paratae,
his quibus hospitii non est pia tessera curae.

At vero in altum iam provectis contigit, ut adverso vento rapti, eodem unde solverant recurrerent, ubi etiamdum Homerum in litoris crepidine considentem offenderunt; qui cognito navis recursu, hunc in modum eos alloquitur: *Vos, o peregrini, ventus adversus excepit; sed me nunc quoque admittite, et secunda vobis navigatio erit.* Piscatores autem, poenitentia ducti quod prius hominem non receperant, testatique se non relicturos eum si velit simul navigare, iubent navem conscendere. Recepto Homero vela faciunt, et iter peragunt. (20.) Quibus ad sua opera digressis, Homerus in litore ea nocte mansit. Ubi diluxit, itineri se accingens oberransque, ad eum locum pervenit qui ap-

ρίον ὁ Πίτυς καλεῖται. κἀνταῦθα αὐτῷ ἀναπαυομένῳ τὴν νύκτα, ἐπιπίπτει καρπὸς τῆς πίτυος, ὃν δὴ μετεξ- 5 έτεροι στρόβιλον, οἱ δὲ κῶνον καλέουσιν. ὁ δὲ Ὅμηρος φθέγγεται τὰ ἕπεα τάδε·

Ἄλλη τίς σου πεύκη ἀμείνονα καρπὸν ἴησιν
Ἰδης ἐν κορυφῇσι πολυπτύχου ἠνεμοέσσης,
ἔνθα σίδηρος Ἄρηος ἐπιχθονίοισι βροτοῖσιν 10
ἔσσεται, εὖτ' ἂν μιν Κεβρήνιοι ἄνδρες ἔχωσι.

τὰ δὲ Κεβρήνια τοῦτον τὸν χρόνον κτίζειν οἱ Κυμαῖοι παρεσκευάζοντο πρὸς τῇ Ἰδῃ, καὶ γίνεται αὐτόθι σί-
21 δηρος. Ἐντεῦθεν ἀναστὰς Ὅμηρος ἐπορεύετο κατὰ φωνήν τινα αἰγῶν νεμομένων. ὡς δὲ ὑλάκτεον αὐτὸν οἱ κύνες, ἀνέκραγεν. ὁ δὲ Γλαῦκος ὡς ἤκουσε τῆς φωνῆς, ἦν γὰρ τοῦτο ὄνομα τῷ νέμοντι τὰς αἶγας, ἐπέδραμεν ὀτραλέως, τάς τε κύνας ἀνεκαλεῖτο, καὶ ἀπε- 5 σόβησεν ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου. ἐπὶ πολὺν δὲ χρόνον ἐν θωΰ-

pellatur Pinus: illicque quiescenti per noctem pini fructus est illapsus, quem aliqui στρόβιλον, alii κῶνον appellant. Homerus autem hos cecinit versus:

Funduntur fructus alia magis arbore dulces,
quam fovet umbrosis felix in collibus Ida:
hinc ferrum veniet Martis validaeque secures,
his ubi consistet campis Cebrenia pubes.

Eo enim tempore Cymaei Cebrenia ad Idam montem aedificare parabant, unde ferrum effoditur. (21.) Ceterum illinc abiens Homerus, vocem caprarum ibidem pascentium sequutus, in canes incidit; qui quum adlatrarent, vociferabatur. Quod audiens Glaucus, id enim erat caprario nomen, accurrit festinanter, revocatosque canes, ab Homero excussit. Atque ubi

754, 27.

μᾶτι ἦν, ὅκως τυφλὸς ὢν, μόνος ἀπίκοιτο ἐς τοιούτους χώρους, καὶ ὅ τι θέλων· προσελθὼν τε μιν ἱστόρεεν ὅστις τε ἦν, καὶ τίνι τρόπῳ ἀπίκοιτο ἐς τόπους ἀοικήτους καὶ ἀστιβέα χωρία, καὶ τίνος κεχρημένος εἴη. Ὁ δὲ Ὅμηρος, αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἑωϋτοῦ πάθην καταλεγόμενος, εἰς οἶκτον προηγάγετο. ἦν γὰρ, ὡς ἔοικεν, οὐδ' ἀγνώμων ὁ Γλαῦκος. ἀναλαβὼν δὲ αὐτὸν ἀνήγαγεν ἐπὶ τὸν σταθμόν· πῦρ τε ἀνακαύσας, δεῖπνον παρασκευάζει, καὶ παραθεὶς, δειπνεῖν ἐκέλευεν ὁ Γλαῦκος. Τῶν δὲ κυνῶν μὴ ἐσθιόντων, καὶ ὑλακτούντων δειπνοῦντα, καθάπερ εἰώθεσαν, λέγει πρὸς τὸν Γλαῦκον Ὅμηρος τὰ ἔπεα τάδε· 22

Γλαῦκε πέπον, ἐπιὼν τὸ ἔπος τὸ ἐνὶ Φρεσὶ θήσω·
πρῶτον μὲν κυσὶ δεῖπνον ἐπ' αὐλείῃσι θύρῃσι

diu admiratus fuisset, quod nimirum caecus existens solus eo locorum pervenisset et quid vellet, tandem accedens rogabat quisnam esset quibusque modis ad inhabitata illa et non calcata loca divertisset, et cuius rei indigens. Homerus, omnem suam calamitatem commemorans, ad commiserationem Glaucum pertraxit: siquidem homo erat, ut apparet, cordatus. Excipiens igitur Homerum, ad suum deduxit tugurium, incensoque igne coenam instruxit: qua apposita iussit coenare hospitem. (22.) At vero quum canes a cibo abstinentes non cessarent suo more coenitantem adlatrare, Homerus Glaucum his versibus alloquitur:

Glauce, precor, paucis me audi, pareque monenti:
prae foribus stabuli canibus sua fercula primum

δοῦναι· ὡς γὰρ ἄμεινον. ὁ γὰρ καὶ πρῶτον ἀκούει ἀνδρὸς ἐπερχομένου, καὶ ἐς ἕρκεα θηρὸς ἰόντος.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ Γλαῦκος, ἥσθη τῇ παραινέσει, καὶ ἐν θωύματι εἶχεν αὐτόν. δειπνήσαντες δὲ, διὰ λόγων ἐστιῶντο. ἀπηγεομένου δὲ Ὁμήρου τήν τε πλάνην τὴν ἑωϋτοῦ καὶ τὰς πόλεις ἃς ἐσαπίκοιτο, ἔκπληκτος ἦν ὁ Γλαῦκος ἀκούων. καὶ τότε μὲν, ἐπεὶ ὥρη κοίτου ἦν, 23 ἀνεπαύετο. Τῇ δ' ὑστεραίῃ διενοήθη ὁ Γλαῦκος πρὸς τὸν δεσπότην πορευθῆναι, σημανέων τὰ περὶ Ὁμήρου. ἐπιτρέψας δὲ τῷ συνδούλῳ νέμειν τὰς αἶγας, τὸν Ὁμηρον καταλείπει ἔνδον, εἰπὼν πρὸς αὐτὸν, ὅτι διὰ ταχέων πορεύσομαι. καταβὰς δὲ ἐς Βολισσὸν, ἔστι δὲ πλησίον τοῦ χωρίου τούτου, καὶ συγγενόμενος τῷ δεσπότῃ, ἀπηγέετο ὑπὲρ Ὁμήρου πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, περί τε αὐτοῦ τῆς ἀφίξιος, ἐν θωύματι ποιεύμενος·

fac tradas: nam sic melius: custodibus illis, nec fera nec fures venient ad septa dolosi.

Haec audiens Glaucus, laetatus est admonitione illa, habuitque hominem in admiratione. Coenati autem, ultro citroque habitis sermonibus oblectabantur. Nam quum Homerus errorem suum, civitatesque quas adiisset, commemoraret, Glaucus haec audiens stupebat: et tunc quidem, quia cubandi tempus erat, quieti se dabat. (23.) Postero die Glaucus cogitavit ad herum suum proficisci, ad haec de Homero indicanda. Proinde commissis conservo capris pascendis, Homerum intra tecta reliquit, promittens se quam festinantissime iturum. Descendens autem ad Bolissum, erat vicinum huic loco, herumque suum adiens, narravit de Homero, quemadmodum

755, 59.

ἠρώτει τε ὅ τι χρὴ ποιεῖν περὶ αὐτοῦ. ὁ δὲ ὀλίγα μὲν προσίετο τῶν λόγων, κατεγίνωσκε δὲ τοῦ Γλαύκου ὡς ἄφρονος ἐόντος, καὶ τοὺς ἀναπήρους δεχομένου καὶ τρέφοντος. ἐκέλευσε δὲ ὅμως τὸν ξεῖνον ἄγειν πρὸς ἑαυτόν. Ἐλθὼν δὲ πρὸς τὸν Ὅμηρον διηγήσατο ταῦτα ὁ Γλαῦκος, καὶ ἐκέλευσε πορεύεσθαι τοῦτον· οὕτω γὰρ εὖ πρήξειν· ὁ δὲ Ὅμηρος ἤθελε πορεύεσθαι. ἀναλαβὼν οὖν αὐτὸν ὁ Γλαῦκος ἤγαγε πρὸς τὸν δεσπότην. διὰ λόγων δὲ ἰὼν τῷ Ὁμήρῳ ὁ Χῖος, εὑρίσκει ἐόντα δεξιὸν καὶ πολλῶν ἔμπειρον· ἔπειθέ τε αὐτὸν μένειν, καὶ τῶν παιδίων ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι· ἦσαν γὰρ τῷ Χίῳ παῖδες ἐν ἡλικίῃ. τούτους οὖν αὐτῷ παρατίθησι παιδεύειν. ὁ δὲ ἔπρησσε ταῦτα· καὶ τοὺς Κέρκωπας, καὶ Βατραχομυομαχίαν, καὶ Ἐπικιχλίδας, καὶ τἄλλα πάντα

24

res se habebat; deque eius adventu, quem pro miraculo duceret: demum rogat quid facere in eo conveniat. Herus parum delectatus hoc nuncio, coepit cum Glauco ut stupido expostulare, qui quoslibet mutilos reciperet aleretque; tamen praecepit ut hospitem ad se perduceret. (24.) Glaucus vero ad Homerum reversus narravit, iussitque sequi se in urbem: fore enim haec ei ad felicem fortunae successum. Quibus non gravatim assentiens Homerus, caprarium sequitur. Hic Chius colloquutus cum Homero reperit hominem esse politum et multorum peritum, coepitque suadere ei ut apud se commoraretur, liberorumque quos habebat adolescentes, formandorum curam susciperet. Ille accepta conditione, pueros sibi creditos erudivit. Interim Cercopas, Batrachomyomachiam, Epicichlidas, et alia

ὅσα παίγνιά ἐστιν Ὁμήρου, ἐνταῦθα ἐποίησε παρὰ τῷ Χίῳ ἐν Βολισσῷ· ὥστε καὶ ἐν τῇ πόλει περιβόητος ἤδη ἐγένετο ἐν τῇ ποιήσει. Καὶ ὁ μὲν Θεστορίδης, ὡς τάχιστα ἐπύθετο αὐτὸν παρεόντα, ὤχετο ἐκπλέων ἐκ τῆς Χίου.

25 Χρόνου δὲ προϊόντος, δεηθεὶς τοῦ Χίου πορεῦσαι αὐτὸν εἰς τὴν Χίον, ἀπίκετο εἰς τὴν πόλιν· καὶ διδασκαλεῖον κατασκευασάμενος, ἐδίδασκε παῖδας τὰ ἔπεα. καὶ κάρτα δεξιὸς ἐδόκεεν εἶναι τοῖς Χίοις, καὶ πολλοὶ θωϋμασταὶ αὐτοῦ καθειστήκεσαν. συλλεξάμενος δὲ βίον ἱκανὸν, γυναῖκα ἔγημεν ἐξ ἧς αὐτῷ θυγατέρες δύο ἐγένοντο· καὶ ἡ μὲν αὐτῶν ἄγαμος ἐτελεύτησε, τὴν 26 δὲ συνῴκισεν ἀνδρὶ Χίῳ. Ἐπιχειρήσας δὲ τῇ ποιήσει, ἀπέδωκε χάριν ἣν εἶχε, πρῶτον μὲν Μέντορι τῷ Ἰθακησίῳ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ, ὅτι μιν κάμνοντα τοὺς ὀφθαλ-

omnia quaecunque iuvenilia ludicra Homeri extant, apud Chium illum condidit in Bolisso; ita ut ex poësi coeperit per urbem inclarescere. Iam vero Thestorides, ut primum intellexit Homerum adesse, navigans e Chio fugam capessebat.

(25.) Deinde progressu temporis impetrata ab Chio Chium visendi copia, urbem adiit, ludumque illic instituens, pueros carmina docebat. Id quum magna dexteritate Chiis facere videretur, etiam multos sibi admiratores conciliavit. Hinc igitur victum parans copiosum, uxorem duxit, e qua duas suscepit filias, quarum una decessit innupta, alteram viro Chio elocavit. (26.) Enimvero hic poësin excolens, gratiam reddidit, quam habuit; et primum quidem Mentori Ithacensi, in Odyssea, ut qui labo-

755, 89.

μοὺς ἐν Ἰθάκῃ ἐνοσήλευεν ἐκτενῶς, τοὔνομα αὐτοῦ ἐναρμόσας εἰς τὴν ποίησιν, Ὀδυσσέως τε ἑταῖρον φὰς εἶναι ποίησας, Ὀδυσσέα, ὡς εἰς Τροίην ἔπλεε, Μέντορι ἐπιτρέψαι τὸν οἶκον, ἐόντι Ἰθακησίων ἀρίστῳ καὶ δικαιοτάτῳ. πολλαχῇ δὲ καὶ ἄλλῃ τῆς ποίησεως τιμῶν αὐτὸν, τὴν Ἀθηνᾶν, ὁπότε εἰς λόγον τινὶ καθίσταται, τῷ Μέντορι εἰκυῖαν ποιεῖ. ἀπέδωκε δὲ καὶ Φημίῳ, τῷ ἑαυτοῦ διδασκάλῳ, τροφεῖα καὶ διδασκαλεῖα ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ, μάλιστα ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσι·

Κήρυξ δ' ἐν χερσὶν κίθαριν περικαλλὲ' ἔθηκε
Φημίῳ, ὃς δὴ πολλὸν ἐκαίνυτο πάντας ἀείδων.

καὶ πάλιν·

Αὐτὰρ ὁ Φορμίζων ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν.

rantem ex oculis impense curavisset in Ithaca, eius nomine poësi suae inserto, quem Ulyssis dicit esse socium: cuius fidei Ulysses, Troiam navigans, domum familiamque crediderit, tanquam Ithacensium praestantissimo atque aequissimo. Saepe etiam aliis poëmatis locis eundem laudibus vehit, siquidem Minervam quoties in sermonem cum aliquo venit, Mentori tradit assimulatam. Ad haec Phemio praeceptori suo gratiam eruditionis simul et nutricationis in Odyssea retulit, praecipue in his versibus:

Phemius at cunctis praestantior arte canendi
insignem citharam, dederat quam praeco, tenebat.

Et rursum:

Fundere et hanc pulsans modulamina dulcia coepit.

Μέμνηται δὲ καὶ τοῦ ναυκλήρου, μεθ' οὗ ἐκπεριέπλευσε, καὶ εἶδε πόλιάς τε πολλὰς καὶ χώρας, ᾧ ὄνομα ἦν Μέντης, ἐν τοῖς ἔπεσι τοῖσδε·

Μέντης Ἀγχιάλοιο δαίφρονος εὔχομαι εἶναι
υἱὸς, ἀτὰρ Ταφίοισι φιληρέτμοισιν ἀνάσσω.

Ἀπέδωκε δὲ χάριν καὶ Τυχίῳ τῷ σκυτεῖ, ὃς ἐδέξατο αὐτὸν ἐν τῷ Νέῳ τείχει, προσελθόντα πρὸς τὸ σκυτεῖον, ἐν τοῖς ἔπεσι καταζεύξας ἐν τῇ Ἰλιάδι τοῖσδε·

Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε, φέρων σάκος ἠΰτε πύργον,
χάλκεον, ἑπταβόειον· ὃ οἱ Τύχιος κάμε τεύχων,
σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος, Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων.

27 Ἀπὸ δὲ τῆς ποιήσεως ταύτης εὐδοκιμεῖ Ὅμηρος περί τε τὴν Ἰωνίαν· καὶ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἤδη περὶ αὐτοῦ λόγος ἀναφέρεται. καὶ οἰκέων δὲ ἐν τῇ Χίῳ, καὶ εὐδοκιμέων περὶ τὴν ποίησιν, ἀπικεομένων πολλῶν, συνεβού-

Meminit et naucleri, in cuius comitatu circumnavigans, urbes locaque plurima perlustravit. Huic nomen erat Mentae; cuius meminit his versibus:

Anchialo Mentes forti genitore creatus,
imperito Taphiis, quibus est ars nautica cordi.

Habuit etiam Tychio coriario gratiam, qui venientem ad sutrinam apud Novum murum hospitio excepisset. Hunc enim Iliadi infersit his versibus:

Comminus accessit clypeo septemplice tutus
Aiax: huic clypeum turris fabricarat ad instar
urbe in Hyle Tychius: non sutor doctior alter.

(27.) A poësi vero hac inclarescit Homerus circa Ioniam; iam et ipsam usque Graeciam de eodem sermo perferebatur. Et quum habitaret in Chio, multis visitatum venientibus, eruditionis existimatione

λευον οἱ ἐντυγχάνοντες αὐτῷ ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀπικέσθαι· ὁ δὲ προσεδέξατο τὸν λόγον, καὶ πάντα ἐπεύμει ἀποδημῆσαι. Καταγνόησας δὲ ὅτι ἐς μὲν Ἄργος 28
πολλαὶ καὶ μεγάλαι εἶεν εὐλογίαι πεποιημέναι, ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας οὐ, ἐμποιεῖ ἐς τὴν ποίησιν, ἐς μὲν Ἰλιάδα τὴν μεγάλην, Ἐρεχθέα μεγαλύνων ἐν Νεῶν καταλόγῳ, τὰ ἔπεα τάδε·

Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὃν ποτ' Ἀθήνη
Θρέψε Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα.

καὶ τὸν στρατηγὸν αὐτῶν Μενεσθέα, ὡς πάντων εἴη ἄριστος τάξαι πεζὸν στρατὸν καὶ ἱππάτας, ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν εἶπε·

Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς·
τῷ δ' οὔπω τις ὁμοῖος ἐπιχθόνιος γένετ' ἀνὴρ
κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας.

augescens, inciderunt qui suaderent ut in Graeciam se transferret. Quod consilium admittens, impense cupiebat illuc demigrare. (28.) Commodumque intelligens Argos multis egregiisque elogiis celebratum, Athenas non item, poësi suae inserit, in maiori quidem Iliade hos versus, quibus Erechtheum magnifice laudibus vehit, in navium catalogo:

Ortum ab Erechtheo populum: nutriverat illum
Pallas Erechtheum, tellus quem vasta crearat.

Menestheum etiam, ducem Atheniensium, tradit in exercitu tam pedestri quam equestri ordinando peritissimum, idque his carminibus:

Hos tunc ducebat patria virtute Menestheus
maximus: huic nemo poterat certare regendis,
aut etiam ornandis vel equis, vel in arcta locandis
agmina militibus.

Αἴαντα δὲ τὸν Τελαμῶνος καὶ Σαλαμινίους ἐν Νεῶν καταλόγῳ ἔταξε πρὸς Ἀθηναίους, λέγων τάδε·

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,
στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο Φάλαγγες.

ἐς δὲ τὴν Ὀδυσσείην τάδε ἐποίησεν, ὡς Ἀθηνᾶ ἐς λόγους ἐλθοῦσα τῷ Ὀδυσσεῖ ἐς τὴν Ἀθηναίων πόλιν ἀπίκετο, τιμῶσα ταύτην τῶν ἄλλων πολλῷ μάλιστα·

Ἵκετο δ' ἐς Μαραθῶνα καὶ εὐρυχόρους ἐς Ἀθήνας,
δῦνε δ' Ἐρεχθῆος πυκινὸν δόμον.

29 Ἐμποίησας δὲ ἐς τὴν ποίησιν ταῦτα, καὶ παρασκευασάμενος, ἐς Ἑλλάδα βουλόμενος ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν, προσίσχει τῇ Σάμῳ. ἔτυχον δὲ οἱ ἐκεῖσε τὸν τότε καιρὸν ἄγοντες ἑορτὴν Ἀπατούρια. καί τις τῶν Σαμίων ἰδὼν τὸν Ὅμηρον ἀπιγμένον, πρότερον αὐτὸν ἐπιστάμε-

Aiacem vero Telamonium ipsosque Salaminios Atheniensibus in navium nomenclatore annumeravit, sic scribens:

Bis sex e Salamine rates Telamonius Aiax
egit, et adduxit statuens in litore iuxta
Cecropias naves.

Postremo in Odyssea Minervam, postquam cum Ulysse in colloquium venerit, ad Atheniensium urbem, quam praecipue colebat, concessisse fingit:

Ad Marathona dehinc et magnas venit Athenas,
tectaque Erechthei subiit.

(29.) His ubi complevit suam poësin, et apta omnia composuit, animo in Graeciam traiiciendi, Samum appulit: contigitque forte ut eodem tempore Samii Apaturia festum agerent. Hic Samius quidam agnito Homero, utpote quem iam ante in Chio vi-

757, 51.

νος ἐν Χίῳ, ἐλθὼν ἐς τοὺς Φράτορας διηγήσατο, ἐν ἐπαίνῳ μεγάλῳ ποιεύμενος αὐτόν. οἱ δὲ Φράτορες ἐκέλευον ἄγειν αὐτόν· ὁ δὲ, ἐντυχὼν τῷ Ὁμήρῳ, ἔλεξεν· „Ὦ ξεῖνε, Ἀπατούρια ἀγούσης τῆς πόλιος, καλοῦσί „σε οἱ Φράτορες οἱ ἡμέτεροι συνεορτάσοντα.“ ὁ δὲ Ὁμηρος ἔφη ταῦτα ποίησειν, καὶ ἦει μετὰ τοῦ καλέσαντος. Πορευόμενος δὲ ἐγχρίμπτεται γυναιξὶ Κουροτρόφῳ θυούσαις ἐν τῇ τριόδῳ. ἡ δὲ ἱέρεια εἶπε πρὸς αὐτὸν, δυσχεράνασα τῇ ὄψει· „Ἄνερ, ἀπὸ τῶν ἱερῶν.“ ὁ δὲ Ὁμηρος ἐς θυμόν τε ἔβαλε τὸ ῥηθὲν, καὶ ἤρετο τὸν ἄγοντα τίς τε εἴη ὁ Φθεγξάμενος, καὶ τίνι θεῶν ἱερὰ θύεται. ὁ δὲ αὐτῷ διηγήσατο ὅτι γυνὴ εἴη Κουροτρόφῳ θύουσα. ὁ δὲ, ἀκούσας, λέγει τάδε τὰ ἔπεα·

Κλῦθι μοι εὐχομένῳ, Κουροτρόφε, δὸς δὲ γυναῖκα

disset, tribules suos adiens, indicavit eius adventum cum multa hominis celebratione. Tribules vero iubebant adduci eum. Conveniens igitur Homerum Samius, *Quandoquidem*, inquit, *hospes, Apaturiorum festum agit civitas, invitant te nostri tribules ad idem festum concelebrandum.* Homerus adfuturum se affirmans, comitatur invitantem. (30.) Illuc pergens, in mulieres impegit quae Curotropho sacra in trivio faciebant. Sacrifica occursantis aspectu indignata, exclamat, *Vir*, inquiens, *facessas a sacris!* Homerus dictum illud in animo volvens, rogabat quisnam esset qui loqueretur, et cui deo sacrificaretur. Dux eius indicavit mulierem esse, quae Curotropho sacrificaret. Quod audiens Homerus, haec carmina protulit:

Dive, preces audito meas, mulierque face ista

τήνδε νέων μὲν ἀνήγασθαι Φιλότητα καὶ εὐνήν·
ἡ δ' ἐπιτερπέσθω πολιοκροτάφοισι γέρουσιν,
ὧν ὥρη μὲν ἀπαμβλύνται, θυμὸς δὲ μενοινᾷ.

31 Ἐπεὶ δὲ ἦλθεν εἰς τὴν φρήτρην, καὶ τοῦ οἴκου ἔνθα δὴ ἐδαίνυντο ἐπὶ τὸν οὐδὸν ἔστη, οἱ μὲν λέγουσι, καιομένου πυρὸς ἐν τῷ οἴκῳ, οἱ δέ φασι τότε ἐκκαῦσαι σφᾶς, ἐπειδὴ Ὅμηρος τὰ ἔπεα εἶπεν·

Ἀνδρὸς μὲν στέφανος, παῖδες· πύργοι δὲ, πόληος·
ἵπποι δ' ἐν πεδίῳ κόσμος· νῆες δὲ, θαλάσσης·
χρήματα δ' οἶκον ἀέξει· ἀταὰρ γεραροὶ βασιλῆες
ἥμενοι εἰν ἀγορῇ, κόσμος τ' ἄλλοισιν ὁρᾶσθαι.
Αἰθομένου δὲ πυρὸς γεραρώτερος οἶκος ἰδέσθαι.

εἰσελθὼν δὲ, καὶ κατακλιθεὶς ἐδαίνυτο μετὰ τῶν Φρατόρων· καὶ αὐτὸν ἐτίμων, καὶ ἐν θωύματι εἶχον· καὶ

aversata torum iuvenili aetate vigentum,
canorum veterumque senum capiatur amore,
est aetas effoeta quibus, sed prompta voluntas.

(31.) Ubi vero ad tribulium collegium accessit Homerus, iamque in limine conclavis, in quo epulabantur, constitit, aliqui narrant iam tum illic ardente igne poëtam cecinisse, alii postea eos accendisse, quam carmina ista cecinisset:

Ut patris, nati, sic turres sunt decus urbis;
sic et equi campum decorant, sic aequora naves;
sic et opes ornant aedes; praesentia regum
augusto in solio decorat fora lata sedentum:
at lucente domus multo est augustior igne.

Ingressus autem et accumbens, cum tribulibus epulo fruens, in magno honore admirationeque est habi-

757, 82.

τότε μὲν τὴν κοίτην αὐτοῦ ἐποιήσατο Ὅμηρος. Τῇ δὲ 32
εἰσαύριον ἀποπορευόμενον ἰδόντες καραμέες τινὲς, κάμινον ἐγκαίοντες κεράμου λεπτοῦ, προσεκαλέσαντο αὐτὸν, πεπυσμένοι ὅτι σοφὸς εἴη· καὶ ἐκέλευόν σφιν ἀείσαι, φάμενοι δώσειν αὐτῷ τοῦ κεράμου, καί ἑ τι ἂν ἄλλο ἔχωσιν. ὁ δὲ Ὅμηρος ἀείδει αὐτοῖς τὰ ἔπεα τάδε, ἃ καλεῖται Κάμινος·

Εἰ μὲν δώσετε μισθὸν, ἀείσω, ὦ καραμῆες.
Δεῦρ' ἄγ' Ἀθηναίη, καὶ ὑπείροχα χεῖρα καμίνου.
εὖ δὲ μελαινθεῖεν κέτυλαι, καὶ πάντα μαλ' ἰρά·
φουχθῆναί τε καλῶς καὶ τιμῆς ὦνον ἀρέσθαι,
πολλὰ μὲν εἰν ἀγορῇ πωλεύμενα, πολλὰ δ' ἀγυιαῖς,
πολλὰ δὲ κερδῆναι· ἡμῖν δὲ δὴ ὥς σφι νοῆσαι.
Ἢν δ' ἐπ' ἀναιδείην τραφθέντες ψεύδε' ἄρησθε,

tus, ibidemque ea nocte cubile sibi paravit. (32.) Crastino die conspicantes eum abeuntem figuli quidam in furno tenuiorem tegulam coquentes, quum intellexissent hominem esse eruditum, ad se vocantes iusserunt canere, pollicentes cum tegulas, tum quidquid aliud haberent, se illi daturos. Homerus haec illis cecinit carmina quae vocantur Caminus, id est fornax.

Si mihi mercedem dabitis figuli, ista canamus.
Huc ades o Pallas, dextraque foveto caminum,
pulchre ut durescant calices, et mollia cuncta
siccenturque probe, et figulis lucra magna reportent,
vendita perque forum multa, et per compita, multa.
Sic illis quaestus crescat, prudentia nobis.
At, si deposito iuvat irridere pudore,

συγκαλέω δ' ἤπειτα καμίνῳ δηλητῆρας,
Σύντριβ' ὁμῶς, Σμάραγόν τε, καὶ Ἄσβετον, ἠδέ γ' Ἄβακτον,
Ὠμόδαμόν θ', ὃς τῆδε τέχνῃ κακὰ πολλὰ πορίζοι.
Πέρθε πύρ' αἴθουσαν καὶ δώματα, σὺν δὲ κάμινος
πᾶσα κυκηθείη, κεραμέων μέγα κωκυσάντων.
Ὡς γνάθος ἱππείη βρύχει, βρύχοι δὲ κάμινος,
πάντ' ἔντοσθ' αὐτῆς κεραμήϊα λεπτὰ ποιοῦσα.
Δεῦρο καὶ Ἠελίου θύγατερ πολυφάρμακε Κίρκη,
ἄγρια φάρμακα βάλλε, κάκου δ' αὐτούς τε καὶ ἔργα.
Δεῦρο δὲ καὶ Χείρων ἀγέτω πολέας Κενταύρους·
οἱ δ' Ἡρακλείους χεῖρας φύγον, οἵ τ' ἀπόλοντο·

huc precor ut pestes veniant quaecunque per orbem
grassantur, fundant et in hunc mala cuncta caminum.
Irruat huc Smaragus, gravis Asbetus, et quoque Abactus:
contere tu Pallas flammamque et vasa camini,
ille licet rapido multum nunc ferveat aestu:
insuper Omodamus feriatque et damna det arti.
Omnia misceto, fornacem, vasa, domumque,
ut fragor immensus fiat, figulique tremiscant:
non secus ac malae crepitu clauduntur equinae,
sic subita fornax crepitetque cadatque ruina,
inque lutum redeant calices et vasa minuta.
Huc quoque Solis ades nata, incantare perita,
inque ipsos et opus tua noxia sparge venena.
Huc ducat longo Centauros agmine Chiron,
quique manu Herculea cecidere superque fuerunt:

758, 16.

τύπτοιεν τάδε ἔργα κακῶς, τύπτοι δὲ κάμινον·
αὐτοὶ δ' οἰμώζοντες ὁρῴατο ἔργα πονηρά.
Γηθήσω δ' ὁρόων αὐτῶν κακοδαίμονα τέχνην·
ὃς δέ χ' ὑπερκύψει, περὶ τούτου πᾶν τὸ πρόσωπον
φλεχθείη· ὡς πάντες ἐπίσταιντ' αἴσιμα ῥέζειν.

Παραχειμάζων δὲ ἐν τῇ Σάμῳ, ταῖς νουμηνίαις 33
προσπορευόμενος πρὸς τὰς οἰκίας τὰς εὐδαιμονεστάτας, ἐλάμβανέ τι, ἀείδων τὰ ἔπεα τάδε ἃ καλεῖται Εἰρεσιώνη, ὡδήγουν δὲ αὐτὸν καὶ συμπαρῆσαν ἀεὶ τῶν παίδων τινὲς τῶν ἐγχωρίων·

Δῶμα προσετραπόμεσθ' ἀνδρὸς μέγα δυναμένοιο,
ὃς μέγα μὲν δύναται, μέγα δὲ βρέμει, ὄλβιος αἰεί.
Αὐτὰρ ἀνακλίνεσθε θύραι· πλοῦτος γὰρ ἔσεισι
πολλός, σὺν πλούτῳ δὲ καὶ εὐφροσύνη τεθαλυῖα,

illi contundant opus omne, ipsumque caminum in nihilum penitus redigant. Figuli ista videntes plorent, et lacrymis spectent ingentia damna: improbitatis ego spectabo haec praemia laetus. Denique qui pronus fornacem respicit, illi flamma vorax faciem circa penitusque perurat. Sic scelus agnoscent omnes, atque inde cavebunt.

(33.) At vero in Samo hybernans, calendis beatiorum aedes adiens aliquid accipiebat, canens haec carmina, quae Eiresione, hoc est, ramalia, vocantur: ducente eum semper et comitante aliquot puerorum indigenarum choro:

Venimus ad magnas aedes civemque potentem, cuius divitiis resonat domus atque redundat. Vos aditum praebete fores: feliciter intrent divitiae, et requies hilaris, Charitesque sequantur:

εἰρήνη τ' ἀγαθή. ὅσα δ' ἄγγεα, μεστὰ μὲν εἴη,
κυρβαίη δ' αἰεὶ κατὰ παρδόπου ἕρπει μάζα.
Τοῦ παιδὸς δὲ γυνὴ κατὰ δι^Φράδα βήσεται ὑμμιν·
ἡμίονοι δ' ἄξουσι κραταίποδες ἐς τόδε δῶμα·
αὐτὴ δ' ἱστὸν ὑΦαίνοι ἐπ' ἠλέκτρῳ βεβαυῖα.
Νεῦμαί σοι, νεῦμαι, ἐπιαύσιος, ὥστε χελιδών.
Ἕστηκ' ἐν προθύροις· —

καὶ,

Εἰ μέν τι δώσεις, εἰ δὲ μή, οὐχ ἱστήξομεν,
οὐ γὰρ συνοικήσοντες ἐνθάδ' ἤλθομεν.

Ἤιδετο δὲ τάδε ἐν τῇ Σάμῳ ἐπὶ πολὺν χρόνον ὑπὸ τῶν παίδων, ὅτε ἀγείροιεν ἐν τῇ ἑορτῇ τοῦ Ἀπόλλωνος.

34 Ἀρχομένου δὲ τοῦ ἔαρος, ἐπεχείρησε πλεῖν Ὅμηρος εἰς τὰς Ἀθήνας ἐκ τῆς Σάμου. καὶ ἀναχθεὶς μετά τινων

vasa opibus tumeant, nihil hic videatur inane:
sintque laboratae Cereris repleta canistra.
Excelso curru nurus hic portetur, et ipsam
veloci cursu revehant ad limina muli.
Haec premat electrum pedibus, telasque laboret.
Ast ego vos repetam, repetam, mihi crede, quotannis,
non secus atque redit sub tectum garrula Progne.
Assumus in porta: seu munera ferre placebit,
seu nihil, est tamen hinc abeundi certa voluntas.
Non etenim hic habitare diu nec adesse paramus.

Atque haec carmina postea in Samo diu a pueris decantabantur, quoties in Apollinis festo stipem colligebant.

(34.) Ineunte deinde vere moliebatur Homerus e Samo Athenas navigare: solvensque una cum non-

759. 49.

ἐγχωρίων, ἀπηνέχθη εἰς τὴν Ἴον· καὶ ὡρμίσθησαν οὐ κατὰ πόλιν, ἀλλ' ἐπ' ἀκτῆς. συνέβη δὲ τῷ Ὁμήρῳ κατὰ πολύ τι ἄρξασθαι μαλακῶς ἔχειν· ἐκβὰς δὲ ἐκ τοῦ πλοίου, ἐκοιμᾶτο ἐπὶ τῆς κυματωγῆς ἀδυνάτως ἔχων. πλείους δὲ ἡμέρας ὁρμούντων αὐτῶν δι' ἀπλοΐην, καταβαίνοντες αἰεί τινες τῶν ἐκ τῆς πόλιος, ἀπεσχόλαζον παρὰ τῷ Ὁμήρῳ, καὶ ἐν θωύματι εἶχον αὐτὸν, ἀκούοντες αὐτοῦ. Τῶν δὲ ναυτέων, καὶ τῶν ἐκ τῆς 35
πόλιος τινῶν ἡμένων παρὰ τῷ Ὁμήρῳ, κατέπλωσαν παῖδες ἁλιῆες τὸν τόπον, καὶ ἐκβάντες ἐκ τοῦ ἀκατίου, προσελθόντες αὐτοῖς τάδε εἶπον· „Ἄγετε, ὦ ξεῖ-
„νοι, ἐπακούσατε ἡμέων, ἢν ἄρα δύνησθε διαγνῶναι „ἄσσ' ἂν ὑμῖν εἴπωμεν." καί τις τῶν παρεόντων ἐκέλευε λέγειν. οἱ δὲ εἶπαν· „Ἡμεῖς ἅσσα εἱλόμεν, κα-
„τελίπομεν· ἃ δὲ μὴ εἱλόμεν, φέρομεν." οἱ δέ φασι μέτρῳ εἰπεῖν αὐτούς·

nullis incolarum, ad Ion appulit; ubi stationem non in urbe, sed in litore habebant. Hic contigit Homerum graviter aegrotare: egressus igitur e navi, in crepidine litoris iacebat invalidus. Quumque diutius illic ob navigandi difficultatem remorarentur, subinde quidam descendentes ex urbe Homero vacabant, eumque audientes, reverenter observabant. (35.) Iam vero nautis et aliquot e civitate illic apud Homerum considentibus, forte pueri piscatores eo appulerunt: qui e navicula egressi, haec illis verba fecerunt: *Agite hospites, audite nos, numquid ea quae vobis proponemus explicabitis?* Ibi e praesentibus quidam iubebat proloqui. Illi, *Nos*, inquiunt, *quaecunque cepimus, reliquimus: quae vero non cepimus, nobiscum portamus.* Quidam aiunt metre:

Ἄσσ' ἕλομεν, λιπόμεσθα· ἃ δ' οὐχ ἕλομεν, φερόμεσθα.

οὐ δυναμένων δὲ τῶν παρεόντων γνῶναι τὰ ῥηθέντα, διηγήσαντο οἱ παῖδες, ὅτι ἁλιεύοντες οὐδὲν ἐδύναντο ἑλεῖν· καθήμενοι δὲ ἐν γῇ, ἐφθειρίζοντο. καὶ ὅσους μὲν ἕλαβον τῶν φθειρῶν, κατέλιπον· ὅσους δὲ μὴ ἐδύναντο, ἐς οἴκους ἀπεφέροντο. ὁ δὲ Ὅμηρος, ἀκούσας ταῦτα, ἔλεξε τὰ ἔπεα τάδε·

Τοίων γὰρ πατέρων ἐξ αἵματος ἐκγεγάατε,
οὔτε βαθυκλήρων, οὔτ' ἄσπετα μῆλα νεμόντων.

36 Ἐκ δὲ τῆς ἀσθενείας ταύτης συνέβη τὸν Ὅμηρον τελευτῆσαι ἐν Ἰῳ, οὐ παρὰ τὸ μὴ γνῶναι τὸ παρὰ τῶν παίδων ῥηθέν, ὡς οἴονταί τινες, ἀλλὰ τῇ μαλακίῃ. Τελευτήσας δὲ ἐν τῇ Ἰῳ, αὐτοῦ ἐπ' ἀκτῆς ἐτάφη ὑπό τε τῶν συμπλεόντων καὶ τῶν πολιήτεων ὅσοι ἐν διαλογῇ

Non capta auferimus; quae capta, relinquimus illa.

Et quum nemo ex praesentibus interpretari dicta posset, pueri explicabant: significantes nimirum, se, quum piscium nihil capere possent, desidentes in sicco, pediculos venari tentavisse; et horum quotquot cepissent reliquisse; quos autem nequiverunt, domos retulisse. Quae audiens Homerus, haec dixit carmina:

Hi vos, o pueri, tales genuere parentes,
nec latis fundis, gregibus neque mille potentes.

(36.) Ex hac autem infirmitate extremum diem clausit Homerus in Io, non, ut arbitrantur aliqui, aenigmatis perplexitate enectus, sed morbo. Extinctus vero in Io Homerus, a comitibus suis atque civibus qui in colloquio cum eo fuerant, in litore ibidem

ἐγεγένητο αὐτῷ. καὶ τὸ ἐλεγεῖον τόδε ἐπέγραψαν Ἰῆται ὕστερον χρόνῳ πολλῷ, ὡς ἤδη ἥ τε ποίησις ἐξεπεπτώκει, καὶ ἐθαυμάζετο ὑπὸ πάντων· οὐδὲ Ὁμήρου ἐστίν·

Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύψεν,
ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὁμηρον.

Ὅτι δὲ ἦν Αἰολεὺς Ὅμηρος, καὶ οὔτε Ἴων, οὔτε Δω- 37
ριεύς, τοῖς τε εἰρημένοις δεδήλωταί μοι, καὶ δὴ καὶ τοῖσδε τεκμαίρεσθαι παρέχει· ἄνδρα ποιητὴν τηλικοῦτον εἰκὸς ἐστι τῶν νομίμων τῶν παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ποιοῦντα ἐς τὴν ποίησιν, ἤτοι τὰ κάλλιστα ἐξευρόντα ποιεῖν, ἢ τὰ ἑωϋτοῦ, πάτρια ἐόντα. ἤδη τοίνυν τὸ ἐνθένδε αὐτοὶ τῶν ἐπέων ἀκούοντες κρινεῖτε. ἱεροποιΐην γὰρ

sepultus est. Cuius sepulcro multo post tempore Ietae, ubi poësis eius iam publicata ab omnibus celebrabatur, huiusmodi inciderunt carmen elegiacum; neque est Homeri:

Condit humus caput haec sacrum, qui versibus arma
fortia divinis heroum ornavit, Homerum.

(37.) Porro quod Aeolensis fuerit Homerus, et non Ion, neque Doriensis, partim e iam dictis perspicuum esse poterit, partim etiam his coniecturis deprehenditur. Siquidem poëtam tantum, qui aliqua ex hominum moribus in suam poësin transferre studuerit, par est aut laudatissimos excogitasse, aut suos, quos patrios habebat, commemorasse. Iam vero ipsi carmina eius audientes, indidem pronunciabitis; nam sacrificii ritum probatissimum retulit aut ipse

ἢ τὴν κρατίστην ἐξευρὼν ἐποίησεν, ἢ τὴν ἑωϋτοῦ πατρίδι προσήκουσαν. λέγει γὰρ ὧδε·

Αὖ ἔρυσαν μὲν πρῶτα καὶ ἔσφαξαν καὶ ἔδειραν,
μηρούς τ' ἐξέταμον, κατά τε κνίσῃ ἐκάλυψαν,
δίπτυχα ποίησαντες, ἐπ' αὐτῶν δ' ὠμοθέτησαν.

Ἐν τούτοις ὑπὲρ ὀσφύος οὐδὲν εἴρηται, ἢ ἐς τὰ ἱερὰ χρέονται· μονώτατον γὰρ τῶν Ἑλλήνων τὸ Αἰολικὸν ἔθνος οὐ καίει ὀσφύν. δηλοῖ δὲ καὶ ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν ὅτι Αἰολεὺς ὤν, τοῖς νόμοις τοῖς τούτων ἐχρῆτο.

Καῖε δ' ἐπὶ σχίζης ὁ γέρων, ἐπὶ δ' αἴθοπα οἶνον
λείβε· νέοι δὲ παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσίν.

Αἰολέες γὰρ μόνοι τὰ σπλάγχνα ἐπὶ πέντε ὀβελῶν

eundem excogitavit, aut quod cum patriis institutis conveniret. Sic enim inquit:

Protractas iugulant pecudes, et tergora costis deripiunt, femorumque toros et crura recidunt, in partesque secant geminas: tum pinguia nidor viscera nube tegit densa.

In his versibus de iliis nulla mentio, quibus in sacrificiis tamen utebantur ceteri, praeter unam Aeolicam gentem, quae ilia non concremabat. Indicat praeterea his quoque versibus, quod Aeolensis existens, suae gentis ritibus usus sit:

—— Tum segmina carnium
ipse focis multo crepitantibus admovet igni
cruda senex, et vina super nigrantia fundit:
quem verubus quinis iuvenes onerata tenentes
brachia circumstant.

Aeolenses enim soli intestina quinque verubus fixa

760, 9.

ὀπτῶσιν, οἱ δὲ ἄλλοι Ἕλληνες ἐπὶ τριῶν. καὶ γὰρ ὀνομάζουσιν οἱ Αἰολεῖς τὰ πέντε, πέμπε.

Τὰ μὲν οὖν ὑπὲρ τῆς γενέσιος καὶ τελευτῆς καὶ βίου 38
δεδήλωταί μοι. Περὶ δὲ ἡλικίης τῆς Ὁμήρου, ἐκ τῶνδ' ἄν τις ἐπισκεπτόμενος, ἀκριβῶς καὶ ὀρθῶς λογίζοιτο. ἀπὸ γὰρ τῆς εἰς Ἴλιον στρατείας, ἣν Ἀγαμέμνων καὶ Μενέλαος ἤγειραν, ἔτεσιν ὕστερον ἑκατὸν καὶ τριάκοντα Λέσβος ᾠκίσθη κατὰ πόλεις, πρότερον ἐοῦσα ἄπολις. μετὰ δὲ Λέσβον οἰκισθεῖσαν ἔτεσιν ὕστερον εἴκοσι Κύμη ἡ Αἰολιῶτις καὶ Φρικωτὶς καλεομένη ᾠκίσθη. μετὰ δὲ Κύμην, ὀκτωκαίδεκα ἔτεσιν ὕστερον Σμύρνα ὑπὸ Κυμαίων κατῳκίσθη· καὶ ἐν τούτῳ γίνεται Ὅμηρος. ἀφ' οὗ δὲ Ὅμηρος ἐγένετο, ἔτεά ἐστιν ἑξακόσια εἰκοσιδύο μέχρι τῆς Ξέρξεω διαβάσεως, ἣν στρατευσάμε-

torrebant, reliqui Graeci tribus; etenim πέμπε dicunt Aeolenses pro πέντε, id est, quinque.

(38.) Atque haec sane de genere, vita, interituque Homeri a nobis relata sint. Ceterum aetatem Homeri siquis diligenter recteque ratiocinetur, ex hisce facile deprehendet. Nempe ab expeditione, quam Agamemnon et Menelaus in Ilium habuerunt, annis centum post atque triginta Lesbus oppidatim habitari coepit, quum antea nullam prorsus haberet civitatem. Post Lesbum habitatam annis viginti Cyme Aeolica et Phricotis appellata habitata fuit. Porro a Cyme annis duodeviginti, in Smyrnam Cymaei coloniam deduxerunt: quo tempore natus fuit Homerus. Ab Homero autem nato anni sunt sexcenti vigintiduo ad Xerxis usque in Graeciam traiectum, qui videlicet iuncto pontibus Hellesponto cum exercitu ex

νος ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, καὶ ζεύξας τὸν Ἑλλήσποντον, διέβη ἐκ τῆς Ἀσίας ἐς τὴν Εὐρώπην. ἀπὸ δὲ τούτου ῥᾳδίως ἐστὶν ἀριθμῆσαι τὸν χρόνον τῷ ἐθέλοντι ζητεῖν ἐκ τῶν ἀρχόντων Ἀθήνησι. τῶν δὲ Τρωϊκῶν ὕστερον γέγονεν Ὅμηρος ἔτεσιν ἑκατὸν ἑξηκονταοκτώ.

Τέλος τῆς περὶ Ὁμήρου ἐξηγήσιος.

Asia in Europam transivit. Ex his igitur tempus illud calculo colligere facile fuerit ei qui praetorum Atheniensium rationem habuerit. Centum autem et sexaginta octo post Troianum bellum annis extitit Homerus.

Finis libelli de Vita Homeri.

EX
CTESIAE PERSICIS
ECLOGA.

IOH. SCHWEIGHAEUSER LECTORI.

PRINCEPS *Herodoti editio Aldina nil aliud nisi* novem Musas *exhibet. Henr. Stephanus, in priore a se procurata editione, et libellum* de Vita Homeri *et* ex Ctesiae Cnidii Persicis et Indicis eclogas *adiecit, quae in* Photii *Bibliotheca Cod. LXXII. exhibentur; quibus pauca item eiusdem* Ctesiae fragmenta *subiecit, apud Plutarchum, Athenaeum, et Demetrium reperta. In editione posteriore idem Stephanus et alia nonnulla Ctesiae fragmenta ex eisdem auctoribus collecta, et duas insuper alias adpendices adiecit; unam* de Persarum Legibus et Institutis ex diversis Historicis, *alteram* de Aegyptiacis Legibus et Institutis e diversis Historicis et aliis Scriptoribus. *Denique Gothofr. Iungermanus non modo* Ctesiae fragmenta, *e pluribus auctoribus conquisita, ingenti cumulo auxit et locupletavit, sed et novam item Adpendicem adiecit,* de Incremento Nili et eius caussis, e diversis auctoribus *congestam. Ita exsistebat Musarum Herodoti auctarium, iustum per se volumen nostrae editionis completurum; quod tamen, verum si quaeris, nihilo magis ad Herodotum pertinebat, quam sexcentae item aliae disputationes, quae ex veterum scriptis, super eis rebus de quibus Herodotus disseruit, colligi possent. Et ex Iungermani editione omnes illae accessiones in Londinensem, in Gronovianam, atque etiam in Wesselingianam propagatae sunt: easdemque Borheckius duabus a se procuratis Herodoti editionibus adiecit.*

Iam vero ingenue professus Wesselingius *erat*, si sui res arbitrii fuisset, se additamenta ista omnia detruncaturum fuisse; excepto Anonymi fragmento de Nilo, et Ctesia. *Nempe illud* de Nilo Fragmentum *ita emendatum edi vir doctissimus voluerat, quemadmodum* e lectionibus codicis mssti Parisiensis, *quarum ei a* Ruhnkenio *copia facta est, emendari potuisset, si lectiones istae in tempore ad eum pervenissent: quas quidem quum sero Wesselingius accepisset, nonnisi in* Addendis et Emendandis, *editioni suae in fine adiectis, adnotare eas commendareque potuit. Atqui equidem, quum me tunc praeteriissent illa Wesselingii ad Herodotum Addenda, idem Fragmentum ex eodem ipso codice Parisiensi, quem Ruhnkenius tractaverat, emendatum edidi in* Athenaei *nostri Tomo I. pag.* 278 *seqq. quo minus opus esse existimavi ut hoc loco repeteretur. Quod quibus rationibus adductus ad Athenaeum retulerim, exposui in Adnotatt. ad Athen. T. I. p.* 479 *seq. Neque vero istud iudicium nostrum pugnat cum* Wesselingii *sententia, qui* Ephoro *auctori deberi illud suspicatus erat, in Adnott. ad Diodor. Sic. lib. I. cap.* 39. *Potuit enim* Athenaeus *disputationem istam ex* Ephori Historiis (*quas in eis Deipnosophistarum suorum libris, qui integri supersunt, saepius citavit*) *descriptam exhibere; quemadmodum infinitum numerum non modo breviorum fragmentorum e vetustioribus auctoribus excerptorum, verum etiam longiores subinde disputationes, operi suo inseruit, veluti illam lib. V. cap.* 47 *et seqq. ex Posidonii Historiis. In nostra quidem editione* Fragmenti de Nilo *hactenus a me erratum video, quod* pag. 283. l. 6. *lectionem Henr. Stephani,* παραπλησίως δὲ Οἰνοπίδῃ, *scripturae codicis nostri* παραπλ. δὲ Οἰνοπίδης *praetuli, cui quidem* (*ut* Wesselingius *monuit*) *locus dandus fuerat: sed* (*quod ab eodem* Wess. *non est adnotatum*) *mox dein pro vulgato* φησὶ, *cum eodem nostro codice erat* φασὶ *scribendum:* dicunt, *scilicet* Herodotus similiterque Oenopides. *Postremum fragmenti vocabulum* Ὀπουεπικὸν (*sic enim, ut etiam* Wess. *adnotavit, non* Ὀπουντικὸν, *legi in nostro codice monui*

in Adnott. pag. 484.) *latere* Βουκολικὸν *visum* Wesselingio *erat, ubi equidem* Ὀρνυφιτικὸν *scriptum oportuisse suspicatus sum.*

Iam, ad Ctesiam *quod spectat: si ad emendanda aut illustranda, sive ad augenda aut in commodiorem ordinem digerenda Excerpta illa et Fragmenta, quae ex Ctesiae scriptis collecta exhibent superiores Herodoti editiones,* Wesselingius *aliquid contulisset, auctor utique fuissem bibliopolis, quorum sumtibus haec nostra prodit editio, ut, quoniam in ea nihil, quod a Wesselingio profectum sit, volumus desiderari, ne* Ctesiana *quidem ista negligerentur. Nunc, quoniam ille in hac parte, quemadmodum etiam in aliis Adpendicibus, de quibus supra dixi, nihil egit, nisi quod eadem ipsa, quae* Iungermanus *dederat, quaeque ex illius editione in Londinensem, iterumque in Gronovianam translata sunt, verbum de verbo repeti passus sit; nullam equidem caussam vidi, cur denuo repetitis rebus ad Herodotum nihil pertinentibus moles editionis nostrae augeretur. Idque eo minus consultum duxi, quod, quam operam istis Ctesiae Reliquiis Wesselingius non praestitit, eam huic Scriptori navaturum speramus doctissimum virum,* Frider. Creuzerum *nostrum; qui, uti iam ante complusculos quosdam annos* Historicorum Graecorum antiquissimorum Fragmenta, collecta, emendata, explicata, *cum commentatione* de cuiusque Scriptoris aetate, ingenio, et fide, *edere coepit,* (Heidelbergae *MDCCCVI.*) *sic hanc provinciam, adeo felicibus auspiciis a se occupatam ornarique coeptam, non deserturus videtur. Interim tamen, ne prorsus missum* Ctesiam *faceremus, ex illius* Persicis primora capita Excerptorum Photii *hoc loco adponere placuit; quae ad Herodotum hactenus spectant, quod non modo de eisdem rebus apud utrumque auctorem agebatur, sed quod etiam frequenter ex professo Cnidius scriptor ab Halicarnasseo dissentit. Ita, quum de utriusque Scriptoris fide a viris doctis multa in utramque partem disputata sint, lectoribus Herodoti nostri in promtu erit, ea quae de Ctesiae narratione supersunt cum Herodoteis con-*

ferre. Photii Graecis passim notulas *quasdam subieci, inter legendum fere natas. In his aliquoties* Codicis Bavarici *feci mentionem: quo ex codice (eodem quem olim Hoeschelius etiam tractaverat) lectiones singulari cura enotatas debeo* Franc. Xav. Werferi *Monacensis diligentiae, eiusdem eruditi viri iuvenis, quem in Varietate Lectionis Herodoteae subinde laudavi.*

ΕΚΛΟΓΗ ΕΚ ΤΩΝ ΚΤΗΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΝΙΔΙΟΥ ΠΕΡΣΙΚΩΝ.

1 ΚΤΗΣΙΟΥ τοῦ Κνιδίου τὰ Περσικὰ ἐν βιβλίοις ἐστὶ κγ'. ἀλλ' ἐν μὲν τοῖς πρώτοις ἓξ τά τε Ἀσσύρια διαλαμβάνει καὶ ὅσα πρὸ τῶν Περσικῶν· ἀπὸ μέντοι τοῦ ζ' τὰ Περσικὰ διεξέρχεται. καὶ ἐν μὲν τῷ ζ καὶ

ECLOGA EX CTESIAE CNIDII PERSICIS.

Apud PHOTIUM, Cod. LXXII.

CTESIAE *Cnidii Persica* libris viginti tribus continentur: sed in sex prioribus res Assyriorum et quaecunque res Persicas praecessere, tractat: a septimo autem libro de Persicis rebus agit; et in septi-

ἡ καὶ ι καὶ ια καὶ ιβ καὶ ιγ διέξεισι τὰ περὶ Κύρου καὶ Καμβύσου καὶ τοῦ μάγου, Δαρείου τε καὶ τοῦ Ξέρξου· σχεδὸν ἐν ἅπασιν ἀντικείμενα Ἡροδότῳ ἱστορῶν, ἀλλὰ καὶ ψεύστην αὐτὸν ἀποκαλῶν ἐν πολλοῖς, καὶ λογοποιὸν ἀποκαλῶν. καὶ γὰρ νεώτερος μέν ἐστιν αὐτοῦ. Φησὶ δὲ αὐτὸν τῶν πλειόνων ἀ ἱστορεῖ αὐτόπτην γενόμενον, ἢ παρ' αὐτῶν Περσῶν (ἔνθα τὸ ὁρᾶν μὴ ἐνεχώρει) αὐτήκοον καταστάντα, οὕτως τὴν ἱστορίαν συγγράψαι. οὐχ Ἡροδότῳ δὲ μόνῳ ταναντία ἱστορεῖ, ἀλλὰ καὶ πρὸς Ξενοφῶντα τὸν Γρύλλου ἐπ' ἐνίων διαφωνεῖ. ἤκμασε δὲ ἐν τοῖς χρόνοις Κύρου τοῦ ἐκ Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος, ὃς ἀδελφὸς Ἀρτοξέρξου (εἰς ὃν ἡ Περσικὴ βασιλεία κατήλθεν) ἐτύχανεν.

Φησὶν οὖν αὐτίκα περὶ τοῦ Ἀστυάγους, ὡς οὐδὲν 2

mo, octavo, (nono,) decimo, undecimo, duodecimo et decimo tertio, quae ad Cyrum et Cambysem, et Magum illum, Dariumque et Xerxem spectant, commemorat: fere in omnibus repugnantia *Herodoto* narrans, illumque in multis mendacem et scriptorem fabularum [*sive*, sermonum fictorem] appellans: illo enim posterior est. Se autem eorum quae narrat, magna ex parte oculatum testem fuisse, aut certe, quae videre non licuit, de iis a Persis qui viderant, edoctum, ita demum ea memoriae prodidisse dicit. Nec vero tantummodo ab *Herodoti*, sed etiam in aliquibus a *Xenophontis* Grylli filii historia dissentit. Floruit temporibus Cyri, Dario et Parysatide geniti; qui frater fuit Artoxerxis ad quem regnum Persicum devenit.

(2.) Scribit itaque statim de *Astyage*, nulla *Cy-*

αὐτῷ Κύρος πρὸς γένος ἐχρημάτιζεν· οὗτος δὲ αὐτὸν καὶ Ἀστυϊγᾶν καλεῖ. Φυγεῖν δὲ ἀπὸ προσώπου Κύρου Ἀστυϊγᾶν ἐν Ἐκβατάνοις, καὶ κρυφθῆναι ἐν τοῖς κρισκράνοις τῶν βασιλείων οἰκημάτων, κρυψάντων. αὐτὸν τῆς τε θυγατρὸς Ἀμύτιος καὶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς Σπιταμᾶ. ἐπιστάντα δὲ Κύρον, ἐπιτάξαι ἀνακρίνειν διὰ στρεβλώσεων Σπιταμᾶν τε καὶ Ἀμυτιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν Σπιτάκην τε καὶ Μεγαβέρνην, περὶ Ἀστυϊγᾶ. τὸν δὲ, ἑαυτὸν προσαγγεῖλαι, ἵνα μὴ δι' αὐτὸν στρεβλωθείησαν οἱ παῖδες. ληφθέντα δὲ, πέδαις παχείαις ὑπὸ Οἰβαρᾶ δεθῆναι. λυθῆναι δὲ ὑπ' αὐτοῦ Κύρου μετ' οὐ πολὺ, καὶ ὡς πατέρα τιμηθῆναι. καὶ τὴν θυγατέρα Ἀμυτιν πρῶτον μὲν μητρικῆς ἀπολαῦσαι τιμῆς, ἔπειτα δὲ καὶ εἰς γυναῖκα ἀχθῆναι τῷ Κύρῳ, Σπιταμᾶ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἀνηρημένου, ὅτι

rum ipsi generis propinquitate fuisse iunctum, illumque etiam *Astyigan* vocat. Fugisse autem Astyigan a conspectu Cyri in Ecbatana, et in criscranis regiarum aedium ab Amyti filia sua et eius viro Spitama occultatum fuisse dicit. At supervenientem Cyrum, non solum Spitamam et Amytin, sed eorum etiam liberos Spitacem ac Megabernem de Astyiga per tormenta interrogari voluisse: Astyigan vero seipsum patefecisse, ne propter se pueri torquerentur, captumque et compedibus gravibus ab Oebara oneratum esse: nec multo post ab ipso Cyro liberatum, et non secus ac patrem honoratum observatumque fuisse; filiamque Amytin primum quidem tanquam matrem in honore habitam, postea vero Cyro nupsisse, quum Spitamas eius vir esset in-

ἐψεύσατο, ἀγνοεῖν εἰπὼν ἐρευνώμενον Ἀστυϊγᾶν. ταῦτα λέγει Κτησίας περὶ Κύρου, καὶ οὐχ οἷα Ἡρόδοτος. καὶ ὅτι πρὸς Βακτρίους ἐπολέμησε, καὶ ἀγχώμαλος ἡ μάχη ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ Βάκτριοι Ἀστυϊγᾶν μὲν, πατέρα Κύρου γεγεννημένον, Ἄμυτιν δὲ μητέρα καὶ γυναῖκα, ἔμαθον, ἑαυτοὺς ἑκόντες Ἀμυτι καὶ Κύρῳ παρέδοσαν. Καὶ ὅτι πρὸς Σάκας ἐπολέμησε Κύ- 3
ρος, καὶ συνέλαβεν Ἀμόργην τῶν Σακῶν μὲν βασιλέα, ἄνδρα δὲ Σπαρέθρης· ἥτις καὶ μετὰ τὴν ἅλωσιν τοῦ ἀνδρὸς, στρατὸν συλλέξασα, ἐπολέμησε Κύρῳ, ἀνδρῶν μὲν στράτευμα, τριάκοντα μυριάδας, ἐπαγομένη, γυναικῶν δὲ, εἴκοσι. καὶ νικᾷ Κύρον, καὶ συλλαμβάνει ζωγρίαν, μετὰ καὶ ἄλλων πλείστων· Παρμίσην τε τὸν Ἀμύτιος ἀδελφὸν, καὶ τρεῖς αὐτοῦ παῖ-

terfectus, propterea quod dum quaereretur Astyigas ignorare se illum mentitus esset de quo interrogabatur. Haec dicit Ctesias de *Cyro*, iis quae ab Herodoto referuntur dissimilia. Itemque illum adversus Bactrios pugnavisse, et eam pugnam aequo Marte gestam fuisse: sed Bactrianos, postquam Astyigan Cyri patrem factum esse, Amytin autem matrem et uxorem, intellexerunt, sponte se ipsos Amyti et Cyro dedisse. (3.) Tradit etiam, *Cyrum* cum Sacis bellum gessisse, et Amorgem Sacarum regem Sparethrae maritum cepisse: eam autem, capto marito, exercitum coëgisse, bellumque Cyro intulisse, et virorum quidem trecenta millia, mulierum vero ducenta in aciem eduxisse: et Cyrum superavisse, vivumque eum cum multis aliis cepisse, itemque Parmisem Amytis fratrem et tres eius filios: propter quos post-

δας. δι' οὓς ὕστερον καὶ Ἀμόργης ἀφείθη, ἐπεὶ καὶ-
4 κεῖνοι ἀφείθησαν. Καὶ ὅτι στρατεύει Κύρος ἐπὶ Κροῖ-
σον καὶ πόλιν Σάρδεις, συνεργὸν ἔχων Ἀμόργην. ὅπως
τε τῇ βουλῇ Οἰβαρᾶ Περσῶν εἴδωλα ξύλινα ἀνὰ τὸ
τεῖχος φανέντα, εἰς δέος μὲν κατέστησε τοὺς ἐνοικοῦν-
τας, ἥλω δὲ διὰ ταῦτα καὶ αὐτὴ ἡ πόλις. ὅπως τε 5
πρὸ τῆς ἁλώσεως δίδοται ὁ παῖς Κροίσου ἐν ὁμήρου λό-
γῳ, δαιμονίου φαντάσματος ἀπατήσαντος Κροῖσον·
ὅπως τε δολορραφοῦντος Κροίσου, ὁ παῖς κατ' ὀφθαλ-
μοὺς ἀναιρεῖται· καὶ ὅπως ἡ μήτηρ τὸ πάθος ἰδοῦσα,
ἑαυτὴν τοῦ τείχους ἀποκρημνίζει, καὶ οὐ θνήσκει. ὅπως 10
τε, ἁλούσης τῆς πόλεως, πρὸς τὸ ἐν τῇ πόλει ἱερὸν
τοῦ Ἀπόλλωνος καταφεύγει, καὶ θνήσκει. καὶ ὡς τρὶς
ἐν τῷ ἱερῷ πεδηθεὶς ὑπὸ Κύρου, λύεται τρίτον ἀοράτως·

ea Amorgem liberatum fuisse, quod et ipsi liberati fuissent. (4.) Tradit etiam, *Cyrum* Amorgis ope adiutum, *Croeso* et Sardibus bellum intulisse. Narrat etiam quomodo Oebarae consilio lignea Persarum simulacra in muro conspecta timorem incolis iniecerint, et propter hanc caussam ipsa urbs capta fuerit: et quo pacto ante captam urbem, Croesi filius pro obside datus fuerit, quum Croesus divino quodam spectro deceptus fuisset. Narrat etiam quomodo dolos nectente Croeso, filius in eius conspectu fuerit interfectus, et mater hanc calamitatem intuita seipsam ex muro praecipitarit, nec tamen mortua sit: [*immo*, et mortua sit:] et quomodo, capta urbe, [Croesus] ad Apollinis aedem, quae erat in urbe, confugerit, ac mortua sit: [*immo*, nec occisus fuerit:] et quomodo tertium in templo vinctus a Cyro

καίτοι σφραγίδων τῷ ἱερῷ ἐπικειμένων, καὶ τούτων τὴν φυλακὴν Οἰβαρᾷ ἐμπεπιστευμένου. ὅπως τε οἱ συνδούμενοι Κροίσῳ, τὰς κεφαλὰς ἀπετέμνοντο, ὡς καταπροδιδόντες λύεσθαι Κροῖσον. καὶ ὅτε ἀναληφθεὶς ἐν τοῖς βασιλείοις, καὶ δεθεὶς ἀσφαλέστερον, βροντῶν καὶ σκηπτῶν ἐπενεχθέντων, λύεται πάλιν· καὶ τότε μόλις ὑπὸ Κύρου ἀφίεται. ἐξ οὗ καὶ περιείπετο, καὶ ἔδωκε Κύρος Κροίσῳ πόλιν μεγάλην Βαρήνην, ἐγγὺς Ἐκβατάνων· ἐν ᾗ ἦσαν ἱππεῖς μὲν πενταχισχίλιοι, πελτασταὶ δὲ καὶ ἀκοντισταὶ καὶ τοξόται, μύριοι. Ἔτι δὲ διαλαμβάνει ὡς ἀποστέλλει Κύρος ἐν Περσίδι Πετισάκαν τὸν ἡμιάρρενα, μέγα παρ' αὐτῷ δυνάμενον, ἐνέγκαι ἀπὸ Βαρκανίων Ἀστυΐγαν· ἐπόθει γὰρ αὐτός τε καὶ ἡ Θυ-

Croesus, tertium arte oculos fallente solutus sit, quamvis templo sigilla circumposita essent, eorumque custodia Oebarae commissa esset: quomodo item illis qui una cum Croeso vincti fuerant, amputata fuerint capita, ut quorum proditione solutus Croesus esse putaretur. Narrat etiam, Croesum in regias aedes adductum vinctumque firmius fuisse: sed quum tonitrua fulminaque irruissent, rursum fuisse solutum: tumque Cyrum vix tandem eum missum fecisse. A quo tempore Cyrus cum aliis humanitatis officiis eum prosequutus sit, tum vero urbem magnam nomine Barenen prope Ecbatana ei donaverit: in qua erant quinque millia equitum, peltatorum autem iaculatorumque et sagittariorum decem millia. (5.) Commemorat item quomodo Cyrus Petisacan eunuchum, qui apud ipsum plurimum authoritate valebat, in Persas miserit ut Astyigan a Barcaniis adduceret;

γάτηρ Ἀμυτις τὸν πατέρα ἰδεῖν. καὶ ὡς Οἰβαρᾶς βουλεύει Πετισάκα ἐν ἐρήμῳ τόπῳ καταλιπόντα Ἀστυϊγᾶν, λιμῷ καὶ δίψῃ ἀπολέσαι· καὶ γέγονε. δι' ἐνυπνίων δὲ τοῦ μιάσματος μηνυθέντος, Πετισάκας, πολλάκις αἰτησαμένης Ἀμύτιος, εἰς τιμωρίαν παρὰ Κύρου ἐκδίδοται. ἡ δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύξασα, καὶ τὸ δέρμα περιδείρασα, ἀνεσταύρωσεν. Οἰβαρᾶς δὲ δεδιὼς μὴ τὰ ὅμοια πείσεται, καίτοι Κύρου μηδὲν τοιοῦτον ἰσχυριζομένου παραχωρῆσαι, αὐτὸς ὅμως ἀποκαρτερήσας δι' ἡμερῶν δέκα, ἑαυτὸν ἐξήγαγεν. Ἀστυϊγᾶς δὲ μεγαλοπρεπῶς ἐτάφη· καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ δὲ ἄβρωτος αὐτοῦ διέμεινεν ὁ νεκρός. λέοντες γὰρ αὐτοῦ (φασὶ) μεχρὶ Πετισάκα πάλιν ἐλθεῖν καὶ ἀναλαβεῖν, ἐφύ-
6 λαττον τὸν νεκρόν. Κύρος δὲ στρατεύει ἐπὶ Δέρβικας, Ἀμοραίου βασιλεύοντος αὐτῶν· καὶ ἐξ ἐνέδρας οἱ Δέρ-

nam et ipse et Amytis filia patrem videre cupiebat. Quomodo item Oebaras consilium dederit Petisacae ut in deserto loco Astyigan relinqueret, et fame sitique conficeret; id quod factum est. At in somnis scelere patefacto, Petisacas puniendus traditur Amyti, identidem illud exposcenti. Illa vero oculos eius effodit, pellemque detraxit, et cruci deinde affixit. Oebaras autem, timens ne eadem quae ille pateretur quamvis Cyrus nihil tale se permissurum affirmaret, nihilominus decem dierum inedia ipse sibi mortem conscivit. Astyigas vero magnifice splendideque sepultus est, quippe in deserto loco cadaver eius intactum permansit, neque fuit a feris commesum; leones enim cadaver eius, donec Petisacas reversus acciperet, servabant. (6.) Cyrus autem adversus

βικες ἱστῶσιν ἐλέφαντας, καὶ τοὺς ἱππεῖς Κύρου τρέπουσι, καὶ πίπτει καὶ αὐτὸς Κύρος ἐκ τοῦ ἵππου· καὶ Ἰνδὸς ἀνὴρ (συνεμάχοντο γὰρ καὶ Ἰνδοὶ τοῖς Δερβίκεσιν, ἐξ ὧν καὶ τοὺς ἐλέφαντας ἔφερον) οὗτος οὖν ὁ Ἰνδὸς πεπτωκότα Κύρον βάλλει ἀκοντίῳ ὑπὸ τὸ ἰσχίον, εἰς τὸν μηρόν· ἐξ οὗ καὶ τελευτᾷ. τότε δὲ ζῶντα ἀνελόμενοι αὐτὸν οἱ οἰκεῖοι, ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἤεσαν. ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ μάχῃ καὶ Περσῶν πολλοὶ καὶ Δερβίκων ἴσοι. μύριοι γὰρ καὶ αὐτοί. Ἀμόργης δὲ περὶ 7 Κύρου ἀκούσας, σπουδῇ παραγίνεται, ἔχων Σακῶν δισμυρίους ἱππέας. καὶ πολέμου συῤῥαγέντος Περσῶν καὶ Δερβίκων, νικᾷ κατακράτος ὁ Περσικὸς καὶ Σακῶν στρατός. ἀναιρεῖται δὲ καὶ ὁ τῶν Δερβίκων βασι-

Derbices expeditionem suscipit, quorum rex erat Amoraeus: at Derbices ex insidiis producunt elephantes, ac Cyri equites fugant: ubi ipse Cyrus ex equo cecidit, et quidam Indus, (nam Indi Derbicibus in bello opem ferebant: a quibus etiam acceptos elephantes in bellum ducebant.) hic igitur Indus, quum Cyrus iam cecidisset, eum iaculo vulneravit sub coxa in femore; ex quo vulnere postea mortuus est. Tum vero ipsum adhuc vivum, quum familiaris sui erexissent, ad castra profecti sunt. Occubuerunt autem in pugna illa multi Persae, et aequales numero Derbices; nam illorum quoque x. millia cecidere. (7.) Amorges vero quum audivisset quod Cyro contigerat, festinanter venit, Sacarum equitum viginti millia ducens: et quum Persae ac Derbices inter se conflixissent, tam strenue Persae ac Sacae pugnarunt, ut penes eos victoria fuerit: in-

λεὺς Ἀμοραῖος, καὶ αὐτὸς καὶ οἱ δύο παῖδες αὐτοῦ. ἀπέθανον δὲ Δερβίκων μὲν τρισμύριοι, Περσῶν δὲ ἐν-
8 νεακισχίλιοι. καὶ προσεχώρησεν ἡ χώρα Κύρῳ. Κύρος δὲ μέλλων τελευτᾶν, Καμβύσην μὲν τὸν πρῶτον υἱὸν, βασιλέα καθίστη· Ταννοξάρκην δὲ τὸν νεώτερον, ἐπέστησε δεσπότην Βακτρίων καὶ τῆς χώρας, καὶ Χορα-
μνίων, καὶ Παρθίων, καὶ Καρμανίων, ἀτελεῖς ἔχειν 5
τὰς χώρας διορισάμενος. τῶν δὲ Σπιταμᾶ παίδων, Σπιτάδην μὲν, Δερβίκων ἀπέδειξε σατράπην, Μεγα-
βέρνην δὲ, Βαρκανίων· τῇ μητρὶ δὲ πάντα πείθεσθαι προσέταττε. καὶ Ἀμόργην Φίλον τούτοις, τῶν δεξιῶν ἐμβαλλομένων, ἐποιεῖτο, καὶ ἀλλήλοις· καὶ τοῖς μὲν 10
ἐμμένουσι ταῖς πρὸς ἀλλήλους εὐνοίαις ἀγαθὰ ηὔχε-
το, ἐπηρᾶτο δὲ τοῖς χειρῶν ἄρξουσιν ἀδίκων. ταῦτα εἰ-

terfecto Derbicum rege Amoraeo, cum duobus eius filiis. Occubuerunt autem Derbicum triginta millia, Persarum novem millia: et regio in ditionem Cyri concessit. (8.) Cyrus vero sub mortis tempus *Cambysem* primum filium regem creavit: iuniorem vero nomine Tanyoxarcem, dominum Bactriorum (et ipsius regionis,) necnon Choramniorum, Parthiorumque et Carmaniorum: et ut suas regiones a tributo solvendo liberas haberet, statuit. Ex Spitamae autem liberis, Spitadem quidem Derbicibus praefecit, Megabernem autem Barcaniis: eosque matri in omnibus obtemperare iussit. Quinetiam illos et mutuo et cum Amorge dexteras in amicitiae testimonium iungere voluit: et illis quidem qui in mutua benevolentia permanerent, omnia fausta precabatur: at illos qui priores iniuriam illaturi essent, devovebat. His

πων, ἐτελεύτησε τρίτῃ ὕστερον ἀπὸ τοῦ τραύματος ἡμέρᾳ, βασιλεύσας ἔτη λ'. ἐν οἷς ὁ ια' Κτησίου λόγος τοῦ Κνιδίου.

Ἄρχεται δὲ ὁ ιβ' ἀπὸ τῆς Καμβύσου βασιλείας. 9 οὗτος βασιλεύσας ἀπέστειλε τὸν τοῦ πατρὸς διὰ Βαγαπάτου τοῦ ἡμιάρρενος εἰς Πέρσας ταφῆναι νεκρόν· καὶ τἄλλα ὡς ὁ πατὴρ ὡρίσατο, διωκήσατο. μέγιστον δὲ παρ' αὐτῷ ἠδύνατο Ἀρτασύρας Ὑρκάνιος· τῶν δὲ ἡμιαρρένων Ἰξαβάτης τε καὶ Ἀσπαδάτης καὶ Βαγαπάτης, ὃς καὶ παρὰ τῷ πατρὶ μέγιστος. καὶ μετὰ τὸν Πετισάκα θάνατον, οὗτος στρατεύει ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα Ἀμυρταῖον, Κομβαφέως τοῦ ἡμιάρρενος, ὃς ἦν μέγα δυνάμενος παρὰ τῷ Αἰγυπτίων βασιλεῖ, καταπροδόντος τάς τε γεφύρας καὶ τἄλλα τῶν Αἰγυπτίων πράγματα, ἐφ' ᾧ γενέσθαι

dictis *Cyrus* diem suum obiit, tertio a vulnere accepto die, quum annos triginta regnavisset. Atque hic finem habet undecimus Ctesiae Cnidii liber.

(9.) Duodecimus vero a regno *Cambysis* incipit. Hic regnum adeptus patris mox corpus per Bagapatem eunuchum in Persiam sepeliendum misit, et alia quemadmodum a patre constituta erant, administravit. Plurimum vero apud ipsum authoritate valebat Artasyras Hyrcanius: ex eunuchis autem Ixabates et Aspadates et Bagapates, qui etiam apud patrem maximus fuerat. Post Petisacae enim mortem, hic adversus Aegyptum et Amyrtaeum Aegyptiorum regem exercitum ducit, quum Combapheus eunuchus, qui plurimum apud Aegyptiorum regem poterat, pontes et alias Aegyptiorum res prodidisset,

ὕπαρχος Αἰγύπτου. καὶ γέγονε. ταῦτα γὰρ αὐτῷ Καμβύσης διὰ Ἰξαβάτου τοῦ Κομβαφέως ἀνεψιοῦ συνέθετο, καὶ αὐτὸς οἰκειοφώνως ὕστερον. ζωγρίαν δὲ λαβὼν τὸν Ἀμυρταῖον, οὐδὲν ἄλλο κακὸν εἰργάσατο ἢ ὅτι εἰς Σοῦσα ἀνάσπαστον σὺν ἑξακισχιλίοις Αἰγυπτίοις, οὓς αὐτὸς ἠρετίσατο, ἐποίησάτο. καὶ τὴν Αἴγυπτον δὲ πᾶσαν ὑπέταξεν. ἀπέθανον δὲ ἐν τῇ μάχῃ, Αἰγυπτίων μὲν μυριάδες πέντε, Περσῶν δὲ δύο. Μάγος δέ τις Σφενδαδάτης ὄνομα, ἁμαρτήσας καὶ μαστιγωθεὶς ὑπὸ Ταννοξάρκου, ἀφικνεῖται πρὸς Καμβύσην, ἐνδιαβάλλων τὸν ἀδελφὸν Ταννοξάρκην ὡς ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ· καὶ σημεῖον ἐδίδου τῆς ἀποστάσεως, ὡς εἰ κληθείη ἐλθεῖν, οὐκ ἂν ἔλθοι. δηλοῖ τοίνυν ὁ Καμβύσης ἐλθεῖν τὸν ἀδελφόν· ὁ δέ, χρείας ἄλλης ἀπαι-

ut ipse Aegypti praefecturam consequeretur: id quod factum est. Ita enim cum eo Cambyses pactus fuerat, primum per Ixabatem Combaphei patruelem, et suis ipse verbis postea. Quum autem Amyrtaeum vivum cepisset, nullo alio ipsum detrimento affecit, nisi quod illum in Susa cum sex millibus Aegyptiorum quos ipse delegit, relegavit. Sed et universam Aegyptum subegit: obieruntque in ea pugna Aegyptiorum quinquaginta millia, et Persarum viginti. (10.) Quidam autem *magus* cui nomen erat *Sphendadates*, quum fuisset ob delictum verberibus a Tanyoxarce caesus, accedit ad Cambysem, et apud eum fratrem Tanyoxarcem accusat, eum ipsi insidias moliri dicens; argumentum etiam rebellionis addens, quod, si vocaretur, non veniret. Cambyses igitur fratrem ad se venire iubet: ille vero aliquo

τούσης μένειν, ἀνεβάλετο. παῤῥησιάζεται ταῖς διαβολαῖς πλέον ὁ μάγος. Ἄμυτις δὲ ἡ μήτηρ τὰ τοῦ μάγου ὡς ἦν ὑπονοοῦσα, ἐνουθέτει Καμβύσην τὸν υἱὸν μὴ πείθεσθαι. ὁ δὲ ὑπεκρίνετο μὴ πείθεσθαι, ἐπείθετο δὲ μάλιστα. διαπεμψαμένου δὲ τρίτον Καμβύσου πρὸς τὸν ἀδελφὸν, παραγίνεται. καὶ ἀσπάζεται μὲν αὐτὸν ὁ ἀδελφὸς, οὐδὲν δὲ ἧττον ἀνελεῖν ἐμελέτα. κρύφα δὲ Ἀμύτιος εἰς πρᾶξιν ἀγαγεῖν τὴν μελέτην ἔσπευδε. καὶ λαμβάνει πέρας ἡ πρᾶξις. ὁ γάρ τοι μάγος βουλῆς τῷ βασιλεῖ κοινωνῶν, βουλεύει τοιοῦτον· ὅμοιος ἦν αὐτὸς ὁ μάγος κάρτα τῷ Τανυοξάρκῃ. βουλεύει τοιγαροῦν αὐτὸν μὲν ἐν τῷ φανερῷ, ὡς δῆθεν ἀδελφοῦ βασιλέως κατειπόντα τὴν κεφαλὴν προστάξαι ἀποτμηθῆναι, ἐν δὲ τῷ κρυπτῷ ἀναιρεθῆναι Τανυοξάρκην, καὶ τὴν ἐκείνου στολὴν ἀμφιασθῆναι τὸν μάγον· ὥστε καὶ

negocio detentus, profectionem distulit. Tunc vero magus eum audacius criminari. At mater Amytis id quod erat de mago suspicata, Cambysem filium ne fidem haberet mago, admonebat; at rex se non credere fingebat: quum tamen maximopere crederet. Quum autem tertium a Cambyse frater esset accersitus, venit: ipsumque frater amplexatus est, quum nihilominus de illo interficiendo cogitaret. Sed hanc cogitationem ad exitum inscia Amytide perducere conabatur: id quod perfectum est. Nam magus consilium cum rege communicans, hunc dolum machinatur. Quum ipse Tanyoxarci esset simillimus, consilium regi dat ut ipsi tanquam falso fratris regis accusatori, caput abscindi coram omnibus iubeat: clam autem Tanyoxarcem interfici imperet; quinetiam

τῷ ἀμφιάσματι νομίζεσθαι Ταννοξάρκην. καὶ γίνεται ταῦτα. αἵματι γὰρ ταύρου, ὃ ἐξέπιεν, ἀναιρεῖται Ταννοξάρκης. ἀμφιάζεται δὲ ὁ μάγος, καὶ νομίζεται Ταννοξάρκης. καὶ λανθάνει πάντας ἐπὶ πολὺν χρόνον, πλὴν Ἀρτασύρα καὶ Βαγαπάτου καὶ Ἰξαβάτου. τούτοις γὰρ
11 μόνοις Καμβύσης ἐθάρρησε τὴν πρᾶξιν. Λάβυζον δὲ ἡμιαῤῥένων τὸν πρῶτον οἳ ἦσαν Ταννοξάρκεω, προσκαλεσάμενος ὁ Καμβύσης, καὶ τοὺς ἄλλους ὑποδείξας τὸν μάγον ὡς ἐσχημάτιστο καθεζόμενον· „Τοῦτον (ἔφη) νομίζετε Ταννοξάρκην;“ ὁ δὲ Λάβυζος θαυμάσας· „Καὶ τίνα ἄλλον, ἔφη, νομιοῦμεν;“ τοσοῦτον ἐλάνθανε τῇ ὁμοιότητι ὁ μάγος. ἐκπέμπεται οὖν εἰς Βακτρίους, καὶ πράττει πάντα ὡς Ταννοξάρκης. πέντε δὲ ἐνιαυτῶν διελθόντων, μηνύεται ἡ Ἄμυτις τὸ δρᾶμα

illius vestem sibi indui magus postulat, ut ex ipso vestitu Tanyoxarces esse iudicetur: atque haec fiunt. Nam hausto sanguine taurino interficitur Tanyoxarces: at magus illius veste induitur, et Tanyoxarces existimatur: diuque latet omnes praeter Artosyran, Bagapatem et Ixabatem; his enim solis rem Cambyses aperire ausus est. (11.) Cambyses autem Labyzo qui primus erat inter Tanyoxarcis eunuchos, et aliis ad se vocatis, magum illa veste indutum, ostendit sedentem, dixitque, *Hunc esse Tanyoxarcem existimatis?* Labyzus vero miratus, *Quem alium,* dixit, *esse putemus?* Adeo propter similitudinem magus latebat. Mittitur ergo ad Bactrios, et omnia non secus ac si Tanyoxarces esset, administrat. Post annos vero quinque, res tota declaratur Amyti per Tibetheum eunuchum, quem magus ver-

διὰ Τιβέθεως τοῦ ἡμιάρρενος, ὃν ὁ μάγος τυπτήσας ἐτύγχανε. καὶ αἰτεῖ τὸν Σφενδαδάτην παρὰ Καμβύσου. ὁ δὲ οὐ δίδωσιν. ἡ δὲ ἐπαρᾶται, καὶ πιοῦσα φάρμακον, τελευτᾷ. Θύει ὁ Καμβύσης, καὶ τῶν ἱερείων σφαζο- 12
μένων αἷμα οὐκ ἀπορρεῖ· καὶ ἀθυμεῖ. καὶ τίκτει αὐτῷ ἡ Ῥωξάνη παιδίον ἀκέφαλον· καὶ πλέον ἀθυμεῖ. καὶ οἱ μάγοι λέγουσιν αὐτῷ τὴν τῶν τεράτων δήλωσιν, ὅτι οὐ καταλείψει τῆς ἀρχῆς διάδοχον· καὶ ἐφίσταται αὐτῷ ἡ μήτηρ ἐν νυκτὶ, ἀπειλοῦσα τῆς μιαιφονίας· καὶ πλέον ἀθυμεῖ. ἀφικόμενος δὲ εἰς Βαβυλῶνα, καὶ ξέων ξυλάριον μαχαίρᾳ, διατριβῆς χάριν, παίει τὸν μηρὸν εἰς τὸν μῦν, καὶ ἐνδεκαταῖος τελευτᾷ, βασιλεύσας δυοῖν δέοντα εἴκοσι.

Βαγαπάτης δὲ καὶ Ἀρτασύρας, πρὶν ἢ Καμβύσης 13

beraverat, petitque Sphendadatem a Cambyse: qui dare noluit: quamobrem illa ei diras imprecatur et hausto veneno moritur. (12.) Sed contigit ut sacrificante Cambyse, quum victimae iugularentur, sanguis non flueret: qua ipse ex re deiecto animo erat: eoque magis, quum Roxane puerum capite carentem peperisset: magique ipsi dicerent, hanc prodigiorum significationem esse, nullum regni successorem ab eo relictum iri. Mater etiam noctu illi in somnis apparens, ob caedem perpetratam minabatur: ideoque magis etiam angebatur. Quum autem Babylonem accessisset, et ibi parvum lignum cultro poliens, tempus ut falleret, femoris musculum percussisset: undecimo die mortem obiit, quum duodeviginti annis regnavisset.

(13.) Bagapates autem et Artasyras, antequam

τελευτῆσαι, ἐβουλεύσαντο βασιλεῦσαι τὸν Μάγον. καὶ ἐβασίλευσεν, ἐκείνου τελευτήσαντος. λαβὼν δὲ τὸ Καμβύσου σῶμα Ἰξαβάτης ἦγεν εἰς Πέρσας. τοῦ μάγου δὲ βασιλεύσαντος ἐπ' ὀνόματι τοῦ Τανυοξάρκου, ἦκεν Ἰξαβάτης ἐκ Περσίδος, καὶ κατειπὼν τῇ στρατιᾷ πάσῃ, καὶ θριαμβεύσας τὸν μάγον, κατέφυγεν εἰς τὸ ἱερόν· ἐκεῖθέν τε συλληφθεὶς ἀπετμήθη. 14 Ἐντεῦθεν ἑπτὰ τῶν Περσῶν ἐπίσημοι συνέθεντο ἀλλήλοις κατὰ τοῦ μάγου, Ὀνόφας, Ἰδέρνης, Νορονδαβάτης, Μαρδόνιος, Βαρίσσης, Ἀρταφέρνης καὶ Δαρεῖος Ὑστάσπεω. τούτων ἀλλήλοις πίστεις δόντων, προσλαμβάνεται καὶ ὁ Ἀρτασύρας, εἶτα καὶ ὁ Βαγαπάτης, ὃς τὰς κλεῖς πάσας τῶν βασιλείων εἶχε. καὶ εἰσελθόντες διὰ τοῦ Βαγαπάτου οἱ ἑπτὰ εἰς τὰ βα-

Cambyses morcretur, consilium inierant regni *Mago* tradendi, et post eius mortem regnum detulere. At Ixabates sumptum Cambysis corpus in Persidem portavit: unde veniens dum Magus sub Tanyoxarcis nomine regno potiretur, de eo apud universum exercitum indicium professus est, eumque infamavit. Quod quum fecisset, in templum confugit: indeque comprehensus est, et ei caput abscissum. (14.) Unde *septem inter Persas illustres viri* una *adversus Magum conspiravere*, Onophas, Idernes, Norondabates, Mardonius, Barisses, Artaphernes et Darius Hystaspis filius. Hi, quum inter se fidem dedissent, assumitur etiam Artasyras, praetereaque Bagapates, qui claves omnes regiarum aedium habebat. Illi igitur septem viri Bagapatis opera in regias aedes ingressi, Magum inveniunt cum pellice Babylonia

σίλεια, εὑρίσκουσι τὸν μάγον παλλακῇ Βαβυλωνίᾳ συγκαθεύδοντα. ὡς δὲ εἶδεν, ἀνεπήδησε· καὶ μηδὲν εὐρὼν τῶν πολεμικῶν ὀργάνων, (πάντα γὰρ ὁ Βαγαπάτης λάθρα ὑπεξήγαγε) δίφρον χρύσεον συντρίψας, καὶ λαβὼν τὸν πόδα, ἐμάχετο. καὶ τέλος, κατακεντηθεὶς ὑπὸ τῶν ἑπτὰ, ἀπέθανε, βασιλεύσας μῆνας ἑπτά.

Βασιλεύει δὲ τῶν ἑπτὰ ὁ Δαρεῖος, τοῦ ἵππου, καθὰ συνέκειτο ἀλλήλοις, πρώτου, μηχανῇ τινὶ καὶ τέχνῃ, ἐπειδὴ ὁ ἥλιος πρὸς ἀνατολὰς ἐγένετο, χρεμετίσαντος. ἄγεται τοῖς Πέρσαις ἑορτὴ τῆς μαγοφονίας, καθ' ἣν Σφενδαδάτης ὁ μάγος ἀνῄρηται. Δαρεῖος προστάσσει τάφον ἑαυτῷ κατασκευασθῆναι ἐν τῷ ὄπισθεν ὄρει· καὶ κατασκευάζεται. ἐπιθυμήσας δὲ ἰδεῖν αὐτὸν, ὑπό τε τῶν Χαλδαίων καὶ τῶν γονέων κωλύεται. οἱ

dormientem. Qui quum illos vidisset, prosilit, et nullo instrumento bellico reperto, (quoniam omnia Bagapates clam subtraxerat) sedile aureum confregit, eiusque pede arrepto, quum pugnaret, tandem a septem illis viris vulneratus, mortem obiit, quum septem menses regnavisset.

(15.) Regnat vero ex septem illis viris *Darius*, quum eius equua (iuxta id quod inter eos convenerat) arte quadam adhibita primus post solis ortum hinnisset. Ceterum quo die Sphendadates magus interfectus est, festum, *magophonia* dictum, apud Persas celebratur. Hic Darius sepulcrum sibi extrui in bicipiti monte iubet, atque id extruitur: sed quum id videre cuperet, a Chaldaeis et a parentibus prohibetur. Quum autem parentes eius ascendere voluissent, ceciderunt atque interierunt: quum sacer-

δὲ γονεῖς, ἀνελθεῖν βουληθέντες, ἐπειδὴ οἱ ἱερεῖς εἶδον [ὄφεις] οἱ ἀνέλκοντες αὐτοὺς, καὶ ἐφοβήθησαν, καὶ φοβηθέντες ἀφῆκαν τὰ σχοινία, ἔπεσον καὶ ἐτελεύτησαν. καὶ ἐλυπήθη Δαρεῖος λίαν· καὶ ἀπετμήθησαν αἱ 16 κεφαλαὶ, τεσσαράκοντα ὄντων τῶν ἀνελκόντων. Ὅτι ἐπιτάσσει Δαρεῖος Ἀριαράμνῃ τῷ σατράπῃ Καππαδοκίας, ἐπὶ Σκύθας διαβῆναι, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας αἰχμαλωτίσαι. ὁ δὲ, διαβὰς πεντηκοντόρους λ', ἠχμαλώτισε. συνέλαβε δὲ καὶ τὸν ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως τῶν Σκυθῶν Μαρσαγέτην, ἐπὶ κακώσει εὑρὼν 17 παρὰ τοῦ οἰκείου ἀδελφοῦ δεδεμένον. Σκυθάρχης δὲ ὁ Σκυθῶν βασιλεὺς ὀργισθεὶς ἔγραψεν ὑβρίζων Δαρείῳ· καὶ ἀντεγράφη αὐτῷ ὁμοίως. στρατεύμα δὲ ἀγείρας Δαρεῖος, ὀγδοήκοντα μυριάδας, καὶ ζεύξας τὸν Βόσπορον καὶ τὸν Ἴστρον, διέβη ἐπὶ Σκύθας, ὁδὸν ἐλάσας

dotes qui illos sursum trahebant, illud conspicati [*alii:* serpentes conspicati] et inde timore correpti, funes laxassent. Quae res ingentem Dario maerorem attulit: et illis qui eos trahebant, numero quadraginta, amputata capita fuerunt. (16.) Darius praeterea Ariaramnem Cappadociae satrapam adversus Scythas proficisci, et viros feminasque captivos abducere iubet. Ille autem cum triginta navibus quinquagenum remorum traiiciens, id exequutus est. Comprehendit autem et fratrem regis Scytharum Marsagetem, quum eum a suo fratre ob mala illata in vincula coniectum invenisset. (17.) At Scytharces Scytharum rex, iratus, litteras Dario scripsit contumeliosas: et similiter ipsi responsum est. Darius tandem octingentorum millium exercitu coacto, et

ἡμερῶν ιέ. καὶ ἀντέπεμπον ἀλλήλοις τόξα· ἐπικρατέστερα δ' ἦν τὰ τῶν Σκυθῶν. διὸ καὶ Φεύγων Δαρεῖος διέβη τὰς γεφυρώσεις· καὶ ἔλυσε σπεύδων πρὶν ἢ τὸ ὅλον διαβῆναι στράτευμα· καὶ ἀπέθανον ὑπὸ Σκυθάρκου οἱ καταλειφθέντες ἐν τῇ Εὐρώπῃ, μυριάδες ὀκτώ. Δαρεῖος δὲ τὴν γέφυραν διαβὰς, Καλχηδονίων οἰκίας καὶ ἱερὰ ἐνέπρησεν, ἐπεὶ τὰς πρὸς αὐτοὺς γεφύρας ἐμελέτησαν λῦσαι· καὶ ὅτι τὸν βωμὸν, ὃν περῶν Δαρεῖος κατέθετο ἐπ' ὀνόματι διαβατηρίου Διὸς, ἠφάνισαν. Δάτις δ' ἐπανιὼν ἐκ Πόντου, καὶ τοῦ Μηδικοῦ στόλου 18
ἡγούμενος, ἐπόρθει νήσους καὶ τὴν Ἑλλάδα. ἐν Μαραθῶνι δὲ Μιλτιάδης ὑπαντιάζει, καὶ νικᾷ τοὺς βαρβάρους, καὶ πίπτει καὶ αὐτὸς Δάτις. καὶ οὐδὲ τὸ σῶμα

Bosporo Istroque ponte iunctis, adversus Scythas profectus est, quindecim dierum itinere progressus: sibique mutuo arcus miserunt. Sed quum Scythici validiores essent, Darius fugiens pontes transivit, atque festinanter dissolvit antequam totus transiret exercitus: quare Scytharces octoginta illa hominum millia in Europa relicta, interfecit. Darius vero, quum pontem pertransisset, domus templaque Calchedonensium combussit: quoniam pontes qui apud ipsos erant, dissolvere tentaverant, et aram, quam Darius transiens, in honorem Iovis diabaterii statuerat, everterant. (18.) Datis autem ex Ponto rediens et Mediçum exercitum ducens, insulas Graeciamque populabatur: cui apud Marathonem Miltiades occurrit, vicitque barbaros: et ipse quoque Datis occubuit, eiusque cadaver petentibus Persis denegatum est. (19.) Darius autem ad Persas reversus est, ubi

19 Πέρσαις αἰτησαμένοις ἐδόθη. Δαρεῖος δὲ ἐπανελθὼν εἰς Πέρσας, καὶ θύσας, καὶ ἡμέρας νοσήσας λ', τελευτᾷ· ζήσας μὲν ἔτη ιβ' πρὸ τῆς βασιλείας, βασιλεύσας δὲ ἔτη λά. ἀπέθανε δὲ καὶ Ἀρτασύρας. καὶ ὁ Βαγαπάτης δὲ τὸ σῆμα Δαρείου παραχαθίσας ἔτη ζ', ἐτελεύτησε.

20 Βασιλεύει Ξέρξης ὁ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ Ἀρτάπανος ὁ Ἀρτασύρα παῖς γίνεται δυνατὸς παρ' αὐτῷ, ὡς ὁ πατὴρ παρὰ τῷ πατρὶ, καὶ Μαρδόνιος ὁ παλαιός. ἡμιαρρένων δὲ μέγιστον ἠδύνατο Νατάκας. γαμεῖ δὲ Ξέρξης Ὀνόφα θυγατέρα Ἀμιστριν, καὶ γίνεται αὐτῷ παῖς Δαρειαῖος· καὶ ἕτερος μετὰ δύο ἔτη, Ὑστάσπης, καὶ ἔτι Ἀρταξέρξης· καὶ θυγατέρες δύο, ὧν ἡ μὲν, Ἀμυτις, κατὰ τὴν ὀνομασίαν τῆς μάμμης· ἡ δὲ, Ῥοδο-
21 γούνη. Ὁ δὲ δὴ Ξέρξης στρατεύει ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας,

celebratis sacrificiis, quum triginta dies morbo laborasset, mortuus est: quum annos XII. ante regnum vixisset, et annos unum et triginta regnavisset. Obiit etiam diem suum Artasyras. Bagabates autem, quum septem annos sepulcro Darii assedisset, mortuus est.

(20.) Regnat *Xerxes* filius eius, apud quem Artapanus Artasyrae filius maximam obtinet auctoritatem, quemadmodum eius pater apud patrem regis obtinuerat, itemque Mardonius antiquus. Ex eunuchis autem plurimum apud eum poterat Natacas. Xerxes uxorem ducit Onophae filiam Amistrin, ex qua filium suscipit Dariaeum: et post biennium, alterum, Hystaspem nomine: et praeterea Artoxerxem: duasque filias, quarum una Amytis, nomine aviae, vocatur: altera, Rhodogune. (21.) Xerxes adversus

ὅτι τε Καλχηδόνιοι λῦσαι τὴν γέφυραν (ὡς ἤδη εἴρηται) ἐπειράθησαν· καὶ ὅτι τὸν βωμὸν ὃν ἔστησε Δαρεῖος, καθεῖλον· καὶ ὅτι Δάτιν Ἀθηναῖοι ἀνεῖλον, καὶ οὐδὲ τὸν νεκρὸν ἔδοσαν. πρότερον δὲ εἰς Βαβυλῶνα ἀφίκετο, καὶ ἰδεῖν ἐπεθύμησε τὸν Βελιτανᾶ τάφον, καὶ εἶδε διὰ Μαρδονίου· καὶ τὴν πύελον ἐλαίου οὐκ ἴσχυσεν, ὥσπερ καὶ ἐγέγραπτο, πληρῶσαι. Ἐξελαύνει Ξέρξης εἰς Ἐκ- 22
βάτανα, καὶ ἀγγέλλεται αὐτῷ ἀπόστασις Βαβυλωνίων, καὶ Ζωπύρου τοῦ στρατηγοῦ αὐτῶν ὑπὸ σφῶν ἀναίρεσις. οὕτως καὶ περὶ τούτων Φησὶ Κτησίας, καὶ οὐχ ὡς Ἡρόδοτος· ἃ δὲ περὶ Ζωπύρου ἐκεῖνος λέγει, πλὴν ὅτι ἡμίονος αὐτῷ ἔτεκεν, [ἐπεὶ] τά γε ἄλλα Μεγάβυζον οὗτος λέγει διαπράξασθαι, ὃς ἦν γαμβρὸς ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Ἄμυτι, τοῦ Ξέρξου. οὕτως μὲν ἦλω διὰ τοῦ Μεγαβύζου Βαβυλών. δίδωσι δὲ αὐτῷ

Graecos expeditionem suscepit, quod Calchedonenses pontem solvere conati essent, (quemadmodum iam dictum est) et aram a Dario erectam diruissent: quodque Datin Athenienses interfecissent, neque cadaver eius dare voluissent. Primum igitur Babylonem profectus est: et Belitanae videre sepulcrum exoptavit: viditque opera Mardonii adiutus: et urnam olei non potuit, quemadmodum scriptum erat, implere. (22.) Inde Ecbatana profecto, defecisse Babylonios, et Zopyrum suum ducem interfecisse, nunciatur. In hunc modum de his loquitur *Ctesias*, non quemadmodum *Herodotus*: nam quaecunque hic de Zopyro, (nisi quod mula ipsi peperit) ille a Megabyzo facta scribit, qui Xerxis gener erat, quum filiam eius Amytin uxorem duxisset. Ita Babylon

Ξέρξης ἄλλα τε πολλὰ, καὶ μύλην χρυσῆν, ἐξ ἑλ- 10
κουσαν τάλαντα· ὃ τιμιώτατον τῶν βασιλικῶν δώρων
23 παρὰ Πέρσαις ἐστί. Ξέρξης δὲ συναγείρας στρατιὰν
Περσικὴν, ἄνευ τῶν ἁρμάτων, ὀγδοήκοντα μυριάδας,
καὶ τριήρεις χιλίας, ἤλαυνεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ζευγνὺς
τὴν Ἄβυδον. Δημάρατος δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος παρεγέ-
νετο ἤδη πρῶτον, καὶ συνῆν αὐτῷ ἐν τῇ διαβάσει, καὶ 5
ἀπεῖργε τῆς εἰς Λακεδαίμονα ἐφόδου. Ξέρξης δὲ προσ-
βάλλει ἐν Θερμοπύλαις Λεωνίδᾳ τῷ στρατηγῷ τῶν
Λακεδαιμονίων, δι' Ἀρταπάνου, ἔχοντος μυρίους. καὶ
κατεκόπη τὸ Περσικὸν πλῆθος, τῶν Λακεδαιμονίων
δύο ἢ τριῶν ἀναιρεθέντων. εἶτα προσβαλεῖν κελεύει με- 10
τὰ δισμυρίων· καὶ ἦττα γίνεται καὶκείνων. εἶτα μαστι-
γοῦνται ἐπὶ τῷ πολεμεῖν· καὶ μαστιγούμενοι, ἔτι ἡτ-

capta est per Megabyzum: cui Xerxes, praeter alia multa, molam auream sex talentorum pondo donavit, quod apud Persas omnium regiorum munerum est pretiosissimum. (23.) Xerxes autem, Persico exercitu coacto, qui ex millibus octingentis constabat, praeter currus, instructis etiam mille triremibus, in Graeciam copias duxit, quum Abydum ponte iunxisset. Ad eum Demaratus Lacedaemonius tum primum accessit, et cum illo traiecit, eumque ab invadenda Lacedaemone prohibuit. Xerxes porro per Artapanum decem millia ducentem, apud Thermopylas cum Leonida Lacedaemoniorum duce proelium iniit, in quo magna Persarum caesa est multitudo, ex Lacedaemoniis tantummodo duobus aut tribus interfectis. Postea viginti millia in aciem educi iubet: qui et ipsi superantur. Quum autem verberi-

τῶντο. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ κελεύει μάχεσθαι, μετὰ πεντακισμυρίων· καὶ ἐπεὶ οὐδὲν ἤνυεν, ἔλυσε τότε τὸν πόλεμον. Θώραξ δὲ ὁ Θεσσαλὸς, καὶ Τραχινίων οἱ δυ- 24
νατοὶ, Καλλιάδης καὶ Τιμαφέρνης, παρῆσαν στρατιὰν ἔχοντες. καλέσας δὲ Ξέρξης τούτους τε καὶ τὸν Δημάρατον καὶ τὸν Ἡγίαν τὸν Ἐφέσιον, ἔμαθεν ὡς οὐκ ἂν ἡττηθεῖεν Λακεδαιμόνιοι εἰ μὴ κυκλωθείησαν. ἡγουμένων δὲ τῶν δύο Τραχινίων, διὰ δυσβάτου στρατὸς Περσικὸς διελήλυθε, μυριάδες τέσσαρες· καὶ κατὰ νώτου γίνονται τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ κυκλωθέντες ἀπέθανον μαχόμενοι ἀνδρείως ἅπαντες. Ξέρξης δὲ πά- 25
λιν στράτευμα πέμπει κατὰ Πλαταιέων, μυριάδας ιβ', ἡγούμενον αὐτοῖς Μαρδόνιον ἐπιστήσας. Θηβαῖοι δ' ἦσαν οἱ κατὰ Πλαταιέων τὸν Ξέρξην κινοῦντες. ἀν-

bus etiam caesi ut acriores ad pugnam redderentur, nihilominus victi fuissent, quinquaginta millia postridie iubet educi: et quum nihil proficeret, bellandi finem fecit. (24.) Sed Thorax Thessalus et Trachiniensium principes Calliades et Timaphernes cum exercitu aderant: quos Xerxes quum vocasset, unaque Demaratum et Hegian Ephesium, Lacedaemonios nulla ratione vinci posse, nisi circumdarentur, intellexit. Persarum itaque quadraginta millia, duobus illis Trachiniensium ducibus per invia transgressis, Lacedaemonios a tergo adoriuntur: qui circumdati, omnes ad unum fortiter pugnantes occubuerunt. (25.) Rursus Xerxes adversus Plataeenses exercitum centum et viginti millium mittit, et Mardonium eius ducem constituit. Qui autem Xerxem in Plataeenses concitabant, erant Thebani. Mardo-

τιστρατεύει δὲ Παυσανίας ὁ Λακεδαιμόνιος, τριακοσίους μὲν ἔχων Σπαρτιήτας, χιλίους δὲ τῶν περιοίκων, ἐκ δὲ τῶν ἄλλων πόλεων χιλιάδας ἑξ. καὶ νικᾶται κατακράτος ἡ Περσικὴ στρατιά, καὶ φεύγει τραυματισθεὶς καὶ Μαρδόνιος. οὗτος ὁ Μαρδόνιος πέμπεται συλῆσαι τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν παρὰ Ξέρξου· κἀκεῖ, φησὶ, θνήσκει, χαλάζης ἐπιπεσούσης παχείας
26 ἐπ' ᾧ λίαν Ξέρξης ἐλυπήθη. Ξέρξης δὲ ἐπ' αὐτὰς Ἀθήνας ἐλαύνει. καὶ Ἀθηναῖοι, πληρώσαντες ἑκατὸν δέκα τριήρεις, φεύγουσιν εἰς Σαλαμῖνα. καὶ Ξέρξης τὴν πόλιν κενὴν αἱρεῖ, καὶ ἐμπίμπρησι, πλὴν τῆς ἀκροπόλεως. ἐν αὐτῇ γὰρ ἔτι τινὲς ὑπολειφθέντες ἐμάχοντο. τέλος καὶκείνων νυκτὶ φυγόντων, κἀκείνην συνέφλεξαν. ὁ δὲ Ξέρξης αὐτόθεν ἐλθὼν ἐπὶ στενότατον τῆς Ἀττικῆς, ὃ Ἡράκλειον καλεῖται, ἐχώννυε χῶμα ἐπὶ Σαλαμῖνα,

nio occurrit Pausanias Lacedaemonius, trecentos Spartanos et mille accolas, ex aliisque urbibus sex millia secum ducens. Ibi superato exercitu Persarum, Mardonius vulneratus aufugit. Hic Mardonius quum a Xerxe ad diripiendam Apollinis aedem missus esset, ingruente ingenti grandine oppressus moritur: quae res Xerxi maximum moerorem attulit. (26.) Xerxes cum suis copiis Athenas proficiscitur: sed quum Athenienses armatis centum et decem triremibus ad Salaminem fugissent, urbem vacuam capit, quam incendit, praeter arcem. In ea enim etiam aliqui relicti pugnabant: tandemque quum et illi noctu fugissent, illam etiam exusserunt. Xerxes autem quum inde ad angustissimum Atticae locum, Heracleum appellatum, venisset, aggerem Salaminem ver-

πεζῇ ἐπ' αὐτὴν διαβῆναι διανοούμενος. βουλῇ δὲ Θεμι-
στοκλέους Ἀθηναίου καὶ Ἀριστείδου, τοξόται μὲν ἀπὸ
Κρήτης προσκαλοῦνται καὶ παραγίνονται. εἶτα ναυμα-
χία Περσῶν καὶ Ἑλλήνων γίνεται· Περσῶν μὲν ναῦς
ἐχόντων ὑπὲρ τὰς χιλίας, στρατηγοῦντος αὐτοῖς Ὀνό-
φα· Ἑλλήνων δὲ, ἑπτακοσίας. καὶ νικῶσιν Ἕλληνες,
καὶ διαφθείρονται Περσικαὶ πεντακόσιαι νῆες, καὶ φεύ-
γει Ξέρξης, βουλῇ πάλιν καὶ τέχνῃ Ἀριστείδου καὶ
Θεμιστοκλέους. ἐν δὲ ταῖς λοιπαῖς ἁπάσαις μάχαις
ἀπέθανον Περσῶν ιβ' μυριάδες. Ξέρξης δὲ περάσας 27
εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ ἀπελαύνων εἰς Σάρδεις, ἔπεμπε
Μεγάβυζον τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν συλῆσαι. ἐπεὶ δὲ
ἐκεῖνος παρῃτεῖτο, ἀποστέλλεται Ματακᾶς ὁ εὐνοῦχος,
ὕβρεις τε Φέρων τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ πάντα συλήσων.
καὶ δὴ οὕτως ποιήσας, πρὸς Ξέρξην ὑπέστρεφε. Ξέρ- 28

sus ducere coepit, pedestri itinere ad eam transire cogitans. Sed consilio Themistoclis Atheniensis et Aristidis, sagittarii ex Creta accersuntur, ac veniunt. Deinde bellum navale Persarum et Graecorum geritur. Persae naves habebant plusquam mille, ducemque Onophan: Graeci vero septingentas. Graeci tamen victores evadunt: et quingentae naves Persarum profligantur: et fugit Xerxes consilio rursus et arte Aristidis atque Themistoclis. In reliquis vero omnibus proeliis ceciderunt Persarum centum et viginti millia. (27.) At Xerxes, quum in Asiam traiecisset, et Sardis proficisceretur, misit Megabyzum ut templum Delphicum diriperet: illoque id suscipere recusante, Matacas eunuchus iniuriam Apollini illaturus omniaque direpturus mittitur. Is confectis ita

ξης δὲ ἀπὸ Βαβυλῶνος εἰς Πέρσας παραγίνεται, καὶ Μεγάβυζος κατὰ τῆς γυναικὸς τῆς ἰδίας Ἀμύτιος, (ἣ θυγάτηρ, ὡς προείρηται, Ξέρξου ἐτύχανεν) ὡς μεμοιχευμένης, λόγους ἐκίνει. καὶ ἐπιτιμᾶται Ἀμυτις λό-
29 γοις ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ὑπισχνεῖται σωφρονεῖν. Ἀρτάπανος δὲ, μέγα παρὰ Ξέρξῃ δυνάμενος, μετὰ Σπαμίτρου τοῦ ἡμιάρρενος, καὶ αὐτοῦ μέγα δυναμένου, βουλεύονται ἀνελεῖν Ξέρξην· καὶ ἀναιροῦσι. καὶ πείθουσιν Ἀρτοξέρξην τὸν υἱὸν ὡς Δαρειαῖος αὐτὸν ὁ ἕτερος παῖς ἀνεῖλε. καὶ παραγίνεται Δαρειαῖος, ἀγόμενος ὑπὸ Ἀρταπάνου εἰς τὴν οἰκίαν Ἀρτοξέρξου, πολλὰ βοῶν καὶ ἀπαρνούμενος ὡς οὐκ εἴη φονεὺς τοῦ πατρός· καὶ ἀποθνήσκει.

rebus ad Xerxem reversus est. (28.) Xerxes ex Babylone ad Persas proficiscitur. At Megabyzus suam uxorem Amytin (quae filia Xerxis erat, quemadmodum iam dictum est) adulterii insimulat: quam ob rem Amytis a patre acriter reprehenditur; at illa spondet se castam esse. (29.) Verum Artapanus, qui plurimum apud Xerxem auctoritate valebat, cum Spamitre eunucho (qui et ipse plurimum apud eum poterat) de Xerxe interficiendo consilium agitat: idque perpetrant, et Artoxerxi filio persuadent ab altero filio Dariaeo patrem suum necatum esse: adduciturque Dariaeus ab Artapano domum Artoxerxis, cum ingenti clamore se parricidam esse negans: is tamen capite plectitur.